necessariā palme. Et cōsolidata sunt alia cū alijs vt eēnt fir
missima. Dura quoq₃ ꝛ medulla facta sūt carentia qm̄ lacer
tis sunt nuda: ꝛ ad ea frigus puēit celerius. Diuersa quoq₃
eorum facta ē figura vt cōnectātur in sua continuatione alia
cum alijs. Alia tenim illorū facta sunt conica alia gibbosa.
quedā recta vt facta eoꝝ cōtinuatione aliorum cū alijs tāq̄
vnū os esse videatur. Hec aūt octo ossa opposita sunt ordi-
nibus. singula quatuor vno in ordine cōtinuantur adinuicē
iūcta ossibus pectinis palme ligamibus fortibus. Disgrega
tiones autē due que intus sunt rasche ꝛ duobus cubitis bra
chij altera est magna altera est parua. maior quidē est ꝑ itro
itum continuatiōis ossis ex eo ossibus rasche que sunt i su-
periori ordine in foueā que in osse est ꝯtinuato duobus capi
tibus ossium vtriusq₃ cubiti ꝛ dicit̄ cuba. Et hac disgregati
one fit dilatatio palme ꝛ cōstrictio. At vero minor disgrega
tio cōglutinatur ꝑ augmenti interitum cōiuncti extremitati
cubiti superioris vbi auricularis īgūtur: vocaturq₃ quersua
in concauitate ossis illi oppositi de ossibus rasche que sūt in
ordine secundo inferiori. Et hac disgregatione fit palme mo
tus in ante ꝛ retro.

De ossibus palme. Palma in duas diuiditur ꝑ-
tes in ossa pectis palme ꝛ digitos.
Et pecten palme ꝯponitur ex quatuor ossibus grandiorib⁹.
media eni hec posita sunt inter ossa rasche ꝛ digitoꝝ. pecten
enim alligatur his que sequūtur cubitos duos q̄tuor ossibus
rasche superioribus ꝛ inferioribus. digitis aūt quatuor digi-
torum ossibus pollice excepto. Factus ē aūt ex quatuor ossi-
bus: vt si quādoq₃ icōmoditas vni accidat ꝑti relique illese ꝑ
maneant. Digiti porro sunt qnq₃. quorū quisq₃ cōposit⁹
est ex tribus ossibus: quoꝝ qōq₃ dactilū eo ꝙ nomine carea
mus possumus vocare adinuicem cōtinuatis: disgregati cō-
tinuatione cū augmētis qb⁹ ingrediūtur dactili primi scdi ꝛ
sequētes ꝛ colligātur adinuicē. Inter disgregationes autem
eorum dactilorū ossula sunt ꝑuula similia sisamo: que vt loca
iplerēt vacua facta sunt. Inter disgregationes quoq₃ fortior
ꝑsisteret disgregatio. Horū quatuor digitorū index. s. ipudic⁹
medius: ꝛ auricularis contigui palme sunt pectini continua-
tione disgregata. At vero pollex ossibus rasche iunctus est q̄
sunt in ordine inferiori: in loco in quo est augmentū: qō iun
ctū ē ossi cubiti superioris. Hoc āt vt in quatuor digitorū es
set opposito. quo cum digitis alijs icludere posset ꝛ amplecti
aliquid tenēdum a sua parte: dactili aūt qui pectinē sequuntur
primi maioris sunt se sequētibus. qui aut in vltimo sunt digi
torum minores illis qui subsunt: hoc ideo quoniā qui portat
equa ratione minor esse portāte debet.

Capitulū. viij⁹. de ossium pedū assignatione.

Pedes in quatuor diuidūtur partes. vna est
que cōmunis inter ipsum ꝛ ea que
superiora sunt. s. ancha. tres aūt pedis proprie sunt
. s. coxarū ossa: crurium ꝛ ossa ipsius pedis. Ancha quidē cō
tinuatur cluniū ossi: ab vtroq₃ eius latere duo ossa magna.
Alterum eorū a latere dextro: alterū a sinistro. ꝛ horū qōq₃
in tres diuiditur partes. primū eoꝝ ipsumq₃ super his quod
subsequitur clunis os ab exterioribus dicitur ancha. ꝛ in eo
fouea similis semisphere ꝛ dicitur vertebrum anche. Secun
dū autē est quod ista duo sequitur ossa ab vtroq₃ latere: ꝛ est
os tenue ꝛ subtile: dicit̄q₃ os ilij. Tertium autē est os quod
est ab interiori parte: ꝛ dicitur os penis. Necessariū aūt an-
che fuit os ad disgregationē coxarū. Utilitas autē ossis pe-
nis ꝛ ilij quo ea que super sunt illis custodiant vesicā. s. matri
cē. spermatis vasa ꝛ itestinū rectum.

At vero cosse os magnum est ꝛ oib⁹ reliquis corpo
ris ossibus maius est paulū inflexū a supe
riori parte in partē extraneā ab iferioribus in latus familia-
re ꝛ est a posterioribus conicatū ab anterioribus gibbosum
habētq₃ duo augmēta alterū superius ꝛ alterū inferi⁹. Ma
gnitudo eius duas h₃ vtilitates: prima ē vt deferat oia que il
li supersūt mēbra. secūda quoniā lacertus mouēs pedes i eo
positus est ꝛ est lacertus magnus. Inflexio āt extremitatis
eius superioris in latus extraneū ē vt lacerto in eo posito lo
cus sit magnus quȝ lacertus hic magnus sit. Si autē eēt hic
in familiari parte vtq₃ inuicē vngerentur coxe. Amplius q₃
vt sit neruis venis ꝛ arterijs que in eo posite sunt firmitas ꝛ
incorruptio: si enim a familiari eēt latere inconueniēs foret.
At vero eius inflexio ab inferioribus in familiarē partē ꝑꝑ
cū in extraneū posse deflecti latus vt sit ab inde corpus be-
ne positū ꝛ firmatū. Si enim in vnā tantū inclinaretur par
tē nō posset consistere corpus ꝛ oia que super sed illi in eādē
inclinarentur partē. At vero conatio eius a posterioribus ꝛ
gibbositas ab anterioribus necessario fuit quo super terraȝ
ꝛ queuis alia loca fieri possit sessio. Augmētum quidem su
perius est rotūdū ꝛ intromissū anche vertebro. Augmētum
āt inferius ēt nō est vnū quidē tm̄ sed duo sunt: igrediuntur-
q₃ duas ossis cruris cōcauitates maioris.

At vero crus ex duobus cōpositū ē ossibus que arū
dines vocātur: alterū est magnū ꝛ positū
ē in latere familiari: diciturq₃ proprie crus ꝛ in eius capite fo
uee due quibus cum duobus augmētis capitis coxe genu fit
disgregatio: hac in disgregatione positū ē os rotundū cartil
laginosū in quo sunt concauitates quas ingrediuntur: que
gibbosa sunt loca in ossibus coxe ꝛ cruris: diciturq₃ huius-
modi os poplex ꝛ a quibusdā polus: altera vero arundo ex-
tranea ē in parte posita q̄ ꝛ subtilior ꝛ breuior ē altera: hecq₃
a superiori parte ad genu disgregationis locū nō pertingit:
ab inferioribus autē equalis est arūdini maiori: efficiturq₃
inter eos ꝛ cauillā disgregatio per quā pes extēditur. Est
huius vtilitas arundinis quoniā adiuuat maiorē ad oia ea
que supersunt ferēda. secūdo aūt qm̄ defendit ꝛ protegit eos
qui in crure sunt lacertos neruos venas ꝛ arterias. tertio q̄
inter ipsam maioreq₃ cōstituatur calcanei disgregatio.

De ossibus ipsius pedis. Pedes in sex distribu
untur partes: calcaneū: cauillā: os
nauale: raschā pedis pectinē ꝛ digitos. Et calcaneū quī
dē est os sub cauilla cōstitutū rotūdū a familiari latere: ab
extraneo autē oblongū: parūq₃ subtile: ab inferioribus aūt
qui super terrā mittitur latū ꝛ solide substantie. Rotundum
autē est quo oppositiōi remotior fieret. Oblongū vero a par
te extranea ꝛ subtiliatio eius conationis ipsius a familiari
parte cā. latū porro eius duabus de causis ē. altera est quo so
lidetur ꝛ roboretur super terrā. altera vero vt sit his que su-
per ipsū sunt corporis mēbris firmamētū solidius. Ceterū
durities ipsius necessaria fuerit quo robustius ea que super
posita sibi sunt ferat: nec ceteris noceatur solidis durisq₃ qū
tetigerit ea corporibus.

At uero cauilla ē os. Os si suppositū calcanei: cal-
caneo alligatū retro ligamentis teneris:
oriunturq₃ ex eo augmēta duo: alterū ex latere familiari: in
greditur q₃ foueā que in vltimo est arundinis longioris duo
rum crurium ossiū: alterūq₃ ex latere extraneo quod ipsum in
greditur foueā que est breuioris arundinis. Hacq₃ disgrega
tione fit pedis ꝛ dilatatio ꝛ restrictio. Necessaria aūt fuit ca
uilla inter crus ꝛ calcaneū: quo eēt crus ipsum fortius super
calcaneū firmatū: quoniā si crus ipsū alligatū eēt calcaneo
turbatio fieret nec possibile eēt illi firmari.

Os vero nauale ideo hoc dicitur noīe ꝙ figura ci-
naui similis sit: continetq₃ cauille a supe-
rioribus extremum: ꝛ a lateribus ac retro vinciturq₃ cū illa
abiterioib⁹ ligamini disgregati q̄ pedis fit mot⁹ i vtrūq₃ la
tus vincit̄q₃ ab vtroq₃ latere cū calcanei osse. ꝛ ab extraneo
latere solidatū ē super calcanei os quo a familiarib⁹ eleuet̄
sup terrā sintq₃ illi que hoc i latere subsūt conica. Fcūs ē āt
locus hic conicus duarū de cā vtilitatū. Altera ē vt siquādo
homo super aliquod steterit gibbosū aut acutū quid illi inhe
serit perferre queat. Si etenim pes plenus eēt ꝛ non conicus
fieret hominē si quādo super aliquod gibbosū staret firmari
nō posse ꝛ cadere: sed nec ēt in locis sit illi posse stare equali-
bus quale oporteret. Secunda vero vt sit pes leuis ꝛ ad mo
tum facilis.

Rasche porro ossa quatuor sūt. Tria eoꝝ ꝯtinua
ꝛ iūcta cū nauali osse ab anteriorib⁹ aute
annexa tribus pectinis pedis ossibus que in latere sūt fami-
liari eius. Quartū āt os cōiungitur pedis auriculari: ꝛ est
sexangulatū vocatū grandinosū qō a posterioribus calca-
neo vincitur augmēto quodā suo foueā ossis ingrediēte cal-
canei: ab anterioribus vero duobus continuat̄ pedis pecti-
nis ossibus sub rasche ossibus: quo super ipsuȝ firmetur na
uale os sitq₃ a parte hac pes super terrā possibilior ꝛ firmi-
or. Necessitas autē ꝛ vtilitas rasche ossiū pedis magna est
eadēq₃ ꝛ manus palme rasche nisi ꝙ rascha pedis ex quatu
or ꝛ nō ex octo fit ossibus. quēadmodū rasche manus ossa
sunt octo. Motus eteni palme maior est pedis motu ꝛ ossa

rasche palme breuia:cõtra pedis maiora:quodqꝫ eorũ duuz
obtinẽs locũ ossiũ que in palme rasche sunt. At vero pe-
dis pectẽ est ex quinqꝫ ossibus cõtiguis illis que raschã faci-
unt. Horũ tria a parte sunt familiari continuata rasche ossi
bus:duo aũt iũgũtur grãdinoso rasche ossi. Pectinis pedis
vtilitas ẽ vtilitati pectinis palme similis nisi ꝙ pectinis pal-
me ossa quatuor sunt:quoniã eius pollex continuus ẽ rasche
ꝑꝑ oppositionis que illic dicta est ad oẽs digitos reliquos ne
cessitatẽ. pectẽ ãt pedis ex quinqꝫ est ossibꝰ:quoniã pollex in
vno ẽ cũ reliquis digitis ordine quo fit pes ab anterioribus
firmus super terrã queadmodũ ⁊ a posterioribus per calca-
neũ. Digiti porro quinqꝫ quos nos articulos dicimꝰ cõ-
positi sunt singuli ex tribus ossibus pollice excepto que dacti
li dicuntur:pollex etenim ex duobus tm̃ cõpositus est ossibꝰ
reliquis maioribus. qui ideo ex duobus factꝰ ẽ:quo pes hac
conicus eẽt parte:ex ossibus quoqꝫ magnis: qm̃ pes magis
ea ꝑ pollicẽ parte terre ĩprimitur. Articuli ãt plures ⁊ qnqꝫ
facti sunt:eadẽ qua ⁊ digiti palme tenẽdi eã scilꝫ queadmo-
dũ manus digitis queqꝫ corporum tenẽtur eodẽ modo ⁊ pe
dis articulis pes locis imprimitur ⁊ tenetur. Gibbosis quibꝰ
ambulat quo possit firmari ⁊ ad ea ascendere ⁊ descendere
quo voluerit loca. Omnia itaqꝫ corꝑis ossa sub hac que dicta
sunt dispositione ⁊ assignatione ducẽta quadragita octo: ca
pitis ossa septẽ:pariũ quatuor. Superioris maxille ossa qua
tuordecim ⁊ in ea sexdecim dentes. Osqꝫ cauille simile ẽ vnũ
ossa inferioris maxille duo:dentesqꝫ in ea sexdeciꝫ. spine spõ
diles. xxiiij. costarum. xxiiij. pectoral' septẽ ossa. scapularum
duo ⁊ earũ capita duo:furcule due. brachia duo:cubiti supe-
rioris duo cubiti inferioris duo rasche palmarũ sexdecim.
pectinũ vtriusqꝫ palme octo vtriusqꝫ digitorũ manus trigin
ta:cluniũ ossa tria:iliorũ duo:penis duo: ancharũ ossa duo
totidẽqꝫ coxarũ:cruriũ arundines quatuor:cauille due:cal-
canea duo:naualia ossa duo:raschearũ pedis octo: vtriusqꝫ
pedis pectinis decem:eoruꝫ articuloꝝ ossa vigintiocto. Sũt
itaqꝫ totius corꝑis ossa ducenta quadragintaocto. Hec ergo
ẽ ossiũ assignatio ⁊ eoꝝ que dicta sũt vtilitas in corꝑe.

Capitulum. ix. de cartilliaginũ assignatione.

c **Artillagines** autem humida sunt ⁊ te
nerrima ossa silia fetus
ossibus aialium quorũcũqꝫ quꝫ nascũtur in dispu-
tatione ossium que sint meminimus a quibus separate sunt:
quibus ⁊ cõtinue sunt. ac ẽt vnite. Sũt aũt h̃ pectorale ⁊ ex-
tremitates costarum hypocũdriorũ ⁊ quedã ossa clunium ⁊
osanij ⁊ augmẽtorum extrema ossiuꝫ ꝑ quas disgregatio fit
nasi extremitas ⁊ auricule quoqꝫ cartillagiose facte sũt: gut
tur canales pulmonis:nisi ꝙ hic locus eaꝝ minie ẽ. Hec oia
cartillaginosa facta sũt ossa. vt si qñ ab exterioribus corpus
quodlꝫ illis fuerit obuiũ: aut spõte suo forte mouebũtur mo-
tu nõ frãgantur nec corrũpantur:sꝫ duplicata ⁊ iflexa in suũ
postea reparentur statum naturalem.

Capitulum. xm̃. de neruorum assignatione.

c **Equoniam** ossium disputationẽ ⁊ car-
tillaginũ cõpleuimus: iam
nunc de neruoꝝ nobis incipiẽdum videtur habitu-
dinibus. Dico ergo quꝫ corpori neruoꝝ fuit necessariꝰ vsus
ad motũ sensumqꝫ in oẽs corporis ꝑtes deferẽdos:exceptis
ossibus cartillaginibꝰ ⁊ ligamẽtis ac glãdulis ⁊ adipe. Ho-
rum ⁊enim nullius in natura sua ẽ sentire aut moueri. sꝫ sin-
gula alijs parata sunt vtilitatibus quas deinceps dicturi su
mus. Aiũt tñ medicoꝝ pleriqꝫ dentibus sensuꝫ eẽ inter ossa
reliqua que etiã titillãt queadmodũ ⁊ labia ac tremũt. Huiꝰ
autẽ rei dicũt signum dolorem qui illis accidit:qm̃ non fit do
lor alicui nisi sit sentiens. Condẽnant hoc quidam ⁊ aiũt do
lorem illum gingiuarum esse neruorũqꝫ qui in eis sunt. Ner
uorum itaqꝫ radix omnis a cerebro est: qum sit prima origo
cerebrum ⁊ sensus ⁊ voluntarij motus. Diffusionesqꝫ in om
nes corporis ꝑtes neruorum aut ab ipsiꝰ sunt cerebri sb̃a aut
ab ipso nucha mediãte:qm̃ etenim mẽbroꝝ quedã quidẽ ꝓ-
piqua sunt cerebro queadmodũ mẽbra que i capite sũt ⁊ col
lo:quedã aũt remota ab eo vt manus ⁊ pedes facti sunt qui
in proxia deferũtur mẽbra nerui orientes a cerebro. Hi autẽ
qui ad remotiora porrigũtur a nucha procedentes:facta est
itaqꝫ ⁊ ipsa cerebro silis nucha ⁊ quasi cerebrũ secũduꝫ reiꝫ
siquidem ad remotiora ferũtur a cerebro mẽbra neruis ortꝰ
esset a cerebro inciderẽtur fortasse i spatij longitudie ⁊ itine-
ris remotione. Qui igitur a cerebro ipo nerui oriũtur substã
tia molles sunt:qui autẽ a nucha substãtie sunt sicce. Et qui
a prora oriũtur cerebri molliores his quibus est a puppi or-
tus. Et eim nerui qui a prora ꝓcedũt sensus fuerũt vtilitati
compositi. ideoqꝫ ⁊ molliores sũt facti vt sit ipoꝝ a sensatis
facilior mutatio :qui vero a puppi ꝑꝑ motũ facti sunt volun
tarium:iõqꝫ ⁊ sicci:vt ad motũ fortiores sint ⁊ tolleratores.
At vero qui a cerebro oriũtur nerui septem habẽt paria. Ho
rum vnum ad oculos tẽdit ⁊ sensum cõfert visus. Secũdum
ad eosdem datqꝫ eoꝝ motũ lacertis. Tertij paris pars ad li
guam vadit ⁊ ꝑsunt ei gustus sensus:quedã aũt ad tĩpora ⁊
ea que masticãt loca ⁊ nasi extremum labiaqꝫ. Pars ad gin-
giuas alia ad dentes sensuꝫ cõferens illis tactus. Quartum
par in superiori distribuitur palati. gustus illi sẽsus deferẽs.
Quinti deinde paris pars ad aures porrigitur ad auditus
sensum conferendũ. Quedã ad lacertũ pectoris latum virtu
tem ad illud perferens motus. At vero sexti pars paris ad
viscera dirigitur:quibus etiã dat sensum. Quedaꝫ ad guttu-
ris lacertos. datqꝫ illis motũ. Vltimũ septimũqꝫ par ad lin
guã gutturisqꝫ porrigitur lacertos. virtutẽ perferẽs ad illos
motus. Horum autẽ parium quodqꝫ anteꝗ̃ craneo egre-
diatur operimẽtis operitur duobus qui ⁊ ipsi a cerebri oriũ
tur operimentis:quorum alterum subtile est venas habens
quibus pascitur. alterum crossum defendẽs ⁊ custodiẽs ner-
uos euntes a cranei ossibus. Et primi quidem nerui pa-
ris parium concaui sunt ⁊ substantia eorũ mollis substãtie
ꝓxia cerebri. neqꝫ i toto ẽ iuenire ꝯcauos ꝑ̃ter hos corꝑe ner
uos ꝑꝑ euꝫ q necessariꝰ fuit visus spm̃ ꝑ eos ad oculos ire a
cerebro magna ꝗ̃titate:sed nec i toto inuenies maiores cor-
pore neruos:nec molliores substãtie. magnitudo quoqꝫ ꝓpt̃
eorũdẽ pernecessaria fuit cõcauitatẽ:molliciesqꝫ propter sen
sus subtilitatẽ facilitatẽqꝫ in naturã sese rei mutatiõis. Mol
licies eni huiusmoi ꝯpetẽtior est rei:mutabiliorqꝫ soliditate ⁊
duritie. Hac itaqꝫ de causa duo hi magni facti sunt nerui ⁊
cõcaui. Ortus eorũ ẽ ab augmẽtorũ loco que similia capitibꝰ
diximus mãmarũ per que sensus est odoratus. Qũ igit̃ ner-
ui duo ad proximũ ꝑuenerint naribus locũ:iungũtur ⁊ con-
tinuãtur eorũqꝫ duplex fit vna cõcauitas. De hinc adinuicẽ
disiuncti ad oculos pariter protẽdũt̃ sub tali figura.
Hoc ea de cã factũ ẽ:vt si quãdo alteri oculoꝝ incomodũ ali
quod acciderit:lumẽ a cerebro percurrẽs ad vtrũqꝫ ad alteꝝ
totũ dirigatur. Ideo ergo si alterũ quãdoqꝫ claudimus ocu-
lũ. intuitus est noster cum alio fortior acutiorqꝫ. Porrectis
itaqꝫ his duobus neruis ad oculos. fit qui a latere dextro si-
nister:vt aũt ocul' approꝑnquant dilatati amplificantur:ro
tũdanturqꝫ quisqꝫ circũ tunicã que vitro liquido similis vi-
trea dicitur. ⁊ circuꝫ tenet illam ac visus dat sensum. Hi duo
nerui qum a cerebro oriuntur mollissimi sunt. ⁊ pene substan
tie similes cerebri. vt antẽ remouẽtur ⁊ differũtur ab his qui
bus oriuntur locis:indurãtur eoꝝ superficies:interioribus
quasi cerebri substãtia permanẽtibus. ad oculos vero vt per
ueniunt reuertuntur ad eã in ꝗ̃ priꝰ fuerãt mollicie:loco quo
orti producũtur. At vero hi paris nerui oriuntur a poste
rioribus ortus primi paris:egrediturqꝫ eorũ quisqꝫ a craneo
per loci foramẽ conici inquo est oculus. Dehinc quisqꝫ eorũ
diuiditur in oculi loco:in lacertos qui sunt oculoꝝ:datqꝫ eis
motus potentiã. At vero tertij paris nerui ortum habẽt
retro post secunduꝫ par loco quo inuicẽ vẽtriculi terminant̃
cerebri prore ⁊ puppis. Ipseqꝫ est locus qui cerebri basis di-
ctus est. Hoc aũt par admiscet̃ quarto pari:⁊ ab eo deiceps
seperatur:quod qũ cerebro egreditur in quatuor distribuit̃
partes. Alia earũ egreditur per foramẽ quo artaria ĩtrat ꝗ̃
dicitur iuuenil'. descẽditqꝫ per collũ ad viscera que diaphrag
mati subsunt:⁊ i ea distribuit̃:pars scd̃a ꝑ foramẽ qd̃ ẽ i osse
tempis egreditur. cõtinuat̃qꝫ neruo qui de qnto est pari. Ter
tia vero pars ꝑ foramen i quo est oculus exit ossis:ꝑ quod ⁊
par egreditur secũdũ. ⁊ exiẽs in tres sciditur partes. Alia ea
rũ tendit in angulos oculorũ minores. ⁊ distribuitur in tem-
porũ lacertos:⁊ in eos qui oculorũ sunt. Alia autem i angu-
los maiores eorũdem:⁊ ingreditur foramẽ quod ad nasum
dirrigitur ⁊ in interiora nasi dispertitur:tertia vero per suũ
discurrẽs meatuꝫ qui est ei in superciliorum lateribus diuidi
tur in duas partes. quarũ altera oris intrat cõcauũ:⁊ altera
foras egressa in vltima labiorũ scinditur. Quarta aũt pars
tertij paris ad maxillã tẽdit superiorẽ:maiorqꝫ eius pars di
uiditur in lingue tunicã dans illi gustus sensuꝫ:quedaꝫqꝫ eiꝰ
pars distribuitur in dẽtiũ radices ⁊ gingiuas que inferiori
sunt in maxilla ⁊ in labiũ inferius. Duo aũt quarti pa-
ris nerui post ortum tertij oriuntur paris:coniunctiqꝫ tertio
pari ab eo diuidũtur distribuũturqꝫ in tunicã ⁊ operimẽtuꝫ
quod palatũ vestit eiqꝫ sensũ tactus perfert. Duo vero qn
ti paris nerui. ipso in ortu suo singuli i duo diuidũtur mẽbra
fiuntqꝫ ex vno paria duo. Alterũ eoruꝫ ex puppi cerebri post

tertium par igrediturqꝫ duo auditus foramina. ⁊ qũquiſqꝫ eorũ ad auditus peruenerit foramẽ dilatatur amplificaturqꝫ foramen operit: atqꝫ hoc pari fit auditꝰ. Alterũ vero par poſt iſtud oritur par ⁊ egreditur ꝑ foramẽ in quo eſt os lapideum qđ orbũ dicitur: lꝫ non orbũ ſit: ſed apparet. Hec ergo pars qñ ad tertium par peruenerit diuidũtur ſil: ⁊ eorũ turbãtur ⁊ imiſcẽtur mẽbꝛa cõtinuaturqꝫ maxima eorũ pars lacertis genas mouẽtibus. ſigillatim immota perſeuerãte maxilla q ſupſũt ad lacertoſ tẽdũt tẽꝑũ. ẽtiũqꝫ adiuuãt par: dãtqꝫ illis ſenſuꝫ lacertis. Sexti aũt paris oꝛtus ẽ a cerebꝛi puppi: foraminũ pꝛope loca duoꝛuꝫ ſunt: que in extremitate duarum cõploſionũ que greca ſimiles ſunt lauda: egrediunt̃qꝫ paruũ qđqꝫ foramen tres nerui. alius tẽdit ad gule lacertos ⁊ ad lingue radices. adiuuatqꝫ par ſeptimũ ad mouẽdũ linguã. Alius aũt vadit ad lacertos qui ſuper ſcapulas ſunt tertiuſqꝫ q maioꝛ per collum deſcẽdit ad viſcera: tẽditqꝫ adi quo eſt vena iuuenilis dicta locuꝫ. Hic aũt neruus qñ per collũ trãſit: diuiditur ab eo mẽbꝛũ vnũ quod in lacertos gutturi pꝛopꝛios ſcinditur ab eo quedã pars q̃ ad ſuperioꝛa cõuertitur ⁊ ad gutturis lacertos: quoꝝ capita ad inferioꝛa ſunt ⁊ hic neruus reuertẽs ſurſum dicitur: diuiditur ab eo etiaꝫ alia pars ad coꝛ pulmonẽ ⁊ canalẽ eius ac meri. Hic ergo neruꝰ quum ad ea que gule ſunt ꝑuenerit: maioꝛi ſua oꝛi ſtomaci cõtinuatur parte. reliquũ vero quod eſt omnibus cõtinuat̃ viſceribus: miſcet̃qꝫ mẽbꝛis nerui que ad eas deſcẽderant tertij paris partes. Duoꝝ deniqꝫ ſeptimi paris neruoꝝ oꝛigo ab eo ẽ loco: quo etiã poſterioꝛis oꝛtus ẽ partis cerebꝛi ⁊ puppis: ⁊ nucha incipit: diuiditurqꝫ ⁊ eius maioꝛ diſtribuitur in lingue lacertos pars: minoꝛ aũt cõtinuatur lacerto qui inclinatus ſupeſt cartillagini ſcuto ſimili de gutturis cartillaginibus ⁊ lacertis duobꝰ deſcẽdentibus a coſtis oſſis qđ lauda greco ſimilatur: ⁊ hec ſunt ſeptem que a cerebꝛo neruoꝛum oꝛiũt̃ ꝑia. Nuca at ſ. b. a ẽ croſſa q̃ a cerebꝛo oꝛit̃ dſcẽditqꝫ ꝑ ſpine ſpõdiles: hꝰ pꝛincipiũ: ab illiꝰ fine. ẽ ⁊enim eiꝰ ꝑncipiũ a loco quo terminatur poſterioꝛ cerebꝛi pars: locus. ſ. pꝛimi ſpondilis colliqꝫ: ea facta cũ neceſſitate qua oꝛirẽtur ab ea nerui qui in ſingula dirigerẽtur mẽbꝛa que ſub collo ſunt: perferrentqꝫ ad ea ſenſus potẽtiam a cerebꝛo ⁊ motus voluntarij queadmodũ fluuiuꝫ magnum ad quẽ aqua decurrit a fõtibus copulãturqꝫ illi alia parua flumina ⁊ cõductus: deriuaturqꝫ per eos aqua ⁊ diuiditur in oꝛtos ⁊ ſeminata a fontis remota vicinia. Si etenim aque a fonte in vnũ diſcurrerent aque pauce ⁊ paulatim iñuentes ꝑꝑ ſpatij longitudinẽ ⁊ vie ꝓlixitatem: nec fieri poſſet foꝛtaſſis quin minuerentur nec ad loca perduci poſſent deſiderata ꝑꝑ itineris remotionem. Sic ergo ẽ cerebꝛũ quaſi fons ſenſus ⁊ motus potentie Nucha cui ab ipſo ẽ oꝛigo tãq̃ riuus magnus per quẽ a cerebꝛo diſcurrit ſenſus potentia ⁊ motus nerui qui ab ea procedũt riuulis ⁊ cõductibus ſimiles per quos trãſcurrit ſẽſus motuſqꝫ potentia ⁊ ad mẽbꝛa ꝑfertur: eſtqꝫ decurſus motus ⁊ ſenſus ad ea ꝓximꝰ. Si ad iferioꝛa procederẽtur a cerebꝛo nerui mẽbꝛa eoꝝ debilis eſſet mẽbꝛoꝛũ ⁊ ſenſus ⁊ motus propter eam virtutis que ad ea ꝑtingeret paucitatẽ: fieriqꝫ poſſet neruoꝛũ pleroſqꝫ in vie pꝛolixitate amputari ⁊ motꝰ multitudine. Qui ergo a nucha oꝛiũt̃ nerui trigita ⁊ vno paribus cõcludũtur: vno tñ ſupeminẽte ſine ſocio. Eoꝛũ in collo octo ſunt paria: in doꝛſo duodecim. ⁊ a renibus qnqꝫ procedũt paria: ab cluniũ oſſe tria: ab oſanio totidẽ ⁊ ab inferioꝛi ꝑte oſanij vnꝰ ſine comite. Pꝛimũ itaqꝫ par octo q̃ in collo oꝛiuntur parium a foꝛamine quod in pꝛimo eſt ſpondili ꝓcedit diſtribuiturqꝫ in lacertos capitis ſolius. Scđꝫ autẽ par egreditur loco qui duobus intereſt ſpondilibus. pꝛimo ſcilicet. ⁊ ſecũdo: diuiditurqꝫ pars eius in capitis cute. datqꝫ ei capitis tactus ſenſum: pars in lacertos qui poſt collũ ſũt: parſqꝫ in lacertos qui ſcapulis ſuperſũt latos. Tertium deniqꝫ par a foꝛamine egreditur quod intereſt ſecũdo tertioqꝫ ſpondili: ⁊ diuiditur quiſqꝫ eoꝛũ in duos neruos: ⁊ vnus quidẽ ad poſterioꝛa tẽdit: dehinc aũt ad ꝓfunda lacertoꝝ qui illic ſunt: alius aũt in anterioꝛi. Quartuꝫ deide par egreſſum hꝫ per foꝛamẽ quod iter eſt tertiũ ⁊ quartũ ſpondilẽ. diuiditurqꝫ quiſqꝫ neruoꝛũ in duos ⁊ maioꝛi parte ad poſterioꝛa directa in pꝛofũdũ verſus ſpinã ſpondil' quarti: diuiditur illic ab ea pars: quedã que diſtribuitur i lacertos capiti ⁊ collo cões: dehinc reuertitur a ſpondili ſpina in anterioꝛa diuiſa: quedã ab ea pars in lacertos ſpine diſtribuitur. pars aũt minoꝛ ad anterioꝛa pꝛocedit: ſcinditurqꝫ ab ea pars ⁊ admiſcetur tertio pari. At vero par quintũ foꝛamẽ egrediẽs tranſuerberat qđ inter quartũ ẽ ſpondilẽ ⁊ quintum: ⁊ diuiditur quodqꝫ mẽbꝛũ in duo: tenditqꝫ minoꝛ eoꝛum pars ſuper ſcapulas ⁊ in lacertos qui illic ſũt ſcinditur. Maioꝛ vero ⁊ ipſa iterũ in duo diuiditur alterũ mẽbꝛoꝛũ in ſuperioꝛa ſpine ⁊ in lacertos latos qui ſuper ſcapulas ſunt: ⁊ in lacertos collo ⁊ capiti participatos. Alterũ aũt mẽbꝛoꝛũ imiſcetur partibus que de quito ſũt pari ⁊ ſexto ⁊ ſeptio pariũ a collo exeuntiũ ⁊ ad medium tẽdũt diaphꝛagmatis. Sextũ vero par exit eo ꝙ ẽ inter quintũ ſextũ ſpondilẽ foꝛamine. Et ſeptimum par inter ſextũ ſpondilẽ ⁊ ſeptimũ ⁊ octauum ſpondiles. Hoꝛum quodqꝫ partiũ in multas diuiditur partes. Alic quidẽ in lacertos dirigũtur capitis ⁊ colli: quedã in lacertos ſpine: quedã aũt in diaphꝛagmatis lacertos ſolo excepto octauo pari ex eo ⁊enim nihil ad diaphꝛagma mittitur. quedam vero ad alias tranſeũt partes vt ad locũ perueniãt conicũ in oſſe ſcapularũ motũqꝫ bꝛachio fert: ſꝫ ⁊ ad lacertos q i armo ſunt ⁊ motũ faciunt palme atqꝫ ad palmã motũ faciẽtes digitoꝛuꝫ. pars quoqꝫ alia in cubiti diſtribuit partẽ cui ⁊ ſenſum miniſtrat. Duodecim autẽ paria que ex ſpondilibus oꝛtũ hñt doꝛſi ⁊ pectoꝛis huiuſmodi ſunt. Pꝛimũ egreditur par inter pꝛimũ ſpondilẽ ⁊ ſecũdũ eoꝛũ qui pectoꝛis ſunt ſpondilium: diuiditurqꝫ eius pars in lacertos qui inter coſtas ſunt. pars autem in lacertos qui ſpine reliquũqꝫ quod eſt in coſtas extenditur pꝛioꝛes: dehinc octauo miſcetur pari quod a collo ẽ ⁊ ad ſcapulas poꝛrectũ ſenſuꝫ dat illis ⁊ motũ. Secũdũ par egreditur inter ſecũdũ ſpondilẽ ⁊ tertiũ de ſpondilibus pectoꝛis: poꝛrigiturqꝫ pars eius ad bꝛachioꝛuꝫ cutẽ ſenſum illis perferens: reliqua pars diuiditur: tenditqꝫ pars eius in anterioꝛa: diſtribuiturqꝫ in lacertoſ qui ſũt inter coſtas: coſqꝫ qui ſuper pectꝰ ſunt: pars autẽ altera ſcinditur in ſpine lacertos ⁊ ſcapularũ: quibus ẽt motũ miniſtrat: ſic quoqꝫ oĩa paria neruoꝛũ que a pectoꝛis egrediuntur ſpondilibus duodecim. Eteni hoꝛũ quodqꝫ diuiditur in lacertos ſpine pꝛoximos ſpõdilibus a quibus egreditur ⁊ in confinia illis membꝛa. Egreditur autẽ quodqꝫ par duodecim pariũ neruoꝛuꝫ qui a ſpondilibus ſunt pectoꝛis inter duos ſpondiles pꝛeter duodecimũ. Ipſum nãqꝫ ex ipſo pꝛocedit ſpondili duodecimo. Quinqꝫ autẽ paria quibus a ſpondilibꝰ eſt renum oꝛigo: vnũquodqꝫ ex ipſius ſpõdilis cui deputatur egredit̃ coꝛpoꝛe tenduntqꝫ eoꝛũ quedã in anterioꝛa vt in lacertos. qui ſuper ventrẽ ſunt diſtribuũtur: quedã autem ſcinduntur in lacertos qui ſuperſũt carni que renes vtroqꝫ veſtit latere: deſcẽdũt maxime eoꝛũ partes ad duos pedes. At vero tria paria quibus ẽ oꝛtus a cluniũ oſſe ſingula egrediuntur foꝛamĩe quod ẽ in oſſe ipſoꝛũ cluniũ ⁊ diuiduntur: parſqꝫ eoꝛũ diſtribuitur in lacertos qui ſunt cluniũ oſſa ⁊ in pꝛoxima illis coꝛpoꝛa: pars autẽ admiſcetur duobus extremis paribus renũ deſcenditqꝫ cũ eis ad pedes ex maxima parte. Tria deniqꝫ paria ab oſanio procedentia: ſoluſqꝫ qui de ſubtus ẽ reſtant. Hoꝛũ pꝛimũ egreditur inter cluniũ os tertiũ ⁊ pꝛimuꝫ oſanij. Secũdũ ãt inter os pꝛimũ ⁊ ſecũdũ oſanij. Tertium ãt par inter ſecũdũ pꝛoducitur ⁊ tertiũ os eiuſdeꝫ. Solus ãt neruus cui ſocius nõ ẽ ab vltimo ẽ oſanij. Hec aũt paria oĩa in multa diuidũtur mẽbꝛa ⁊ quedã quidẽ diſtribuũtur ĩ ani lacertos: quedã in virge lacertos: quedaꝫ in veſice lacertos: quedã in ipſius virge ſubſtantia. Sunt itaqꝫ paria qui ſunt in coꝛpoꝛe neruoꝛũ triginta octo vnuſqꝫ cui deeſt comes. Et hec eſt neruoꝛũ aſſignatio.

Capitulũ. xi. de ligamẽtoꝛũ ⁊ coꝛdarũ aſſignatione.

l Igamentoꝛum ſubſtantia inter neruoꝛũ eſt ⁊ oſſiuꝫ media ſubſtantia ideoqꝫ ⁊ ſanguine ſicut ẽt ſenſu caret eoꝛũqꝫ caro minꝰ oſſibus dura ſed durioꝛ neruis eoꝛũqꝫ oꝛigo ab oſſium extremitatibus vnde ⁊ ſenſus exꝑtia. Senſus eteni illis ẽ quibus oꝛigo in cerebꝛo ducitur vel nucha: ligamentoꝛũ poꝛro vtilitas duplex ẽ. altera quo intꝰligentur oſſa in locis diſgregatis: oꝛitur eteni in extremitate cuiuſqꝫ oſſiũ duũ que cõtinua ſunt huiuſmodi coꝛpus ligamẽtũ. ſ. quo alterũ altero vinciatur queadmodũ ligna funibus alligantur altera ãt qm̃ ligãt lacertos cũ oſſibus: hoꝛũ mẽbꝛoꝛũ figura diuerſa ẽ. Quoꝛũdã etenim figura rotunda ẽ ſicut neruoꝛuꝫ hocqꝫ illis factũ eſt in locis quibus nõ ſũt lacerti quo pꝛohibeantur ipſa rotũditate incõmoda ſuſcipere vt diſgregatio raſche a duobus cubitis: hic locus lacertis ẽ nudus: quedaꝫ autẽ ampla ⁊ lata ſunt que ad oſſiũ ligamẽta ſũt neceſſaria continuata firmiter: niſi ꝙ ea que lata ſunt ligamẽta illa que ligant foꝛtius ⁊ firmius tenẽt: quedã alia lata ⁊ tenuia ⁊ pãniculis ſimilia ac diaphꝛagmati: que ad defenſionẽ neruoꝛuꝫ venarũqꝫ parata ſunt qñ per oſſa trãſeũt lacertis nuda: vt cubitoꝝ ẽ extremũ. Coꝛde eteni q̃ pꝛoducũtur a lacertis que in manifeſto ſunt bꝛachij ad mouẽdũ raſchã oĩbus ſunt op-

te ex partibus operimentis que ex ligamētorū sunt genere q̄ oriūtur ab cubiti vtriusqz extremo ⁊ qū vestiūt cordas ab incōmodis exterius defendūt superuenientibus: ⁊ ab interioribus ab ossiū soliditate sic etiam in omnibus alijs his similibus est mēbris.

De cordis. At vero cordarū substātia media est ligamentorū ⁊ neruoꝝ substātijs. Et enim illis origo a neruis ad lacertos euntibus ⁊ a ligamentis que ex ossibus orta sunt. Neruus nāqz quz ad lacertū tēditur per ipsū distribuit ⁊ dispergitur in eius partes villisqz illius imiscetur: cōmiscetur quoqz cū illis pars quedā ligamētorū que ab ossibus producūtur: diciturqz huiusmōi cōmixtio lacertus. Dehinc autē a neruis descendit ⁊ ligamētis corpus in capite lacerti qui proximus est moto corpori per ipsū sine aliqua lacerti carnis admixtione: oriturqz ex eius extremo tēditqz ad mēbrū cuz necessarius ē motus: cōtinuaturqz illi. Jdō ergo cordarū suba media ē inter neruoꝝ ⁊ ligamentoꝝ subas eiusqz ex ligamētorū actionibus ⁊ neruorū cōposita vtilitas. Est etenim earū nature sentire ⁊ mouere lacertosqz ligant cū ossibus. Cordarū quoqz figura varia ē quēadmodū ⁊ ligamentorū. Sunt eteniz earum quedā rotunde quedā late: quedā amplioris latitudinis ⁊ tenues in pāniculorū similitudinē. Rotunda quidē q2 illo est loco quo a lacertoruz oriuntur capitibus proximorum disgregationi quz mouent. hoc ideo factuz est quo remotiores fierēt ab incōmodorum susceptionibus quēadmodū corde que ad disgregationem rasche feruntur a lacerto super cubitū posito: latum āt cordarū ipsum ē ꝙ eisdē ꝯtinuatur disgregationibus fuitqz necessariū vt disgregationis maximā amplecteretur partez. Extensa āt corda tenuisqz tribus necessaria est de causis. prima ē vt det tactus bonitatē mēbro ⁊ indicij vt corda que cuti medij palme substernitur: hoc eni mēbrū organū datū est ad probādas oiuz que tenētur qualitates. Secūdo aūt duritiei pariter addat mēbri quēadmodū corda que sub plātarū pedū cute strata est. Hec etenim cutis necesse habuit cū diligentia tactus duritiē habere quo ei ad ambulationē esset tollerātia in duris ⁊ asperis locis. Tertia vero ē vt operiret ac defēsaret operimenta oia quēadmodū que a duobus oriūtur latis corde lacertis qui supersunt ventri. Hec etenim cōtinuat̄ cōsolidatione siphaci super vētrē extenso: augentqz eius soliditatē: sicqz oēs a lacertis orte ventris corde tenues sunt ⁊ pāniculorū subtilitati similes. Hec est de neruis, ligamētis ⁊ cordis vniuersalis ⁊ disiuncta disputatio.

Capitulū. 12ᵐ. de venarum assignatione.

v **Enis** que nō percutiūtur origo ē ab epate que necesse fuerūt vt ab epate per eas sāguis in oia deferrētur corporis mēbra quo pascerentur. Et haꝝ substātia venarū fragilis ē ⁊ tenera ex vna tm̄ tunica. Que ideo tenere facte sūt vt proxime essent epatis substātie: q̄ten⁹ quod ad eas peruenerit succositatis ⁊ sanguinis q̄dam alteretur imutatione. Ex vna aūt tunica institute sunt qm̄ he ad trahendū ab epate institute sunt sanguinez ⁊ vsqz ad mēbra deferendum aut ab intestino cibū attractū ad epatis perferant officinas. Nec vero oportuit eas duarum esse tunicarū. Sanguis etenim qui ab eis ad mēbra decurrit necesse habuit cum sua totalitate substātie transire non quemadmōm ille qui ad arterias trāsit. Arterie eteiz cōposite sunt ex duabus tunicis quatenus qḋ ab eis ad mēbra transit sanguis sit q̄dā subtile ⁊ tenue qḋqz ꝓpiqu⁹ nāe sit spūs. Vene ergo q̄ ab epate oriūt̄ due sunt. vni⁹ quiḋ ē origo a conico latere q̄ dr̄ porta: alterius origo a gibboso ⁊ dicitur cōcaua.

De porta Et a vena quidē porta vocata ipsius i interioribus epatis anteq̄ꝫ egrediatur diuidūtur quinqz partes: que quiqz producūtur epatis extremitatibus: vt aūt epate vena hec egressa est ad mediū descēdit locū itestini qui dicit̄ duodecimū. Diuidit̄qz illic in octo venas. Earū due sunt parue quarū altera itestino cōtinuat̄ duodecimo ⁊ sumit ab eo quod ad ipsum peruenit succositas cibi: atqz ad epar defert. aliquādo aūt sepat̄ ab ea subtile qḋdam quod ad carnē tēdit teneram circa cōcauitatē. Alia autē diuiditur in locis que stomacho cōtinuātur in itestinū qḋ porta vocatur: quod ⁊ stomacho subest fugitqz ab inde quē inuenit cibū ⁊ ad epar perfert. Reliquarū aūt sex venaꝝ que duabus maiores sunt primis vna quidē ad latus tendit stomachi latū: firmaturqz in dextro latere quo ad ipsum cibuz perferat ab epate: interiora ⁊enim stomaci reficiūtur cibi succositate tp̄e quo illuz digerit. Secunda ad splenē tēdit vena. quo ad ipsum sanguis attrahat feces ab epate: ⁊ anteq̄ꝫ hec ad splenē attingat: seperantur ab ea vene que in carnē distribuuntur panagriam dictam quo per illas pascatur. Qū autē ad splenē hec peruenerit vena sepatur ab ea vena q̄dā alia ꝑuula: ⁊ ad sinistrū tēdit latus stomaci: solidaturqz illi ⁊ pascit ascēditqz ab ea gramē subtile ad adipem in quē diuisa reficit illū. Tertia aūt vena ad latus porrigit̄ sinistrū. diuidit̄qz circa rectū itestinū sumitqz ab eo qui in purgamēto ciboruz supererat cibū ⁊ ad epar refert. Quarta quoqz vena in latus extenditur dextrū. Quinta in circuitu fertur intestini quod colon vocatur illiqz cōtinuata sumit ab eo etiā ipsa in purgamēto ipsius quod inerat cibi. Sexta ad circuenda tendit intestina subtilia diuiditurqz in q̄ꝫplurimas ꝑtes. q̄rum maior ꝑs ad intestinum ieiunum dictum porrigitur: reliquuz quod ē in intestinuz distribuitur subtile: ⁊ intestinū quod dicit̄ orbum: ⁊ in ꝑtem q̄ cōtinuat̄ itestino colon vocato. sumitqz ab his cibi succositatē locis ⁊ epati offert. ⁊ hec ē assignatio venaꝝ que diuiduntur a vena superius porta vocata.

De concaua Vena autē q̄ cōcaua dicta est iā ante diuiditur in ipsi⁹ epatis interioribus in multas partes: que in gibboso ipsius latere solidātur ⁊ firmant̄: ⁊ hec sunt vene que succositatē cibi a venis attrahunt que ab ea diuidūtur vena quā portā vocauimus ⁊ ad venā ꝑferunt concauam. Ut aūt ascēdit cōcaua ab epate in duas diuiditur. altera quarū magna est ⁊ ad inferiora descēdit ⁊ per spine porrigitur spondiles vsqz vltimū spōdilē. Altera aūt parua ascēdit ad cor ⁊ corporis superiora. Nos aūt primū de ea tractabimus que ascendit parte. Dico ꝙ qm̄ ea q̄ ascēdit ꝯcaue ꝑs vsqz ad diaphragma itegra porrigit̄: ⁊ i diaphragmate due ab ea sepāt̄ ꝑtes que i ip̄o stabilite dyaphragma pascunt. Dehinc aūt separatur ab ea subtiles quedā vene que operimēto cōtinuātur quod pect⁹ in duo media diuidit ⁊ ad cordis operimēta sꝫ ⁊ ad glādulam quā morum vocamus. Post hec aūt sciditur ab ea pars quedā que maiori cōtinuatur cordis auri: diuidit̄qz pars hec in tria mēbra quoꝝ vnuz itrat dextrum cordis concauuz. ⁊ abinde ad pulmonem porrigitur: ⁊ hoc horum triū maius est mēbroꝝ: generaturqz ab eo vena que arterial' nūcupatur eo ꝙ similis sit arterie. Membrum aūt secūdum cor circuit ab exterioribus ⁊ in ip̄m ois cōsumitur vt ip̄m pascat. Tertiū vero ad i feriores extēditur pectoris partes. pascitqz qui ibi sunt lacertos inter costas ⁊ alia ibidē corpora disposita. Hec ergo vena qum cor trāsierit diuisiones aſe quarūdam patitur venarum que sua capillis subtilitate similes sunt: distribuūturqz in superiores duoruz partes pāniculorū qui in duo distribuuntur pectus media. Que qum ad furculas ꝓximat i duas sciditur ⁊ eaꝝ vtraqz in duaꝝ ascēdit viciniā furcularuz: separaturqz altera ab altera ⁊ abinuicē remouētur per transuersuz: ⁊ separātur ab vtraqz duo mēbra. quoruz alterū ad anteriora porrigitur pectoris ⁊ descēdēs ad pectorale tendit sumitqz sibi pectoralis dextrū alterum vero sinistruz: donec ad cartillaginē pertigat que ensi similis sup os stomaci ꝓtēditur. Alterū aūt in quiqz distribuitur ꝑtes. Prima pars ad pect⁹ tendit ⁊ diuiditur in quatuor pectoris supiores costas. Secunda ad locum peruenit scapularum. Tertia ad colli tollitur locum ⁊ diffunditur in lacertos qui in ipsius positi sunt profundo. Quarta ad foramen mittitur sex superiorum colli spōdiliū ⁊ ad caput mittitur. Quinta autē que maior ē pars quiqz ꝑtiū ad alas ascēdit ⁊ ab ea quatuor separātur vene quarū vna distribuitur in lacertos: q a pectorali ad scapulas ascēdunt. Secunda diuiditur in tenerā carnez q̄ est in alis. Tertia descendēs tendit ad latus pectoris donec ad vētris perueniat sub planū eiusqz i exterioribus statuit̄. Quarta etiā diuidit̄ in tres venas. quaꝝ vna distribuit̄ in lacertos qui sunt in latere scapulaꝝ conico. Secunda ante diuidit̄ in magnū qui sub ascell' ē lacertum. Tertia que est maior super brachium porrigit̄ donec ad manū ꝑueniat: ⁊ ipsa est vena que alaris dicit̄ ab ala. Ut autez hee due obuiāt furculis vene cōcaue postq̄ꝫ in ea que diximus diuisa sunt mēbra: diuiditur eaꝝ queqz in furcularū loco in duas. Ascēditqz altera earū ꝓfunda ⁊ celata ⁊ occulta vocat̄ organica. Ascēdit aūt altera manifesta ⁊ patens: ⁊ vocat̄ organica. Et organica q̄dem mā̄ifesta postq̄ꝫ ascēdit a furcul' in duas magnas diuiditur venas: quaꝝ altera in collū vadit: ⁊ descēdit a ꝓfundo corporis paulatim in anteriora ⁊ lat⁹. Secūda aūt anteriora ⁊ deorsum: ⁊ dehinc ascēdit: ⁊ circulat̄ ad furculas: ⁊ eleuat̄ ab exterioribus in primā eius partē: cōmiscēturqz quedam ipsius cū quibusdā illi⁹ partibus ꝑtes: fitqz ex eis organica manifesta. Anteq̄ꝫ autē hoc mēbrū ꝑori imisceatur multe ab eo pullulāt vene que ad superiora exaltāt̄. q̄ꝝ quedā minime visus apparēt sensui oi tēpore eo ꝙ aranee similes sunt

filis.quedã autem visus sensui mãifeste sũt. Exbis aũt q̃ minime apparent duo aggregãtur paria: alterũ corꝝ in latitudine tẽdit iterũqꝫ adinuicẽ cõtinuatur in occulto loco: qui est i furcularũ cõpagine. Paris aũt alteri⁹ vene: altera alteri nõ cõtinuatur sed opponũtur quasi in locũ colli exteriorẽ ꝛ collum tẽdentes. Que aũt visus pꝫ sensui: semper eius quidem quedã vena ad scapulas vadit: ꝛ debinc ad manus porrigit̃ vocaturqꝫ scapularis vena que etiã cephalica dicit̃: ꝛ ei⁹ due sunt vene huius inberentes radicib⁹ scapularis quarũ vna ad scapule extẽditur caput: ꝛ in corpore ibidẽ posita distribuitur. altera aũt ad caput puenit brachij.

De organica

Organica porro mãifesta que ex duabus ꝯglutinatur ꝯmixtione partium quarũdã in duas diuiditur ꝛ earũ altera tendit ad interiora: pullullãtqꝫ multa ab ea germina. quedã quidẽ parua que in superiorẽ distribuunt̃ mãxillã. quedã vero magna que i inferiorem dispꝫtiuntur maxillã: ꝛ a magnis alie quoqꝫ pullulãt ptes q̃ i linguã: ꝛ i alia distribuũt̃ illic circũposita corpora manifesta. Altera aũt orgãice pars ad exteriora tẽdit: diuidit̃qꝫ i corpa q̃ duab⁹ isũt aurib⁹ ꝛ i caput. Occulta vo organica ascẽdẽs ad latus ꝓtẽditur meri. separaturqꝫ ab ea ps que pari admiscetur illi que ab organica sciũgit̃ manifesta: sitqꝫ due gutturi iprimũtur ꝛ meri oibusqꝫ occultis lacertis. Reliquũ aũt organice huius ꝓtenditur ad cõplosi finem laude grece sili ꝛ diuidũtur ab eo mẽbra. Paruũqꝫ eius mẽbruꝫ ad locũ primi secũdiqꝫ porrigitur spõdilis. Aliudqꝫ capillo simile ad locũ q̃ interẽ capiti ꝛ prime spõdili extẽditur. Et qđ superest cranei itrat interiora p foramẽ quod i fine est cõplosi sisis lauda greco. distribuiturqꝫ in iferioribus cranei: pascẽs que illic sunt corpora. Et hic est vltim⁹ ad quẽ peruenit occulta locus organica

De ascellari.

Nũc igit̃ ad venã que alaris dicta est reuertamur: q̃ etiã basilica dicitur. venã quoqꝫ scapularẽ que ꝛ cephalica nuncupatur. Dico ergo q̃m he due vene quꝫ per brachiũ ꝓtenduntur ab vna q̃ earũ partes separãtur modice ꝛ in brachium distribuũtur: cõgregaturqꝫ de earꝫ partium adinuicẽ coadunatione vena que dꝫ arabice aq̃bela. nos mediastiam eo q̃ duabus cephalice. s. ꝛ basilice itersit. ꝛ ex eis fiat noieqꝫ caream⁹ proprio vocemus. Et scapularis quidẽ quã p brachiũ extẽditur subtiles ab ea qđe vene pullulãt que in cute ipsius imo ꝛ lacertorum ptes manifestas quo illas pascat diffunditur. At vero alaris ꝛ ipa in multa diuiditur: eiusqꝫ quedã pullulãtes ab ea ptes in lacertos distribuũtur q̃ in brachijs sunt interioribus: ipsosqꝫ pascũt. Ut aũt due hee proxime fiũt vene disgregationi cubiti: diuidũtur vtreqꝫ. cõtinuaturqꝫ mẽbrum vnuꝫ alaris mẽbro alteri alterius scapularis: fitqꝫ ex eis vena vna p medium ꝓcedens in loco duplicationis cubiti: quam quidam brachij fontem nominant: ꝛ hec vena est q̃ mediastia dicit̃. Earũ porro reliquie vene siquidẽ scapularis ps quedã ad manifesta tendit cubiti. sup superioreꝫ cubitũ: ꝛ hec est vena q̃ dicitur cubiti chorda: ꝛ ad extremũ inclinatur latus in partẽ extremitatis gibbose cubiti inferioris ꝛ ad raschã producitur: eorũqꝫ diuiditur in loco i iferiores extranei rasche lateris partes: reliqũ vero scapularis per brachiũ porrigitur ꝛ cõtinuatur ei que in profundo ẽ parti alaris. Reliqua vero alaris diuiditur in duas ptes: quarũ altera ẽ parua ꝛ ipsa iterũ in duas distributa ẽ partes cui⁹ partium altera ad familiare extenditur latus ꝛ ꝓtenditur vsqꝫ locũ qui interest auriculari ꝛ medico: hec ꝛ vena salubris vocatur ad impudici partẽ. altera ãt extollitur ꝛ ad partes manus exteriores tendit ad partes. s. quas venter tangit palme. Secũda ãt pars que ꝛ maior in tres diuiditur partes. Prima diuiditur in latere inferiori brachij: sic vt ad raschã perueniat. Secũda super hãc ꝛ ipsa quo ad raschã vadit. Tertia ãt diuiditur in cubiti medijs. Mediastina aũt vena per mediũ transiẽs cubiti ascendit in cubitũ superiorem in extremũ latus ꝛ bifariã diuiditur. Altera eius pars ad extremitatẽ tẽdit superioris cubiti ad raschã. s. diuiditurqꝫ in loco qui ẽ post pollicẽ ꝛ idicẽ ꝛ ibi terminat̃. Altera autẽ extenditur ad cubiti inferioris extremitatẽ ꝛ in tres secatur venas: quarũ vna ad locũ qui medius est indici ꝛ ipudico tẽdit. ꝛ cõiungitur parti alterius q̃ prior dicta ẽ: fitqꝫ vna ex vtrisqꝫ vena. Secũda autẽ ad locũ emittitur q̃ in pudico medicoqꝫ medius est: ꝛ hec est vena quã medicorũ pliqꝫ pp splenis incidũt passionẽ in sinistra manu: permittũtqꝫ sanguinẽ donec spõte eius ampuretur effusio exire. tertiaqꝫ vena ad medici tendit ꝛ auricularis loca. Et he sunt cõcaue partitiones vene q̃ in superiora tẽdit. At vero vena que de concaua diuidit̃ ꝛ ad inferiora tẽdit statim vt a concaua separatur ꝛ anteq̃ ossi cõponatur spine diuiduntur ab ea vene capillis similes que ad dextrũ porrigũtur renẽ ꝛ in eius villulis cõsumũtur ꝛ pãniculis: ꝛ in eis que ipsi proxima sunt corporibus: eibũqꝫ ad eos perferũt: debinc diuiduntur ab ea vene due magne q̃ concauitatẽ ingrediuntur renũ: per quas renes sanguinis adducũt aquositatẽ: post hec autẽ pullulãt due ex eis alie vene q̃ ad testiculos porriguntur: debic vero apud vnũquẽqꝫ spondilẽ renũ diuidũtur ab ea vene due q̃ in latera duo mittuntur ꝛ ad illa duo ꝛ ad lacertos qui super renes sunt ꝛ lũbos: separãturqꝫ ab ea subtilissime vene q̃ foramina ingrediuntur spondiliũ ꝛ nuche nutrimenta ministrant: vt autẽ peruenit ad vltimũ hec vena spondilium in duas distribuit̃ partes: sumitqꝫ sibi vna pars versus dexterã coxã: altera vero ad sinistrã: ab his duabus partibus decẽ diuiduntur venarũ maneries: quarũ prima versus nates duas porrigit̃. Secũda ꝛ hi⁹ sunt vene subtiles tanq̃ pili ad siphacis partem. Tertia ad carnẽ que est in cluniũ osse. Quarta ad lacertos qui circũsunt ano ꝛ exteriora cluniũ ossis. Quinta ad matricis os ꝛ que illi subsũt. Sexta ad lacertos qui positi sunt sup ossa pẽnis. Septia ad lacertos qui recte super planũ porrigũtur vẽtris. Octaua ad vuluã in mulieribus: ad virgam in masclis. Nona ad iferiores femorũ lacertos. Decima iliorꝫ confortat loca. Postq̃ autem hec decẽ a duabus vltimis diuise sunt venis circa femorũ confinia diuiditur earũ reliquꝫ in alia mẽbra. diuiditur ergo ex eis mẽbrũ vnũ quod consumitur in lacertos qui sunt in anterioribus coxe. debinc aliud in inferiori parte femoris a sinistro latere proprie corporis superficiẽ: reuertiturqꝫ in profundũ. debinc diuiduntur ab ea partes multe que in lacertorꝫ ꝓfũda distribuũtur. Quꝫ hec peruenit vena super genu disgregationem paulo ante in tres diuiditur venas: quarũ vna mediũ aggredit̃ ꝛ in oẽs consumitur cruris lacertos interiores ꝛ exteriores. Secũda autꝫ descendit super arundinẽ maiorẽ cruris que a parte superficiei proxima ẽ corporis dõec ad cauille perferatur disgregationẽ: ꝛ hec ẽ vena que vocatur scia. tertia autẽ ꝓtẽditur in interiori cruris latere donec ad nudum cruris perueniat locũ ꝛ ad inferiora pertingit locũ. s. gibbosum maioris cruris arundinis ad cauillã. s. ꝛ hec est vena que vocatur saphena. debĩc ab harũ quãqꝫ duarũ substãtia diuidũtur venarum quꝫ ad pedẽ perueniũt vene due: que extremũ minoris circũdant arũdinis cruris. altera a latere extraneo. altera a familiari ꝛ in partes scindunt̃ pedis superiores ꝛ inferiores. ꝛ he due a vena que scia dicitur distribuũtur. Alie autẽ due interplicantur in arundinis cruris circuitu maioris. altera ab interioribus: altera a posterioribus. Et hec est venarũ assignatio oium quibus nõ ẽ pulsus: que sũt mẽbra. xi. ꝛ vena que ad portã peruenit epatis ab vmbilico in fetuũ corporibus. vena porta. vena cõcaua. pectoris vene. diaphragmatis vene. vene scapularis cũ suis mẽbris. vena per alã transiens. organica manifesta. vene que ad vẽtris subplanũ descendũt. vene que in ossibus sunt cluniũ. vene que super manifesta cluniũ. Hec omniũ est assignatio venarũ sine pulsibus ꝛ earuꝫ figura ac vtilitates.

Capitulũ. xiij. de arteriarũ assignatione.

Dico quoniam

pulsantes vene que arterie dicunt̃ nature fuerunt necessarie quo a corde naturalẽ sumerẽt calorẽ ꝛ ad oia deferẽt mẽbra. Arterie autẽ ex duobus cõposite sũt tunicis sunt inuicẽ similibus suis in partibus varijs positioẽ ꝛ suba. Interiorũ earũ tunicarũ villosa cũ ꝛ in latum eiusqꝫ dura suba ipsaqꝫ crossior tunica exteriori quinquiesqꝫ duplicior. Tunice ãt exterioris in lõgũ sunt villi ꝛ in ea villi pauci a transuerso ꝛ eius suba tenera. Quod ideo sic factũ ẽ quoniam in eo duo sunt mot⁹. Primus dilatationis. s. aeris attractio ad eas a corde: heceqꝫ per exteriorem fit tunicã cuius in longũ ꝓtenduntur villi. Secũdus motus arctãdi. s. superfluitatis fumose expulsio in exteriora: ꝛ hic per secũdã fit tunicã interiorẽ: cuius in latũ feruntur villi: adiuuãtqꝫ illi ad hoc ipsuꝫ in transuersũ prima qui porrigũtur villi bis q̃qꝫ villis vena sanguinẽ a corde missum continet vnde ꝛ hec interior solidior exteriori facta est tunica. Et in arteriarũ iteriori tunica ẽ alia tenuis sed dura aranea tele similis que manifesta patet in magnis arterijs si due superiores scinduntur tunice. Et oino substantia arteriarũ solidior ẽ ꝛ durior venarꝫ sine pulsu substantia: quod ideo factũ ne forte pp motus multiplicitatẽ facile rumperẽtur aut scinderent. Origo oium porro cũ pulsu venarũ a lateris est sinistri cõcauo duarꝫ cordis concauitatũ. ab hoc etenim concauo due oriuntur vene

pulsantes:altera minor:altera vnā habens tunicaz tenerā ꝛ
fragilē. ideoqꝫ arteria dicit̃ venalis. Cuiꝰ fuit vtilitas quo
ad pulmonē multū ꝛ sanguinis ꝛ spūs deferret quātitatē su-
am propter fragilitatē que ēt pulmonē intrat ꝛ in multas di
uiditur partes:accipitqꝫ ab eo aerē ꝛ ad ipsum sanguinē de
fert quo pascatur. Secunda āt maior hac est prima: ꝛ hec est
quā aristotiles dicit auritbiā:nos audacē. Hec vena cū a cor
de egreditur duo ab ea rami germinantur:quorū alter ꝛ mi
nor ad concauū vadit dextrū cordis ꝛ in ipsum distribuitur:
secūdus āt qui ꝛ maior circuitū cordis perābulat totū:debic
ingreditur ꝛ distribuitur in eo. huiꝰ aūt reliquū vene postꝙ ab
ea duo hi producti sunt rami in duas diuiditur partes:qua
rū altera ascēdēs fertur ad superiora:altera ad inferiora de
scendit que ꝛ maior ē parte ascendēti. Hoc ideo qm̄ mēbra q̄
sub cordis posita sunt loco plura sunt numero his que superi
us posita sunt. Et mēbrū quidē eius quod ad superiora niti-
tur vene. s. que auritbia dicitur in duas partes diuiditur. Ea
rū altera que ꝛ maior versū gingiuas ascēdit ꝛ per trāsuersū
in dextrū latus sic vt quz proxia tenere fit carni que morū di
cit̃ in tres diuidatur partes:due earū que ꝛ maiores sunt ve
ne ad latera tēdūt organicarū duaꝝ occultarū. altera quidē
in sinistre organice latus. altera vero in dextre latus ꝛ he due
sunt vene quaruz sentitur pulsus in duobus colli latibus pro
pe organicos: dicunturqꝫ iuuenilles que etiam diuiduntur
cum partitionibus organicorū:suntqꝫ illis reliquie que in in
teriora ingrediūtur cranei. ibiqꝫ in multas ꝛ varias diuidū
tur ptes q̄ iplicant̃ ꝛ irretiūtur. Fitqꝫ ex eis q̄si extēsio reti si-
milis extensa ꝛ strata sub cerebro maturationi spiritus ani-
malis fornax. De hinc vene hee multiplicantes adinuicem
cōgregantur:vt fiant ex eis due:quemadmodū prius fuerāt
vene anteꝙ diuiderentur: ꝛ cerebrū ingresse distribuuntur
in cerebri substantiā ꝛ ad ipsum spiritum deferunt animalē
Tertia vero pars itres diuiditur partes:quarū pars ad pe
ctorale ꝛ costas pectoris primas defertur:quedā aūt ad supe
riores colli spōdiles ꝛ loca que furculas sequūtur donec ad
scapule caput attingat descēdatqꝫ: ꝛ ad alarū emittitur par
tes: ꝛ producitur ab ea ramus:qui cū vena alari basilica di.
cta procedat: ꝛ in manū iuxta illius diuidatur partitiōes:p
ducūturqꝫ ab ea ramuli parui in lacertos exteriores brachij
ꝛ interiores:vaditqꝫ occulta sic ut qm̄ ad cubitū puenerit pa
teat: ꝛ cū vena alari basilica vocata perambulet:de hinc etiā
in pfūdū mergitur ꝛ particule ab ea producūtur que in cubi
ti lacertos distribuūtur. Secūda autem pars in duas distri
buitur partes. quarū altera ꝛ maior ad raschā porrigitur:ꝺ
super cubitū decurrēs superiorē: ꝛ hec est quā sentiūt medici
vena i morbis iudicādis. Altera aūt desup i iferiorē cubituz
ad raschā pgēs pducit̃ didūturqꝫ ābe i lacertos palme i qbꝰ
ēt nōnunꝙ in exterioribus apparent palme. Secunda aūt
ascēdentis vene pars incipit per transuersum in sinistre ale
partem ꝛ diuiditur in mēbra que in sinistro sunt latere diui-
sione vene de qua dictum est. ꝛ hec est tertia pars venarū q̄
huic socia est. Vena aūt que in iferiora demittitur a vena
que dicitur auritbia pulsāti a loco scil' cordis qm̄ descendit
firmatur super spine spōdiles ad cluniū tēdēs ossa. Cuiꝰ in
itinere rami oriūtur in sing[...]lis spōdilibus:fitqꝫ ex ea singu-
lis que attrahunt eā mēbris vena subtil':que in loco in quo
pulmo est diuidit̃ eiusqꝫ peruenit vltimū ad pulmonis cana-
lem: ꝛ vena alia que ad locū tendit que inter costas est:vene
quoqꝫ due ad diaphragm[...]e: ꝛ alia vena que in epar di
uiditur: ꝛ stomacū ac splenē. vena quoqꝫ ē alia que distribui-
tur in ꝯcaua venarum que in circuitu sunt intestinoꝝ subti-
lium. Dehinc aūt pullulāt ab ea vene tres alie:quasi cōcaui-
tates distribuunt̃ venarū:que in circuitu sunt intestini recti:
diuidūturqꝫ hee pulsantes cū nō pulsantibus vt pāniculos
adiuuēt:quibus vene non pulsantes operiunt̃:post hoc autē
seperantur ab ea alie parue vene que in quēqꝫ ingrediūt̃ spō
dilium par scil':qōqꝫ vnū ad nuchā pueniētes:alie quoqꝫ ve
ne que ad ilia ferunt̃ cum venis pulsu carētibus:que ad ea
missa sunt loca. Sed ꝛ alie vene que ad testiculos demittunt̃
pulsantes cū his que pulsu carētes prius misse ostense sunt.
vt aūt ad hos peruenit cluniū eius reliquū in duo diuiditur
hoc autē os extēſum eſt per colli lōgū: ⁊ lineam eius que in medio eſt: dorſum cartillagis prime terminat: linea aūt que ab inferioribus eſt lingue ⁊ coſte due ſupiores porrigūtur ad augmēta duo ſupiora prime gutturis cartillaginis: cōtinuaturqꝫ cū duabus primis cartillaginibꝰ ab vtroqꝫ eorū latere cū ligamētis que veniūt a prima ad ſecundā: alijs quidē opimētis ſimilibꝰ: alijs aūt neruis: coſte autē due ſupiores alligate ſūt augmētis ſagite ſilibꝰ. Hec ē gutt'is ꝯpoſitionis ex tribꝰ cartillagībꝰ aſſignatio. Cōcauitatis porro gutturis aſſignatio quā excurrit aer intrans ⁊ exiens huiuſmodi ē. In ea corpus eſt ī figura ſua claui ligue ſil'e: nec equū eſt vt hoc corpus claui aſſi'letur lingue: imo clauus lingue huic ſimilis ē. Nā eteim prior ē arte corpis huiꝰ ſubſtantia nulli mēbroꝝ corporis ſil'is ē. Eſt eteim eius ſubſtātia q̄ſi cōtemperata ex adipe operimētis ⁊ glādula. Hoc corpus gutturis vocatur operculū linguaqꝫ ⁊ ē primū ⁊ precipuūqꝫ organorū vocis. Vox eiꝫ fieri nō pōt ſi meatuſ gutturis clauſus eſt: ſꝫ ⁊ ſi qn̄ meatus gutturis optꝰ ē oīo nō erit: ſꝫ ſi aeris eſt egreſſio paulatiꝫ: erit abinde ſpiramē q̄ nō cōmitat' vox. Si vero eius emiſſio fortis ſit: ſemelqꝫ magnuꝫ ſit ſpiramen ⁊ graue vocatur apud arabes ſahada. Vox autē vt fiat neceſſe ē vt a petore multus ſemel aſcendat aer: fitqꝫ eius ī gutture iter cū arctatione: incipiatqꝫ a meatus largitate ad ſtrictum: dehinc ad amplū paulatiꝫ. Utilitas itaqꝫ opculi gutturis nō ad gnādā tm̄ eſt vocē: imo ⁊ ad ſp̄ūs cōcluſioneꝫ. Non autē dico ſp̄ūs ꝯcluſionem ip̄m eius retinē tm̄: ſꝫ qum ſp̄ūs retētio eſt cū reductione pectus reducēte ab oībus eius lateribus cū grauitate ⁊ ſpiſſatione lacertoꝝ qui ī hypocūdrijs ſūt ⁊ coſtis. Tūc eteim pectus totū mouetur lacertuſqꝫ qui guttur obcludit ſuo reſiſtit motu pectoris motui: aerēqꝫ quē pectus expellit ab egreſſu fortiter prohibet. Hoc autē fit ab hoc lacerto ꝑ ſuſpenſionem cartillaginis crateri ſimilis. Eſt autē corpis quod clauo ſil'e eſt hoc in loco nō modicum iuuamē. Eius ⁊eim ꝑtes adinuicē congregantur dextrorſū ⁊ ſiniſtrorſum: clanduntqꝫ omnes meatum gutturis: ⁊ ſi aliquid non clauſum ſupſit modicū tm̄. Nā eteim ī quoqꝫ claudētis corpis latere foramē ꝯdidit qđ ad ꝯcauitatē mittat magnā q̄diu ergo lata ītrat ⁊ exit via ad illā non peruenit ꝯcauitatē: vt aūt aeris meatꝰ claudit' ⁊ remanet ꝯcluſus: aer ad duo pellitur operculi gutturis latera: aperitqꝫ duo foramia que clauſa labiorum fuerant aſtrictione adinuicem. hec autē duo foramina que a lateribus ſunt operculi gutturis extenduntur per lōgū a ſuperioribus ad inferiora tanq̄ linee due ſimiles operimētis coequalibus ⁊ cōcauitati adherentibus. Qum ergo hoc modo clauſum fuerit guttur ⁊ diligenter firmatū ⁊ obturatū ſic vt nō illū aer aperiat q̄ pectus fortiter arctat ſi animal nimiū auxerit potū ad pulmonē non peruenit. Natura etenim creauit gutturis operculū quaſi oris eiuſ operimētū vt ſit ſtans directū anteq̄ ſpiret aīal. Si autē ſūpſerit aliquid ⁊ iniecerit cadit primū quodcūqꝫ ſit ſuper opculi' gutturis radicē: dehinc ſuper dorſū eius tranſit: neceſſariūqꝫ eſt operculo ſuper gutturis os cadere ⁊ ſuperponi illi. Nō āt operculū hoc factū ē vt nihil oīno potus ad pulmonē accedat: ſꝫ ne eius multitudo magna deſcēdat ſimul vnoquoqꝫ tēpore. deſcendit etenim potus modicuꝫ in pulmonis canalē pergitqꝫ per eius circuitū circū operimētum eius nec medio tendit eius ſpatio. Eius autē humiditatis quantitas eſt ſecūdū q̄ pulmo trahit: irrigaturqꝫ ea totus. Et quōiaꝫ guttur cartillaginoſū eſt ⁊ ab oī rotūdū latere neceſſe eſt fieri meri ſuppreſſionem quꝫ per eā cibi tranſeunt. Jđ ergo ſiqn̄ aīal aliqđ cibū nimiū apponat meri ad inferiora contrahit' ad eū vſqꝫ locū quo canalis incipit pulmoni: ſubſtollitur āt guttur ad ſuperiora vſqꝫ palatū. Quēadmodū aūt que ſuperius apponuntur operculū duplicant gutturis claudit'qꝫ os eius ſic vomitus tēpore cartillago crateri ſimilis foras cum illis que emittuntur pellitur ſuppinaturqꝫ ſuꝑ gutturis meatū. huiuſmōi eteni cartillagis pars inclinat' in gutturis meatus partē. Ut ergo obuiat quod per vomitū exit hiꝰ cartillaginis dorſū pellit cartillaginē ⁊ oppilat gutturis oris meatū

Capitulum. xviiij. de canalis pulmonis aſſignatione.

C Analis pulmonis ex cartillaginibus cōpoſita ē multis: rotunda quēadmodū anulus oppoſitis adinuicem alijs ſuppoſitis ab gutturis extremitate inferiori vſqꝫ in extremitatē pulmonis per colli lōgū ⁊ adinuicē eius partes cōiūcte ſunt cum ligamētis ex operimentorū genere. Nec vero huiuſmodi anuli facti ſūt in oī ſua rotunditate cartillaginoſi: ſed factū ē qđ ſpondilibus coniūgitur loco quo occurrit meri. a rotunditate deficiens ſecūdū quātitatē que ei meri obuiat hoc modo conſumataqꝫ ſunt diminuta loca ligamentis ex operimentorum genere ne forte meri cōprimeretur in trāſglutiendi tempore a cartillaginis duritie: circūdaturqꝫ his ligamentis perficientibus qđ ab anulis deficit ⁊ ab alijs ligaminibus rotūdis. ſꝫ ab anulis operimētū eſt aliud circūuoluens oīa hec ab interioribus rotunda in rotūditatis vltio ⁊ eſt ſpiſſuꝫ durumqꝫ ac eius villi per longū protēſi ⁊ recte: ⁊ hoc operimentū eſt illud quod diximus cōe eē ori gutturi meri ⁊ ſtomacho. circundat āt oīa hec ab exterioribus operimētū quēadmodū cortina. Hec eſt canalibus pulmonis aſſignatio: cuiuſ fuit neceſſitas in collo propter adductionē aeris ⁊ emiſſionē ſpiramine ſed ⁊ cā vocis ⁊ flatus. Hec canalis poſtq̄ furculas tranſiens ad ſpatiū peruenit pectoris in oēs pulmonis diſtribuit' partes cū duarū diſtributione venarū que ad ipſum a corde veniunt: eiuſqꝫ mēbrorū natura qualis eſt ⁊ ipſius. ſ. cōpoſita ſunt ex anulis cartillaginoſis iminutis ſed cōſumatis per operimentalia ligamenta. Hoc vas pulmonis. ſ. canalis ſanguine caret ⁊ perfecte mundū eſt q̄diu animalis ē vita ī ſua natura perſtans. Si autē accidat illi apertio aut dolor aut ī aliq̄ pulmōis vaſe comeſtio aliqd ad hāc infunditur ſanguinis canalē. ledituꝛq̄ eo aīal inſpiratione quꝫ eius clandātur meatus tūc tuſſit aīal ⁊ ſubſtollitur ſanguis ad os. Facta ē aūt pulmonis canalis cartillaginoſa cā vocis: quoniaꝫ vox molli egebat organo minime duro valde vt eſt os: nec in quo manifeſta eſſet mollities. Organū eteni durū ſi aer pulſauerit clara fit ab eo vox. Molle autē organū ſi pulſauerit vox rauca emittitur. Sic ergo quādo ī pulmōis canali fit humiditas fit vox que emittitur rauca. Cartillago autem ſub oſſe ē in duritie ⁊ ſub oībuſ reliquis corpis mēbris ī molitie. Jđqꝫ cōpetētior oīuꝫ eoꝝ que voci erant neceſſaria. Facta eſt autē ex pluribꝰ cartillagībꝰ cū ligamētis opimentalibus propter ſpirationem qum ſpiratio per motū fiat dilatatiōis ⁊ reductionis. Si autem eſſet canalis ex vna cartillagīe nō poſſet in ea motus fieri: qū motui neceſſarium ſit extendi cum ipſo

mēbrū. Ideo ꝛ cū cartillagine operimēta adbibita sunt: quo canalis dictis a nobis iam ante moueat motibus.

Capitulū.xx.de pulmonis assignatione.

d Ideo quoniā pulmo pectoris iplet concauū: ꝛ est compositū ex fragili carne aerea simillimus sanguinis coagulate spume ꝛ ex vasis plurimis inuicē implicitis. Hec vasa tria sūt quoꝝ vnū incipit a cōcauo dextro cordis cōcauoꝝ duuꝫ. secundū a sinistro: tertiū a canali ipsi⁹ pulmonis. Et vas qdeꝫ quod a dextro oritur concauo vena est sine pulsu: in arteriarum figura duas. s. habēs tunicas duras quēadmodū ostensum a nobis est: qū de arterijs disputaremus vocaturqꝫ arterialis vena. Huius est vene vtilitas vt pulmonē pasceret: facta est aūt huiusmodi vt qui per eā ad pulmoneꝫ peruenit sāguis tenuis sit ꝛ subtilis: ꝛ hic ē quo irrigatur propter sui spissitatem corporis: omnia eteni mēbra sibi cōfigurato ꝛ conuenienti egēt cibo: pulmo aūt vt dictū est subtilis est substantie. Ioqꝫ ꝛ huiusmodi nature eget cibo. Si vero esset hui⁹ vene corpus tenerū ꝛ fragile quēadmodū ꝛ omniū sine pulsu venarū: qū ad pulmonē sanguinē mitteretur turbid⁹ esset ꝛ minie ei⁹ cōpetēs nature. Vas autē quod a sinistro incipit concauo vena est pulsans. Figura tamē eius vene ē non pulsantis. s. tunicā habens vnā fragilis ꝛ tenere substātie: diciturqꝫ arteria venalis. Huius est vtilitas vt ad pulmonē ꝛ spirituꝫ perferat ꝛ sanguinē. Factaqꝫ est huiusmodi vt sit qui per eā ad pulmonē peruenit sanguis subtil' spsqꝫ in ea multus q̄ntitate pp eius teneritatē substātie: qū pulmonis natura eadem sit q̄ ꝛ sanguis. Et vas quod a pulmonis oritur canali quemadmodū dixisse nos recolo ꝛ informa: ꝛ in figura simile ē canali pulmonis: compositū ex anul' cartillaginosis ꝛ est a posterioribus iminutū a rotūditate cōsumatū ligamētis operimentalibus qd ei ad eadē est necessariū: ad que ꝛ canalis pulmonis: quēadmodū eiꝫ pulmonis canalis necessarium habuit suis in iminutionibus a posterioribus obuiā habere meri: eodē ꝛ mēbra pulmonis canaliū modo necesse habēt: sua in diminutione diuidentibus occurrere arteriaꝝ ꝛ venaruꝫ. Horum autem vasorum quodqꝫ suo in ingressu in quatuor diuiditur mēbra: quorum duo in latere sūt dextro: duo vero in sinistro. Pulmo nāqꝫ proculdubio ī duo diuisus ē media p opimētū pect⁹ diuidēs. Singulū aūt hoꝝ q̄tuor ī pulmone ī magna diuiditur diuidētia: pulmonis excepto canali. que in quinqꝫ minias diuiditur ptes: in pulmōis dextro latere qd necessariū fuit vt q̄si stramētum eēt ꝛ firmitas vene audaci quꝫ primū ad pulmonē peruenit. Circūdāt aūt oia canalis pulmōis mēbra operimēta duo que ex duob⁹ oriūtur operimentis pectus in duo media diuidētibus: hec est pulmonis assignatio ꝛ cōpositio eius. Utilitas eius est qm̄ circūdat ab oibus eius ptibus cor circūimpsus illi eiusqꝫ motus pectoris sequitur motū: ipsumqꝫ p se motū nō hꝫ. Necius ergo fuit vt spūi eēt organus ꝛ voci. Spiratiōi quidē pp cor qd ē fons ꝛ quasi fornax nālis caloris ꝛ a quo ois p reliquū scaturit corpus: aliquā hūit hēre necīum aeris subām quo refrigeraret caloris ardorē ꝛ ebullitionē: ꝛ vt ab eo pelleret qui in eo generātur fumosi vapores. Ideo ergo illi duo mot⁹ facti sunt ꝯtrarij motus. s. dilatatiōis per quē attētio aeris fit frigidi: motusqꝫ reductionis p quem vapores emittit fumosos. Et qm̄ incōueniens erat vt refrigeraret frigidus cor: aer ab exterioribus statiꝫ ad iteriora missus pp multas lesiōes que fierent factus ē pulmo iter ipm ꝛ guttur medius ad queꝫ aer primum introeat a quo suscepto cor nālem refocillet caloreꝫ: refrigereturqꝫ ebulitio exuberās in ipso: repellatqꝫ vapores cōbustos qui sunt tāq̄ fumus ad ipm. Qm̄ autē aiali necīa erat vox: vox autē ex aere fit: fecit nā aerem queꝫ cor ad pulmonem depellit tāq̄ supfluitateꝫ qua nō indigeat vocis materiam. Est ergo pulmo quēadmodū secretarij locus in quē aer ꝯgregat suscipiēs q ab exteriorib⁹ venit aerē ad recreationē cordis ꝛ refrigerationē. Suscipit ēt qui ad ipm a corde refert vocis gnātiōi necessariū ꝛ flatus. Si āt cor quꝫ dilatatur aerē attraheret ab exteriorib⁹ ꝛ a gutture: quꝫ āt reducitur expelleret ad guttur ꝛ exteriora: pulsus esset cordis ꝛ spiratio in vltimo celeritatis ꝛ spissitudinis simulqꝫ intraret in aial incōmodū graue nec imergi aque auderet. non enim spiritū posset suū arctare. Sic ēt nō oino aliquo posset durare vel ad modū loco in quo puluis eēt ꝛ fumus: aut odores mali pdētesqꝫ. nō eteni spiritū continere posset sed in eodē periret momēto: animal autē spūꝫ ꝯtinere valet spatio tēporis lōgo eo q cor in pulmonē inueniat aerem quē attrahat quo recreetur. Qḋ diu igitur in pulmone est aer: ꝛ aial viuit. vt autem deficit a pulmone aer. aduenaturqꝫ vapor fumosus in corde ꝛ pulmone animal deperit. Hec sunt propter quas factus ē vtilitates pulmo. Amplius autem decoctiōi necessarius fuit aeris. Aer eteni exterior spirituꝫ nutrit vitalē ꝛ augmentat. Quare opus ē aerē imutari ꝛ alterari, in pulmone mediocriter paulatimqꝫ quo nature fiat spūs proxim⁹: facileqꝫ sit deinceps spūꝫ alterare illū in sui natura vt fiat spūs. Ideo ergo pulmonis caro fragilis facta ē aeri similis quo sit aeris imutationis primū organuꝫ quēadmodū ꝛ epar sanguinis substātie simile institutū ē: vt quod ad illum de cibis peruenerit in naturā mutet sanguinis facilius sitqꝫ reliquis deinceps mēbris in suā illū transformare naturā. hoc itaqꝫ modo aerē maturat pulmo ꝛ alterat in suā naturā: quo proximus nature fiat spūs qui in corde ē quē maturet ꝛ spūs fiet vitalis. dehinc autem ab eo ad arterias ascendat ꝛ ad cerebri ventriculos. fiatqꝫ spūs aialis. Nos āt generationis huius spūs habitudinē ostendemus plenius qū de spiritibus disputabim⁹.

Capitulū.xxj. de cordis assignatione.

c Or de villis positione diuersis componitur: eiusqꝫ carnis totalitas dura est: villorum eius positionis varietas facta est pp eius motus varios dilatationē. s. ꝛ reductionē. Cordis aūt ipsius ꝛ durities vt ab incōmodorum remoueatur susceptione. Hoc pulmo ab omni cōtinet latere quēadmodū manus quod tenet corpus vt sup dixim⁹: eiusqꝫ figura silis ē pinee figure ab inferioribus eius latū qua parte superiora corpis tangit. Est autem inter duas pectoris concauitates quod duo diuidunt operimēta de quibus diximus qum de vasis tractaremus. caput eius tōnatile qd acumē ipsius dicitur quasi in latus inclinet sinistrū: spūs vitalis hitaculū hoc est in cordis latere: arteriaqꝫ magna a qua oēs corporis toti⁹ pullulāt arterie hoc oritur a latere. sicqꝫ ostendit pulsus ab exterioribus in latere sinistro. Cōcauū eius sinistrū ad extremitatē vsqꝫ capitis ei⁹ peruenit: dextrū aūt sub illo modicū finitur loco. Et a dextro vsqꝫ sinistrū concauus trāsitus ē quidā: quē nōnulli tertium vocāt cōcauū: nec tamē verū est. In dextro quidē ꝯcauo trāsductus duo sunt: quoꝝ alterū vena intrat concaua: ꝛ infundit qui ab epate ad ipsum venit sanguinē in hunc concauuꝫ: super huius meatus os tria sunt operimenta illi continuata clausura eoꝝ ab interioribus ad exteriora: vt per introitum aperiantur sanguinis q per hanc ad cor venit venā: superponunturqꝫ post eius introitū: nec pōt dilatationis cordis tpe exire. Secūdus ē meatus a quo exit vena que pulsans non ē eiusqꝫ ꝯpositio ꝛ figura qualis vene percutientis: ꝛ hec est q̄ ad pulmonē tendit nutriendū. dictū est aūt quare vena hec similis arterie facta sit qum de pulmone nostra cōnecteretꝰ disputatio. Duo āt meatus ēt in concauo sunt sinistro: coꝝūqꝫ alterū est vene pulsanti que nō pulsanti similis est: ideoqꝫ ꝛ arteria dicta est venalis: ꝛ hec ē que a pulmone ad cor aereꝫ mittit ꝛ a corde ad pulmonē sanguinē. Sunt autē super hi⁹ os vene operimēta duo: quoꝝ clausura ab exterioribus ē ad interiora vt ad ingressū a pulmone aeris ad cor aperiantur. Meatus alter qui in concauo est sinistro magne percutiētis vene os ē que dicitur auritbiū que ēt oibus radix est arterijs corporis. Super os istud tria sunt operimēta: quoꝝ est clausura ab interioribus ad exteriora vt quꝫ sanguis exit ꝛ spūs a corde aperiātur: nec deinceps reditum illis permittant. Et hec duo concaua que in corde sunt vtraqꝫ pulsant nisi q sinister pulsus maior ē. continet etenim sanguinis ꝛ spūs vitalis plurimā quātitatē. dextrū autem quātitatē sanguinis continet paruā. ideoqꝫ eius minor ē pulsus. Hec est duuꝫ assignatio concauoꝝ que in corde sunt. Meatus porro qui a dextro est concauo ad sinistrū: a dextro latere largior est. dehic paulatim angustatur donec ad latus perueniat sinistrū. hoc ideo quoniā necessariū erat transmitti sanguinē qui ab epate per concauā venit venā a dextro ad sinistrū latus. Fact⁹ est ergo meatus eius qua pte sinistro iungitur lateri strictus vt quod subtilius in sanguine est ad hoc cordis mitteretur latus. Sunt autem in vno quoqꝫ cordis cōcauo ab exterioribus augmēta duo auribus similia que ēt cordis aures dicūtur. Etquod quidē est in cōcauo dextro est inueniri in cōsolidatione vene arterialis cū cōcauo: quod autē in sinistro loco quo arteria cōsolidatur venalis ipso cōcauo. Cor autez in sua basi loco. s. largo os ē cartillaginosū simile basi ipsius. Circūdāt āt cor operimētū quoddā quod capsula vocatꝰ cordis nec continuatur ipsi sed inter operimētū ꝛ cor ē intstitiū. Operimēta autē que pectus in duo diuidunt continuantꝰ loco quo hoc mediatur operimento eius. s. medio veraciter. Dictum est autē ꝛ de hoc quꝫ de operimentis diceremꝰ. Fuit āt cor necessariū vt eēt quasi fornax ꝛ origo caloris naturalꝰ

per quē animalis est cēntia τ existentia. Inde ergo mēbrum est hoc supereminens τ magnū quz per ipsum compleatur vita. Quod autem hoc ē in mēbro excellentius ventriculus ē sinister quz maximā naturalis caloris τ spiritus contineat quātitatem.

Capitulū. xxij. de diaphragmatis assignatione.

d **Japhragma** aūt est quoniā vt diximꝰ que a collo inferius sunt in duas distribuūtur magnas concauitates: quarū altera est illa cōcauitas quā circūrotūdāt pectoris ossa τ in ea ē cor τ pulmo. Altera āt est quā cōtinēt supplani vētris lacerti τ ē ab vltimo pectoralis ossis vsqz terminū ossis pēnis in qua est stomachus. intestina. epar. fel. splen. renes. vesica. τ matrix: has abinuicē separans corpus. Separat autē eas lacertus rotūdus diaphragma dictus ab ossis pectoralis vltimo incipiens τ ad inferiora per trāsuersū deducitur a duobus lateribus quousqz ad tertiūdecimū feratur spondilem cui copulatur ꝯsolidaturqz ab oibus lateribus costis. Est āt lacertus hic ab oibus sui extremis partibus alligatus cordis quēadmodū que de lacertis oriuntur corde: operiūturqz illū a duobꝰ lateribus operimēta duo. Alterū ē superius a parte qua concauo iungitur superiori pectoris productū ex operimento costas subinuoluēte τ ab operimētis duobus que pectus in duo media diuidūt. Alterū aūt inferius qua cōcauo vētris iungitur parte: eiusqz origo a siphace. Et in diaphragmate duo sunt foramia. alterū in loco ē spondiliū τ ē via per quā decurrit meri spondilibus superposita ad superiora. alterūqz per quod incedit vena concaua ad cordis superiora τ in loca que intersunt diaphragmati: cui τ perfectissime consolidatur: meri aūt nō consolidatur ei sed tm̄ cōtinuatur cuz teneris ligamētis: locus āt quo illi continuatur os ē stomaci. Duas porro vtilitates diaphragma nouimus habere. Altera ē q m̄ pectus τ dilatat τ reducit cū reliquis qui pectꝰ mouent lacertis. Alteráqz quoniā spiraminis instrumēta a ciborū segregat organis. Hec est diaphragmatis assignatio τ est vltima de cōpositis mēbris disputatio que spiramini organa deputata sunt. Et quoniā que de eis dicenda erāt sufficientiꝰ explanauimus. iā nūc ab instrumētis incipiemus ciborum' a meri τ a stomacho sumētes exordiū: vt secūdū positionē mēbrorū τ vtilitatē nostre ēt disputatiōis ordo lucescat legentium animis.

Capitulum. xxiij. de oris assignatione τ operimentis qd̄ illud velat.

i **N precedentibus** organorū spiraminis cōpositorum explanauimus habitudinē. Cōposita porro ciborū instrumēta sunt os cū hijs que in eo sunt corporibꝰ meri. stomachus. intestina. thirbus. epar. fel. splen. renes. vesica. Nos ergo ab oris expositione τ meri quēadmodū ordie prima sunt incipiemus. Dico ergo quoniā que in ore sunt cibi instrumēta dentes sunt τ lingua operimētū palatū vestiēs τ sub ore guttur. vua. pulmonis canalis. pulmo. τ meri. Et dētes quidē quot sint ostensum ē queqz eorū singulorū vtilitas quz de ossibꝰ disputatū est. Lingua āt organū est cōe animalibus actionibus τ ciborū: per ipsam etenim verba fiunt τ est gustus sensus τ per eā cibi est mutatio in ore. Et gustus bonitas de actionibus est animalibus. cibi āt imutatio de cibalibus est actionibus. dictum est autē de lingue cōpositione quz disputatio animaliū fieret mēbrorum. Opimētū aūt circūamictiēs os opimēto cōtinuatū ē meri iteriori τ stomachi: eiusqz i ore vtilitas vt cibū q̄dā alteret imutatione quo nāe fiat ꝓpingor stomachi. fiatqz illi eiꝰ trāsmutatio facilis τ decoctio ac cōuersio i suā nāz: quēadmodū in stomaco cibus imutatur qum sit ab interiori stomaci tunica origo.

Capitulū. xxiiij. de meri assignatione.

m **Eri corpus** est longū cōcauū: figura rotundū: ab ore incipiens stomaci τ vsqz extremitatem gutturis attigēs superiorem. Est aūt vbi ab ore incipit stomaci strictū: dehinc dilatari vsqz dū ad guttur pueniat non cessat: ibiqz reliqs largior ē partibus: extēditur super spine spondiles iūctū ligamētis opimentalibus: positioqz eius nō recta sed incurua. Est eni positū super locum mediū q̄tuor primoꝝ dorsi spodiliū. Vt autez ad quinti peruenit spōdil' initiū a medio in latus inclinat' dextrū spondilium: donec ad duodecimū porrigatur spondilem: auertitur aūt a medio arterie causa: que a corde ad inferiora descēdit corporis. Ipsa eteni super mediū posita est spōdilium a quinti termino spōdilis vsqz quo diuidit' locū. Hoc autem propter huius arterie factū est firmitatem τ custodiā que plurimū erat necessaria: alligationezqz eius cū spondilibus ligamētis operimētalibus: vt vero ad diaphragma meri peruenit anteq̄ ad stomacū transmittatur subleuatur plurimuz trāsgrediturqz arteriā spondialē in latus sinistrū: de hic per diaphragma trāsmittitur loco quo ori cōtinuatur stomaci. Hec ergo est causa propter quā stomaci os ad sinistrū declinat. Meri aūt compositū ex duabus est tunicis quarum a duabus est ortus stomaci tunicis: altera est ab exterioribus τ est carnea eiusqz villi per latū ferūtur: altera est ab iterioribꝰ τ est neruosa tunica: villiqz eiꝰ per lōgum porrecti τ in ea pauci ꝑ trāsuersuz deducti villi. Est autē meri vtilitas aut in trāsglutione aut in vomitu. In transglutiēdo vt cibū contrahat ab oris superiori parte τ ad stomacū pellat. attractio aūt hec per tunicā fit que per lōgum porrigitur quz reprimitur τ curtatur: gutturqz superius eleuatur versus os descenditqz ad stomacū cibus. Expulsio autez per tunicā fit exteriorem qū contineat que interior contraxit tunica: reduciturqz desuper illa expelliturqz τ descēdit ad stomacū: tāq̄ si manus opprimat aliqua humida: ipsaqz ab ea foras emittantur. Porro eius in vomitu vtilitas per hanc fit exteriorez tunicā attractionēqz eius dū reducitur super ea que stomacꝰ continet expellitqz ea ad exteriora. τ ideo trāsglutio leuior faciliorqz est vomitu: quoniā transglutio per vtrasqz fit meri simul tunicas. s. interiorē attrahentem τ exteriorē depellentem vomitus autem per vnā fit tantum tunicā exteriorem. s. que depellit: nec est aliquid quod ad nos illud trahat τ hec est meri assignatio.

Capitulū. 25ᵐ. de stōaci assignatiōe τ vtilitate.

s **Tomachus** in latere positus ē sinistro: eiusqz profunditas tanq̄ ad latus inclina dextrū: τ ab eius dextris est epar: quē suis cōprimit quinqz augmētis: a sinistris eius splen positū est τ ab iferioribꝰ lacerti spine: τ sup ipz thirbus. Est aūt sua figura sphere sil'is sz oblōgus duabus extremitatibꝰ rotundus ea parte qua corpis mergitur māifestis: planꝰ aūt a spine confinijs: ꝓfūditasqz eius largior his que sequūtur os eius. τ quibus largior ē: meatus eius ad itestina strictior. quibus aūt strictior meatus eius ē ad meri largior. qui τ ipē meatus eius largior ē meatu ad itestina. Est aūt duabꝰ tunicis cōpositus. Interior de genere est operimētoꝝ neruosorum eiusqz villi in lōgum porrigūtur: τ sunt tm̄ in ea villi ꝑ transuersuz ducti. Exterior tunica carnosa τ neruosa: eiusqz villi per latū ferūtur: alligataqz est a posterioribus cū spōdilibus τ a lateribus cū epate τ splene ꝑ operimēta: que qōqz eorū operiūt quibus ē a siphace origo. Vtilitas stomachi propria ē excoquere τ imutare τ apparatione ꝑparare epati conuenienti τ ad itestina pellere vt facilis sit epati ciꝰ immutatio τ trāsformatio in sanguis nām os cibum imutat: τ cōterit vt facile sit stomacho illū dequoquere τ imutare i suā nām. Stomachus eteim tāq̄ cellula ē cibi: vn̄qz hec ciꝰ actio digestio prima. Vtilitas vero queqz eius ꝑtiū ex quibus cōponitur τ earū positio ac figura huiusmodi est. Ex duabus componitur tunicis propter duas vtilitates: altera earuz est a meri cibum attrahere: hecqz fit per interiorem tunicam cuius in longum porriguntur villi iuxta tunice meri exemplum interioris: cuius est origo ab hac tunica. Stomachus enim transglutiendi tꝑe ad suꝑiora tollitur versus meri: trahit'qz ad eum cibus a meri quēadmodum extēdit homo manum ad aliquorum porrectionem quz opꝰ ē. Altera ē retinere cibū in se quod ꝑ tunicā fit exteriorez meri: cuius ab hac est ortus tunica. Cibus nāqz quz stomacho superuenit trahit illū ad se τ cōtinet ac ab omni cōtinet latere retinetqz donec digeratur: τ quod sibi ex eo est necessariū sumpserit quod vt factum est: expellit illū ad intestina: hic que a superioribus reducitur τ opprimitur super ea que in ipso sunt: dilatatur aūt ab inferioribus: aperiturqz locus qui vocatur ianitor: expelliturqz qd̄ in eo est ad intestina: tāq̄ qū manus substātias cōprimit humidas: disiungitur quod in eis est τ ad exteriora pellitur sic accidit ei qui in stomaco est cibo: qū super illum reductio fit vt egrediatur ad intestina: hec actio fit per tunicā exteriorem cuius villi in latum extēduntur. Sic in omnibus accidit mēbris que duas habent tunicas: cuius villi in latū ferūtur parati sunt reijciendi actioni: cuius aūt villi in longū actioi trahendi deputati sunt. Vtilitas cuiusqz tunice hec ē tunica interior neruosa facta ē eo q̄ virtus illi necessaria eēt sensus: propter ciborū necessitatē. Interior eteni tunica stomaci iter alia omnia sentiens facta est: per quā sentit animal corporis a cibo iminutionē: nititurqz animal ad ciborū petitionē: diciturqz sensus hic fames: hic sensus in eo maior est ipsius i ore

reliqua autē membra necessitatis cibi nihil sentiunt tpe: tendit autē ad ea cibus ab epate per venas que sibi ipsa cōtrabunt ⁊ eo pascuntur. Necessariū autem fuit stomacho esse sēsuz qū necessitas hec incūberet ciborū: eo qꝺ mēbra oīa cibū a venis attrahant ab epate missis: epar trahat succositatem cibi ab intestinis: intestina a stomacho: nec sit stomaco membrū aliud a quo ipsū contrahat cibū quo eget. Oportebat ergo illū fortē habere sensum: quo iminutionē sui sētiret nutrimēti quo mittatur animal ad cibi porrectionem exterioris. Ideo quoqz hic in eo factꝰ ē sensus qui dicitur fames. Qua de causa a cerebro ad stomachū par vnū descendit neruorū qui omnibus eius firmātur partibus donec ad eius fundum pertingāt. Hac ergo vtilitate facta est interior stomaci tunica neruosa. Tunica exterior carnea facta est vt stomachus per eā esset calidior cibiqz digererētur in ea ⁊ maturarētur illius calore: qum carnis sit cōplexio calida. Positionis eiꝰ vtilitas est quoniā in latere est sinistro positꝰ inter epatis ⁊ splenis locū. Epar eni in dextro ē locatū latere quod splene maius est largūqz necesse habebat habere locū: splem aūt in sinistro qui epate minor ē. Minoriqz cōcluditur loco ꝙ epar ponūtur ergo epar ⁊ splen a lateribus. Spine lacertꝰ retro Thyrbus in eius conspectu ad stomachuz calefaciendū augendūqz calorē ꝓp ciborū decoctionē ⁊ digōem: sed ⁊ vt sint illi spine lacerti quasi substramentum: ⁊ quo initatur quasi culcitra. Alligatus est autē mēbris his: ne forte suo cederet loco in grauioribus corporis motibus. Figura eius rotunda ē vt ab incōmodorum remotior fieret susceptione: ⁊ quatenus magne ciboruz sufficiens esset ꝙtitati. Prolōgatur a duabꝰ extremitatibus: a superioribus quidē ꝓpter ab eo meri originem: ab inferioribus propter intestinorū cū eo cōtinuationē desubtus loco qui dicitur ianitor: angustatur superius: dilatatur eius in homine profūditas eo qꝺ homo erecte sit stature cibiqz porrecti mergantur ⁊ ad inferiora descēdant stomaci. Ideoqz inferiora eius necesse fuit esse largiora vt ꝙtitati sufficiat nō pauce. Largitas aūt meatus eius ad meri. qm̄ homo sepe trāsglutit quedā dura: aut aliqua que nō ē hominis masticare ⁊ terere necesseqz habuit vt esset via larga. quo facilis horū fieret transmissio. Ideo ergo huiusmodi facta est stomaci habitudo ad meri. Angustatur aūt meatꝰ eiꝰ ad intestina ab inferioribus qm̄ eius necessitas cōtraria fuit superiorū officinis. Cibus eni a stomacho ad intestina post ꝙ bene contritus est ⁊ decoctus descēdit nec prohibetur eius transitus per locū angustū. Amplius necesse fuit stomacho inferiora stringi loco qui ianitor dictus est arctatione forti: vt in eo cibus retineretur quo nō ab eo sit illi egressus donec digestus sit ⁊ stomachus suā sumpserit portionē. Iā tunc expellatur ad intestina: angustia ergo eius ab īferioribus huic actioni cōpetētior est largitate. Hec igitur ē tam meri ꝙ stomaci cū suis assignatio partibꝰ ⁊ vtilitas.

Capitulū. xxvj. de intestinorū assignatione ⁊ vtilitate.

i **Ntestina** super spine spondiles locata sunt ⁊ ossa lata: iūcta cū ligamētis a siphace oriētibus: ⁊ sunt constituta a termino meatus stomaci īferiore q ianitor dr̄ vsqz locū quē dicimꝰ podicē: sūtqz positionis cōtorte ⁊ villose: incipientia a dextro latere in sinistrū ferūtur queqz a sinistro in dextrū. Sūt autē ex duabus cōposita tunicis villosis: ⁊ cuiusqz villi tunice in latū rotundātur: eorūqz substātia stomaci sil'is est substātie. Sūt aūt numero sex: tria quoꝝ subtilia sunt que ⁊ supiora ponuntur ianitori cōtinuata stomaci. Tria crossa quibus ē initium locus qui finis subtiliū. Trium itaqz subtiliū vnuz vocat̄ intestinū duodecimū eo ꝙ eius longū duodeciz sit hois digitorum in quo est hoc intestinū super spinā locatū est nō hn̄s incuruationē aut īplicationē queadmodū oīa alia ītestina.

Secūduz dr̄ ieiuniū: ideoqz qm̄ cibis vacuum inuenitur: ⁊ est intortū incuruū īplicitumqz ⁊ a latere incipiens destro ad sinistrum fertur. Sic quoqz oīa alia ītestina inuoluuntur ⁊ īplicantur. Tertiū subtiliū ītestinū subtile vocatur ⁊ ꝑꝰ sil'e est nisi ꝙ vacuū cibo mīme inuenitur. Intestinoꝝ autez grossorum primū est qꝺ dicitur orbuz ⁊ locatur post intestīa subtilia. ⁊ est intestinū largū a dextro incipiēs latere. Vocatur aūt hoc nomie eo ꝙ vnū sit illi os ꝑ quod ingrediēda subeūt de superfluis ciboꝝ ⁊ exeūt: intrātqz in ītestinū colon. Sil'e est etcim sacculo nō habēs meatus ab īferioribus ⁊ a supioribus queadmodū reliqua. Secūdū horū intestinū est qꝺ colon vocatur: atqz versus iguina. Dictū est autē hoc nomie eo ꝙ egestio solidata ⁊ indurata ī morbo qui dr̄ colica passio hoc includitur ītestino. Tertiū est rectū ītestinū cuius ē extremitas ano apposita: ⁊ vocat̄ podex ⁊ est ceteris oībus largius intestīs. Inter intorsiōes aūt intestinorum sunt vene ⁊ arterie mste: queqz amplius itersūt sūt nō pulsātes vene que a vena mittūtur dicta iuuenili. Veniūt aūt ad ea neruoꝝ etiā rami. Est autē maior ꝑs venarū ⁊ arteriarū inter intestina supiora. s. subtilia. dcm̄ aūt de harū diuisiōibꝰ venaꝝ ⁊ arteriarū qum de eaꝝ loqueremur gn̄ibus. Sūt quoqz inter hec vasa operimēta ea ligātia ⁊ caro illa confirmans: locus autē ad quē perueniūt vasa vocatur cōcauitas. Dcm̄ ē de operimentis his qum de eorū genere sigillatiz tractaremus: hec ē intestinoꝝ assignatio compositioqz. Sequitur de eorū vtilitate. Intestina fuerūt necīa vt digestus nutriretur cibus a stomaco in ea. ideoqz ad ea multe porriguntur vene ab ea vena que porta dicitur per concauitatem ꝑ quas clarū colatūqz qꝺ in cibo ē digesto decurrit ⁊ ad epar defertur. Est autē simul cū hoc illis virtus imutans cibum digestuz. In stomacho ⁊eiz digestus cibus quz trāsmissus ꝑ ianitorem ad intestina venerit subtilia: mittitur eius clara mundaqz succositas ad venas q̄ ad itestina feruntur ab ea q̄ porta dicitur vena ad epar vt imutetur ⁊ fiat sanguis: quemadmodū eiz cibus primū oīum in ore mutatur ⁊ in eius per meri trāsitū quo facilis fiat eius in stomaco imutatio. sic etiā in intestinis fit subtilibus. est enim in eis virtus imutās que cibū alterat digestū ad ea a stomacho transmissum: quadam secūda imutatione quo facilius fiat epati illū in sanguinis permutare substātiā. Ideo ergo intestinorū substātia proxia facta ē stomachi sustātie. ⁊ hec ē intestinorum vtilitas simul.

Cuiusqz āt eorū in sua positione vtilitas ⁊ cōpositiōe huiusmodi ē. Intorsio intestinorū eorū q̄ īplicatio necessaria ē quo amplius in eis imoretur cibus ⁊ diutius nec velociter a corpore egrediatur aīalis. si enim fieret sic semꝑ necesse ⁊ nō per interualla eēt cibū sumere: aut certe sepius ⁊ spisse siml'qz frequētius egereretur. Digeritur ēt cibus more lōgitudine in intestinis sumūtqz ex eo ꝙ sue proximū ē nāe. Et intestini qdē qꝺ dicitur duodecimum locatio eiusqz qꝺ rectum suuper spine ossa facta est: vt venis ⁊ arterijs: neruisqz que ad intestina veniunt locus esset vacuus largusqz. Compositū aūt intestinū ex duabus tunicis earūqz perlatū villi dispositi. duarū cā vtilitatū. altera ē vt ab incōmodorū remotius esset susceptione: quoniā eni ad intestiua multe defluūt materie male que comedūt incidunt ⁊ putrefaciūt: duabus necessariū fuit illis tunicis vestiri: vt siquādo alteri tunicarū incōmodū acciderit. altera eius suppleat locū queadmodū in intestinorū videmus vlcerationibus quz per egestionē eorum frustra egrediantur: nō tamē cessat intestinorū actio de cibi trāsmissione ⁊ egestione: sed illius loco tunice altera eguit ad agendū exterior. Secunda est vtilitas cōfortatio virtutis cōpulsiue que cibum expellit ⁊ egestionez ac emittit. Ideo ergo eorum villi per latum ducti sunt cū oīs villus per latum trasductus in mēbrorū tunicis paratus sit actioni virtutis expulsiue. Facta sunt autē inferiora crossa intestina magis ꝙ superiora ne forte ad egestionē homo sepius surgeret sed interesset eius egestionibus tēporis longitudo. Egestio enim si descendat ad locū arctū facile repletur locus hic: egetqz hō illū purgare ab his que repleuerunt surgeretqz oī ad egestionē hora: pari de cā ⁊ vesica larga facta ē: ne forte quz descenderet ad eā vrina cito repleretur: necesseqz homini eēt ad vrinā sepius vna eadēqz hora surgere. Veniunt autē vene ad intestina ab ea que dicitur porta vena vt sumāt qꝺ in eis clarū cibi inuenerint: succositatemqz eius ⁊ ad epar deferāt.

Copia aūt earū multitudoqz ad intestina venit superiora ꝓpter multitudinē succositatis ciborū que in eis ē descendens ad ea a stomacho. Hec est intestinorum assignatio ⁊ vtilitas.

Capitulū. xxvij. de thyrbi assignatione ⁊ vtilitate.

t **Hyrbus** ex duabus ꝯponitur tunicis densis tenuibus altera alteri supposita ⁊ inter eas vene arterieqz multe: quibus loco sunt cortine ⁊ soliditatis. Est ⁊ īter duas has tunicas adeps multus positus super ītestina: figuraqz eius sacculo similis ē aut petule: generaturqz ex operimento ꝙ dicitur siphaos. ⁊ origo eius ab ore stomaci a superioribus cōcauitatisqz eius initium. os. s. eius a loco ortꝰ sui ab ore stomaci finis aūt apud intestinū colon vocatū. Cōsolidatur aūt loco quo oritur a stomacho ⁊ cū splene ⁊ cū intestino colon vocato. nōnunꝙ aūt cōsolidatur cū extremitate vna epatis ⁊ tēdit versus costas posteriores nō recte sed vt sit. In pluribus autē ex maiori parte eius ē consolidatio cū stomaco ⁊ splene ac intestino colon. Cuius necessitas hec est vt calefactionē augeat stomaci ⁊ intestinorū ⁊ vt venas arteriasqz vinciat q̄ in eo sunt

Hec est meri stomachi intestinorū ⁊ thyrbi assignatio cum vniuscuiusqꝫ ⁊ totius partiū vtilitate.

Capitulū.xxviij.de epatis assignatione ⁊ vtilitate.

c Par autem in dextro positū ē latere corporis sub hypocūdrijs superioribus cuiusqꝫ figura figure similis ē lune quꝫ iā a sole tertia fulget a quauis parte ⁊ ei conatio ⁊ gibbositas latereqꝫ eius conico stomacho iūgitur ⁊ intestinis. Est āt super amplectēs stomachum ⁊ continens suis augmentis que epatis dicunt̄ pēne siue extremitates: latꝰ āt eiꝰ gibbosū diaphragmati copulat̄ tāgēs ipꝫ ⁊ ab h̄ latere alligatū diaphragmati cū ligamētis opimētalibus quibꝰ cū opimento q̄ amicit̄ conexum ē. Cuius.s.ortus ē a siphace ⁊ cū costis posterioribus: a latere vero conico stomacho ligatur ⁊ intestis ac venis que ad illa ab epate veniūt ⁊ operimētis que ea operiūt.

Et epar oibus nō est eiusdē quātitatis in hoibus sꝫ sua ē in magnitudine variū ⁊ in pēnaꝝ numero. In magnitudie quidē qm̄ in nōnullis hoium maius ē: in alijs minus. nisi ꝙ semp in hoie magnū est in tātū vt maius i eo sit ꝙ in quouis aliorū aialium qd̄ eiusdē sit cū corpore hois quantitatis. In extremitatū autē numero: qm̄ in quibusdā hoibus hꝫ tm̄ duas pēnas: in alijs tres. in plibus quatuor ⁊ quinqꝫ. Epar in hoibus nō paruū sumit familiaris lateris spatiuꝫ: ⁊ vena que porta dr̄ oritur ab hoc latere. i. conico. Et diuidit̄ anq̄ ab epate egrediatur in ptes quinqꝫ que in pēnas funduntur epatis: quarū queqꝫ ptium multis distribuitur diuidētibus subtilibus que ad ꝓfunditatē ferūtur stomaci ⁊ intestinum duodecimum: ⁊ maior eaꝝ pars ad ieiunū tendit. Reliq̄ partes in oia dispartiūtur intestina donec ad rectū perueniant. Assignauimus aūt haꝝ hitudinem venaꝝ nō pulsantiū qū de eaꝝ qualitatibꝰ diximꝰ. Epar aūt ipm̄ necessariū fuit nāe q̄tenus cibi succositatem alteratā sanguinē faceret: ⁊ ad oia corporis mēbra p venas mādaret. Ideo ergo epatis sba sanguis sil'is facta ē substātie. Cibus. n. cū qū a stomaco digestus mittit̄ pianitorē ad itestina ⁊ intestinū itrauerit duodecimum: ⁊ ab eo ad ieiunuꝫ missus fuerit: mittit illud intestinū succositatē ad venas que a vena porta vocata venerūt trahūtqꝫ illam he vene ⁊ ad portā deferūt per quā itra epar ingreditur ⁊ diffunditur p venas que in epate sūt q̄ a porta vena diuidūtur: imutatqꝫ illā epar que in eo est i mutāti virtute in sanguis substātia: trāsmutatūqꝫ ad venā expellit magnam que dr̄ cōcaua a q̄ i oia corporis mēbra emittitur.

Capꝰ. 29ꝰ. de splenis assignatiōe ⁊ vtilitate.

s Plen in sinistro positū ē latere corpis eiꝰ figura oblōga conatione hꝫ paucaꝫ a pte q̄ stomaco iungitur: ⁊ ē gibbosū a costarū parte posterioꝝ: ⁊ ē alligatū ligamentis que oriuntur ab operimēto ipsum circūuoluente ab eius quidē gibboso latere cū costis superioribus a parte aūt conationis cuꝫ stomacho. Cōtinuantur aūt duo ei vasa: alterū quorū maius ē: ⁊ oritur a latere epatis conico ⁊ est quasi collū per qd̄ cholerā trahit nigrā ab epatis sanguine. Alterū vas paruū ē cōtinuans ipsuꝫ ⁊ stomaci os. ⁊ p per hoc cholera mittitur nigra ad os stomaci quo cōfortetur appetitus. Est aūt splenis vtilitas vt turbiditatē mūdet sanguinis cuiusqꝫ feces ⁊ ad se cōtrahat per vas qd̄ ad ipsuꝫ ab epatis mittit̄ conico latere: ⁊ ab eo fūdat̄ in vas aliud qd̄ ad stomachuꝫ fertur: ea q̄titate qua excitetur appetitꝰ. Nec vero primū ad stomachū fert̄ ꝙ illā ab epate extraxerit: sed postq̄ in eo fuerit imutata ⁊ alterata in eius substātiam ⁊ cibum fecerit sibi cōpetētem: ⁊ qd̄ huic superest actioni qd̄ scil' in suam non potest transformare naturā ad os mittit stomaci: per quod appetitus fiat robustior. Hac itaqꝫ de causa ⁊ vtilitate: splenis substātia fragilis facta ē spōgie similis vt attractio eius ac susceptio facilis fiat: qua trahat crossos humores nigros: factusqꝫ ē color eius ad nigrū inclinꝰ quo ꝯfiguretur ⁊ cōsimilis cholere esset nigre. Hec ē splenis cum vtilitate assignatio

Capitulū.xxx. de fellis assignatione ⁊ vtilitate.

f El super epatis pēnam locatū ē maiorem ⁊ ē vnius tunice: cuiusqꝫ subā proxima ē operimentorū substātie. Huic duo sunt meatus ab ea orientes eorūqꝫ substātia qualis ⁊ ipsius. Alter horū lateri epatis cōtinuatur conico: ⁊ per ipsuꝫ choleras trahit ab epate sanguinis ad se. Alter aūt in duas diuiditur partes: quarū altera maior intestinis cōtinuatur ⁊ ad ea choleras transmittit. Altera minor stomacho cōiungitur: ⁊ per cā in eius continuationē cholerā mādat. Cōtinuātur aūt illi loco colli eius rami duo subtiles: alter ab arteria que ad epar mittitur. altera neruo qui itidē ad epar missus ē vt ꝑ eos sensum accipiat ⁊ vitā. Est aūt eius vtilitas choleram purgare rubeam a sanguine: cāqꝫ attrahere ne forte sanguineꝫ exurat suo acumine.

Capitulū.xxxj. de renū assignatione ⁊ vtilitate.

r Enes duo positi sunt in duobus spine spōdiliū lateribus prope epar. Et ren dexter loco excelsior est i tantum vt q̄nqꝫ maiori occurrat pēne epatis: ⁊ hec ē pēna siue extremitas inferior. Sinister aūt ren loco humilior ē. Eorūqꝫ latera duo conica ad inuicē opposita sunt ⁊ latera duo gibbosa circūdantur a latere corporis in quo sunt animalis. Continuantur aūt eorū cuiqꝫ duo rami magni vene cōcaue statim vt ab epate surgit: alter eorū diuiditur in ipsorū substātiam ⁊ ad ipsos fert sanguinē: per alteruꝫ aūt aquositatē trahit sanguinis que ē vrina. Continuatur etiā illis a magna ramus arteria cōpetētis magnitudinis ad ipsos virtutē portans vite. Oritur aūt ex vtrisqꝫ loco quo hec illis continuātur vasa collū: ⁊ large cōcauitatis operimēto opertū: quorū qd̄qꝫ vesice coniungitur: per quem vrina a renibus ad vesicā mittitur: vocantur autem hec colla duo emunctoria. Ad hanc parati sunt renes vtilitatē. s. vt aq̄sitatē traherent sanguis ⁊ hac illum purgarēt superfluitate.

Capitulū.xxxij. de vesice assignatione ⁊ vtilitate.

v Esica autem posita est in masculis super rectū intestinū: ⁊ vnius est tunice dure. Cuius durities fuit necessaria: quo acumē posset choleram perferre vrineqꝫ preter voluntatem egressum: vrina porro ad illam mittitur a renibus per meatus duos quos emūctoria diximus. Consolidātur aūt duo hi meatus vesice p trāsuersum adducti ⁊ per longū feruntur: ⁊ deinceps in interiora eius mittuntur. Scinditur aūt ex substātia eius pars quedam operimēto similis: ⁊ tēpore quo vrina ad vesicā non decurrit operimētum hoc coniunctū est super meatuū os: clauditqꝫ illos diligentissime: nec ventus per os emittitur: ne forte aliquid vrine ad ea a quibus defluxerat reuertatur loca. Hoc etiā modo consolidatur meatus qui ori continuatur fellis. Hec est vesice assignatio ⁊ qualitates eius.

Capitulū.xxxiij. de membris generationis ⁊ primum de matrice ⁊ eius vtilitate.

d Iximus de ciborū instrumētis que persuasoria erant: iaꝫ deinceps equum est nos hoc disputare loco de mēbrorum habitudine q̄ generatiōis sūt istā. Sūt aūt h̄ matrix: mamille: testes: spermatis vasa: veretrum. Et nos de matrice primum considerabimus eiusqꝫ habitudinē ostendemus in figura i positione in vtilitate fetusqꝫ in ea hitudine. Dico quoniā matrix in forma sua forme similis est vesice maximeqꝫ profunditas eiꝰ nisi ꝙ ab ea differt duobus que in eis sunt ab vtroqꝫ latere augmētis duobus similibus cornibus ad emunctoria versus tendentibus per que vene ingrediuntur ⁊ arterie que ad matricē ⁊ sperma deferunt ⁊ spū. Matrix autē sua in suba substantie proxima ē neruorū eo ꝙ extensio illi eēt necessaria tēpore cōceptus ⁊ ipregnationis in oēs partes quꝫ fetus auget̄ ⁊ maior fit. Hec āt actio generi neruorū possibilis ē sic vt nocumētuꝫ illis nō accidat. Matricis os magis neruosum ē ⁊ magis durū nisi ꝙ eius tēperata ē durities. Neruosū quidē est pp̄ sensus bonitatē que in coitus delectatione fuit necessaria: tēperata aūt ē durities eius quo possit in ea reductio ⁊ cōstrictio fieri post spermatis ad illud ingressū: sed ⁊ vt possit extendi coitꝰ tēpore quo per illud sperma facile transmittat̄. Si eni multe eēt duritici a firmitate cōstrictionis prohiberetur. Si āt molle extendi optime nō posset sed caderent partes eius alie super alias: claudereturqꝫ nec facile ad matricē semē viri posset transire. Est āt vnā habēs tunicā cōpositam ex villis positione varijs ⁊ in ea villi per longū porrecti q̄ ēt in ea ceteris pautiores sunt eo ꝙ necessariū erat illis sperma solū attrahere. Sunt ⁊ villi per transuersa ducti: ⁊ hi magis i ea abundāt: propter quod per eos virtus est sperma retinēdi ⁊ fetū per cōceptus tēporis diuturnitatē. hꝫ etiaꝫ villos in latū deductos pp̄ eā que necessaria erat expellendi virtutem emissionis ad exteriora fetus tpe. Locatio eius talis ē super intestinū posita ē rectū ⁊ super ipsam vesica: eo ꝙ necessariū eēt intestinū quasi culcitrā ⁊ stramentū illi esse. Vesica quoqꝫ tegit illā ab incōmodis que accidunt extenuatiōe dū distēditur cōceptus tpe. Est autē alligata matrix his que illi vicinātur circūquaqꝫ mēbris ligamentis flexibilibus ⁊ q̄ extendantur vt in oēs possit distendi partes conceptus tpe. Hec a superioribus qua parte eius ē profunditas vesicaꝫ superat: a parte vero colli a vesicā superatur. Collum matricis vsqꝫ vuluā porrigitur. Vulua est interstitiū ⁊ separatio

que inter duo pēnis ē ossa: ⁊ ē super anū locata. Huic ab ex-
terioribus augmēta sunt cutis que arabice badera vocantur
que similia sunt veretri preputijs: ideoqꝫ ⁊ nos nomen aliud
nō habentes preputia vulue vocamus. Horū sunt vtilitates
vuluā ⁊ matricē tegere ac defendere ne forte acris ad illā fri-
giditas penetret. Sunt autē matrici concaua duo magna
quorū alterū ē in dextris: alterū in sinistris. Hec duo conca-
ua ad vnā perueniūt ꝓfūditatē vtrisqꝫ cōez: diciturqꝫ matri-
cis collū. Ideoqꝫ antiqui matricē matrices eē dixerunt: hac
quoqꝫ dixim⁹ cā. Hec autē duo animaduertes manifeste cō-
caua si in matricem animalis intēderis ⁊ siphacē ab ea scin-
deris quo ab exterioribus vestitur videbis duas concauita-
tes abinuicē disgregatas tanꝙ̄ si due eēnt matrices que ad
vnā protēduntur profunditatē que necessarie fuerunt vt i ge-
mellorū generatione eorū quisqꝫ sua generetur in cōcauitate
Sic ergo in pluribus fit qñ gemellos mulier generat: fitqꝫ
secūdū partē maiorē masculi generatio in dextro latere: femi-
ne in sinistro: rareqꝫ feminarū accidit generatio in latere de-
xtro. Et in matrice ⁊ singulis concauitatibus loca profunda
sunt parue profunditatis que fossule dicuntur: hec sūt vena-
rū ora per que sanguis mēstruorū in matricē decurrit: sūt āt
hec loca aspera: ideoqꝫ vt per ea sperma retineatur suspēdā-
turqꝫ illis secūdie partes: sintqꝫ illis tanꝙ̄ ligamēta. Te-
sticuli porro mulierū positi sūt i superiori colli matricis loco
post augmēta duo que dicūtur cornua duo: ⁊ sunt a duobus
matricis positi lateribus. alter a latere dextro alter a sinistro
testesqꝫ duo mulierū minores sunt ꝙ̄ virorū: ⁊ sunt rotūdi ⁊
supplani: substātia eorū glandulosa similis glandule que ve-
nas stringit ⁊ solidat ⁊ sunt masculoꝝ testibus duriores cui-
qꝫ coꝝ vena continuatur nō pulsans que a renū parte veni-
ens augmētū quodqꝫ ingreditur cornu dictū: ⁊ ab earū qua-
qꝫ oritur corpus per quod sperma in cōcauū fundit̃ matri-
cis. Hec est matricis assignatio ⁊ figura. Quātitas autē
eius oībus nō est equalis mulieribus. In mulieribus etenim
q̄ ꝑgnātes nō sūt minores ē eas inuenire: i ꝑgnātibus maio-
res: sꝫ ⁊ i his q̄ nunꝙ̄ cōceperūt miores sunt valde ꝙ̄ in his
que aliqñ cōceperūt: ⁊ ꝙ̄to plus mulier cōcipit ⁊ eius maior
fit matrix ꝑꝑ matricis extēsionē a fetu vt sit illi locus. Va-
riatur ēt matricis ꝙ̄titas in etatibus: ⁊ ē in muliere que mio-
ris ē etatis minor: in ea vero que maioris ē etatis maior. At
vero vetule mulieres miores hñt ꝙ̄ iuuētus earum nouerit.
Est autem ⁊ in illis que parum coeunt. minores ꝙ̄ in illis q̄
multum coeunt. Matricis autem temperata quantitas
est que ab extremitate eius supiori que est eius profunditas
posita ꝓxima ē vmbilico vsqꝫ ad extremitatē vulue: ēqꝫ eius
longū duodeci digitorū: latitudo eius ē dimēsio qua duo ab-
inuicē distāt emūctoria ad que quodqꝫ duū ꝑuenit augmen-
torū que cornibus silia sūt: hec ē matricis assigna° simplex.

Cap^m. 34^m. de matricis in q̄ ē fetus assignatiōe

m Atrix autem in q̄ ē fetus cuiusmōi sit h̃ loco dicemus: ⁊ oēz eius
osñdemus q̄litatē a ꝑ̄cipio quo spma i ipam cadit
vsqꝫ ad cōplemēti fetus tp̄s ⁊ horā. Dico ergo qm̄ Galien⁹
⁊ Hypocras arbitrātur ꝙ spma agētis ⁊ mr̄e obtineat locū
in fetus gnātione: sanguinē aūt mēstruū solūmodo materiei
seruare locū. ⁊ qm̄ fetus ꝑficitur ꝯtemperantia ⁊ cōmixtione
spmatis masculi cū femineo. Aiūt quoqꝫ matricē qum ē coi-
tus tp̄e siquidē ꝓxima ē mēstruorū amputationi: ꝑueneritqꝫ
ad eā sperma tēperatuꝫ sua in crossitie ⁊ viscositate sup illud
strīgi ab oībus sui ꝑtibus: retinereqꝫ ipsuꝫ ⁊ circūtenere ea q̄
in ipa ē retentiua virtute. Huius rei signū ē ꝙ inuenim⁹ qñꝫ
dū aīalia exploramus que pariūt. Matrix eteiꝫ eorū ita ar-
ctissime stricta ⁊ ꝯclusa ē vt nec acumē corpis aliquod possit
ītrare: hoc fit ꝑꝑ nimiū amorē ⁊ desideriū matricis in spma-
tis subām. Ideo ergo ⁊ antiqui dixerūt matricē eē tāꝙ̄ aīal
sperma desiderās. Est aūt spmatis nā si a virga que in ea est
expellatur forti virtute ꝑ matricis ire collū ⁊ recta tēdere via
vsqꝫ in īferiora eius ⁊ in loca vicia: illiniūturqꝫ eo ⁊ dilatan-
tur in his locis inferioribus: remanētqꝫ remotiora matricis
in cornuum ꝑtibus inania ⁊ viri spmate vacua. Amputatur
igit̃ spma mulieris ab eius testiculis ꝑ spmatis vasa ⁊ in me-
dium fūditur matricis: tēditqꝫ ad cornua duo ⁊ in vētre di-
latatur matricis. cōplēturqꝫ loca que viri fuerāt spmate fru-
stra: ⁊ in ea quoqꝫ in quibus illud est cōtinuaturqꝫ illi. Fit ve-
ro inter matricē ⁊ spermata duo iterstitiū quoddā ⁊ q̄si diui-
sio ⁊ cōcauitas: cōmisceturqꝫ qđ residuū ē seminū duuꝫ ⁊ ad
concauitatē illā tendit replēdā. Fuit aūt necessaria duuꝫ
spermatū cōmixtio duabus de cāis. Altera ē vt sperma esset
mulieris cibus cōueniens virili spmati: virile ⁊enim crossuꝫ
est calideqꝫ cōplōnis sperma: cōtraqꝫ femineū tenue ⁊ frigi-
de cōplexiōis: q̄re sua nō pōt crossitie virile extēdi ⁊ dilatari
quēadmodū oporteret corrūperetqꝫ suam materiā fetus ca-
lore. Ideoqꝫ femineū nec̄ium fuit sperma qđ eius tēperaret
crossitiem ⁊ calorē. Altera aūt ē vtilitas opimēti gnātio qđ
fetū circūdat: virile ⁊eīm spma eo ꝙ recte feratur ad cornib⁹
nō ꝑuenit augmēta silia: nec ꝑ totū dilatatur matricis vētrē
necessarium ideo femineū ē sperma quo cōpleātur loca ad q̄
virile nō accessit spma: cōtinueturqꝫ femineo: ⁊ ex eis simul
opimentū fiat quo fetus inuoluatur. Est aūt huius operi-
menti fetū circūdantis gnātio talis: sperma crossum ē ⁊ vis-
cosum: interiora aūt matricis calida ⁊ plana. Qū igit̃ sper-
ma intra corpus matricis dilatatur facile ex eo opimentum
gnātur: quēadmodū fit ex pasta si supponatur opculuꝫ cali-
dum cito crustula fit. Soluitur aūt operimētum hoc oīb⁹ ex
planis matricis corporis locis: ⁊ suspēditur ad eā ꝑ loca as-
pera que fossulas diximus: fitqꝫ opimentū hoc cū spermate
qđ circūtenet: quēadmodū ouum qđ nō suo edidit tp̄e gallia
nō cōpletū: videbisqꝫ exteriorē testā operimēto silēm. Et hoc
quoqꝫ nōnūꝙ̄ in exquisitione matricū apparet aīaliū que pre-
gnātia sunt a proximo. Videbis ⁊enim opimentum matrici
adherēs ꝑ loca que venaꝝ ora fossule dicta sunt: al's autē a
matrice oīo seiunctū ⁊ minie inherēs illi ad oui silr̄itudinem
qđ i gallie matrice ꝯpletū ē: nec dura ei⁹ est testa. Refert aūt
hypocras i libro de nā pueri. saltatricē mulierem sexto con-
ceptiōis die aborsū passā: cecidisseqꝫ ab ea sperma cū opimē-
to suo i silr̄itudinē oui qđ suis exterioribus nudatuꝫ corticib⁹
īteriori opimento tm̄ vestitur. Ut autem hui⁹ ꝯpleta ē operi-
mēti gnātio qđ spma cōcludit: sanguis ad illud fertur men-
struus per venas non pulsantes: quarū ora ea sunt loca que
fossule dicta sunt: peruenitqꝫ simul sanguis subtil' ⁊ spiritus
vitalis per arterias que ad matricē veniūt: feruntūrqꝫ simul
vasis: sentitqꝫ in corꝑe grauitatē ⁊ titillationē. statim vt celebrauerit leuitatē sentiet corpus in pigritiā virtutemqꝫ tūcqꝫ coitꝰ augeꝛ appetitꝰ: vt āt euacuatū fuerit qꝺ i spermatis erat vasis ad ea qdā attrabitꝛ aliud. Si ergo coitu vt oꝫ quis vteꝛ cogitationes cedunt: ira mitigatur melic prodest passiōi: prodest phlegmaticis etiā morbis: sōniorūqꝫ medetur multitudini ⁊ appetitū cōfortat: ⁊ oīno fit quēadmodū assignatū est. coitus eīm vna ē cārum sanitatem custodientiū ⁊ nō nullos curat morbos si vt expedit fiat. Si autē aliter ꝙ oporteat exerceatur cā fit morbos generās corporiqꝫ nocens qꝺ ⁊ refrigerat ⁊ desicat si plus equo exerceatur: calefacit etiaꝫ corpus motus multitudie. Coitus porro in corꝑe variātur actiones tribꝰ ex cāis quaꝝ vna ē res nālis, scda nō nālis: tertia que ꝯtra naturā ⁊ extra. Ex nālibus quidem rebus qm̄ si quis coitū celebrat ⁊ adolescēs est ⁊ iuuenis eiusqꝫ cōplexio calida ⁊ humida: testiculorūqꝫ eadem: corpus eiꝰ plenum: color ad rubeū iclinus ⁊ flauuꝫ: plurimūqꝫ in eius gnātur sperma coꝑe: virtus illi fortis ē corpus sanū: nec eiꝰ vsus modū excesserit: tempꝑat eiusmodi nālem calorē eiusqꝫ virtutes: corpus leuigatur: īpigrities fit: gaudiuꝫ accedit: cura pellitur ⁊ cogitatiōes moleste: acumē sedatur ⁊ ira. Si aūt hꝰ cōplexionis vir eius modū excesserit nō plurima fit illi lesio. Qꝺ si coitus supsederit vsui: illūqꝫ neglexerit: sperma suis augeꝛ in vasis dolor in vnguibus fit ⁊ testiculis cū extensione ⁊ pigritia: hebetudineqꝫ sensuuꝫ ⁊ intellectus pariter capiti grauitas: visui tenebre: frāgitur corpus: appetitꝰ iminuitur ciboruꝫ: nonunꝙ cōplō declinat a statu suo. ⁊ febris superuenit: aliquotiens ēt paritur mania ex vaporibus spmatis ad cerebrum ascēdentibus. Sepe quoqꝫ multiplicato spmate ⁊ densato fit corꝑi frigus: ⁊ nōnūꝙ tremor precordioruꝫ. pectoris attractio. sepe ēt scotomia ⁊ vertigo. Qum vero corpis ē frigida ⁊ sicca cōplexio: ⁊ hoīs eiusdē cōplexionis testes. corpus exile. color viridis albus aut croceus. eiusqꝫ in corpore sperma ꝑpaucum. si huiusmodi coituꝫ exerceat refrigeratur corpus: nālis debilitatur calor. ⁊ rarefactū eneruatur: nerui imbecilles fiūt: supuenit illi tremor: aīe marcor. cardiaca. appetitus defectio. sicci fiūt illi morbi. artetica. pectoris passiones ac pulmonis. in cuius vsu si fuerit frequēs. corpus cōsumitur ⁊ deficit spasmus accidit. Quare huiusmōi dn̄o complexionis cauēdus ē coitus ⁊ ab eo recedēdus ad alia negotia: ⁊ si quidē surrexerit illi appetitus modice vtatur. Cuius autē corpori frigida ē ⁊ humida cōplexio: aut calida ⁊ sicca huic coitu vtendū erit pauco: nec multū frequentandus: multas eteīm frequētatio pareret illi lesiones. Complexionis frigide ⁊ humide viro naturalis coagulabitꝛ calor. nerui dissoluentur. Cui vero calida est ⁊ sicca. corpus desicatur ⁊ extenuatur: oculi submerguntur: facies rugatur: aliaqꝫ fiunt huiusmodi que sicce accidunt complexioni. Coitus aūt actiōis i corꝑe diuersitas nō nāliū cā rerū huiusmōi est. Si cibo homo repletus aut potu coitu vtatur: debilitas eius fit corꝑi. eneruatio neruis. dolor in genibus aliarūqꝫ cōtinuationū: viscerū oppilatio: generantur abinde humores crossi. Cuius vsus si hoc fiat modo frequens assiduus: hydropisis sequitur asma: ⁊ tremor. Si vero famē patiēs qs ad coituꝫ accesserit: aut sitis molestia pressus aut aliqua certe euacuationū spetie exinanitꝰ est: vt vomitu solutiōe phlebotomia ⁊ his similibus: aut statim post balneū vel laborem vigiliasqꝫ: aut etiaꝫ post grauē tristitiā: corpus cōsumitur ⁊ desiccatur: calor dissoluitur naturalis: ciborū iminuitur appetitus: tenebratur visus. occuli fiunt concaui: ⁊ nōnunꝙ defectꝰ accidit ⁊ spasmus. Sic quoqꝫ post magnū graueqꝫ gaudiuꝫ quis coitu vtaꝛ: horū aliquid accidūt morboꝝ. Si sit aūt etiam cū his tēpus estiuū grauisqꝫ estus: aut certe inequalis autūnus aeris: adiuuāt morborū generationē. eo ꝙ duo hec tēpora coitus vsui ⁊ frequētationi minime oportuna sint. Si autē quis celebret coitū inter repletionē ⁊ euacuationē corpore medio stabilito: ⁊ in corpore plurimū est spermatis: ⁊ ante somnū fiat ad illū accessus: estqꝫ letus hilaris ⁊ vacuus curis: corpori prodest manifestius: fitqꝫ qui celebrat īpiger: letꝰ leuitas accedit motus ⁊ appetitui ciborū virtus naturali temperies calori: ⁊ si cuꝫ his etas quoqꝫ fuerit iuuenilis vt adolescētia: tempus ipsuꝫ ver. conuenietius fit coitꝰ. Que aūt coitus in corpore extranaturaliū rerū operatur hec sunt. Si etenim qui coitu vtitur mētis desipientia propter cholerā patitur nigrā: multarūqꝫ est cogitationū ⁊ amat: aut in corpore eius phlegma est spissū dēsatuꝫqꝫ: aut certe corpus eius repletum est: aut ex repletione inest illi angustia: aut cerebrum eius humoribus plenū: aut in caput ipsius vapores ascendūt acuti: sanatur ad illius vsum: mania mitigatur: ⁊ amor: tranquillantur cogitationes: calor ⁊ ardor sedatur: phlegma imminuitꝛ ⁊ repletio a corꝑe āgustia mitigaꝛ: oppilō apiꝛ ⁊ pōri spfluitates a cerebro extenuāꝛ: ⁊ ꝑ coitū ad iferiora secedūt: sēsus leuiores fiūt vapores dissoluūꝛ ab eo calidi: magis āt hꝰi cōmoda corꝑibꝰ cōfectio quibus calida ē ⁊ humida complexio. Si aūt vtatur coitu qui in pectore patitur ⁊ pulmone passiones: aut qbus in cōtinuationibus dolor ē in visceribus crossities ⁊ qui morbis molestātur frigidis: cuiqꝫ dolor colice assuetus ē passiōis quēqꝫ solutio frequētat ac stomaci dolor ⁊ defectus quibus ēt catarrus inest ⁊ corriça. Hoꝝ omniuꝫ ad coitꝰ vsuꝫ morbus augeꝛ: prouocat aūt illū ⁊ nutrit. si presens ēt nō fuerit morbus si eius excesserit vsus modum cui corpus huiusmodi preꝑatū est morbis: maximeqꝫ morbi his assidue fiūt cerebro neruis pectori pulmoniqꝫ. Cerebro equidē ⁊ neruis ꝓpter multitudinem coꝝ que de spū dissoluuntur aīali. Pectori vero ⁊ pulmōi propter motus copiam ⁊ horū cōcussionem mēbrorū: naturalisqꝫ imutationem caloris. Quare haꝝ dn̄os passionu ꝫcoitū cauere expedit pestilentie tꝑe ⁊ aeree corruptiōis. Accidit aūt nōnullis hoīnū qum coitu vtuntur virtutis debilitas stomachi eneruatio ac subuersio: in ore siccitas: oculoruꝫ profundatio. Pariterqꝫ in spmatis vasis coꝝ plīmū gnātur sperma: ⁊ si coitu abstinēt grauitas illis fit in capite: angustia ⁊ subuersio: si vero coitu vsi fuerint q predicti sunt accidūt morbi. Quare huiusmodi hoī hitudinis vtēdum erit his que coitus amputant appetitum ⁊ sperma iminuunt. quēadmodū alio ordinabimꝰ ⁊ disponemus modo. Accidit aūt ⁊ nōnullis hoīum in coitu horror aliquātus etiā rigor malorū causa qui in eorū sūt corpore morborū: calorisqꝫ ⁊ ardoris qui coitus accidit tēpore ⁊ articuloꝝ motꝰ exercitatus cā. Omnia eteim malorū chimorum corꝑa si forte subito incaluerint horror illis accidit. Si sit autem eiusmodi chimus cum cerebri malitia rigor sit.

Perflat autem nonnulloruꝫ corporibus coitus tempore putridus odor. eo ꝙ in eorū humor sit putridus qui coitꝰ dissoluitur tēpore caloris causa que eo accidit tēpore.

Ca. 37m. de nālibꝰ euacuationibꝰ ⁊ earum generibus.

Et quoniam quid in corꝑe coitꝰ opetur q vna ē euacuationū spēs nāliuꝫ dictū ē: iā nūc de reliqs dicere aggredimur: quid si a nāli reprimātur cursu i corꝑibꝰ faciāt: qdqꝫ si āpliꝰ ꝙ equū ē fuerit augmētate ⁊ nālē excesserint modū. Sūt aūt he egestio. vrina. mēstruoꝝ sāguis. ⁊ q̄ a palato defluūt alia huiusmodi. Dico ergo quoniā omnia hec si aut modum superexcesserint aut certe a naturali repressa fuerint emissione corpori nocent ⁊ morbi ex singulorum fiunt natura. Quare nō oꝫ aūt eoruꝫ initi more tarditati vel certe in euacuatione augmento ꝙdiu in nāli ꝑstant hitudine corpusqꝫ sanum ꝑseuerat. Et siquidē cōcludanꝛ ⁊ eorū prohibeaꝛ egressus q̄ soluātur initēdū: ⁊ si suꝑabūdauerit retinēdi. Si ⁊eiꝫ hominis arctetur egestio aut vētositas ⁊ ab egressu prohibeantur: colica fit passio ⁊ tenasmos tortio ⁊ angustationes appetitus defectus: anime turbatio ⁊ subuersio: cholerarū vomitꝰ in intestinis ventositas ⁊ stomacho. Si aūt augeatur eius euacuatio dissolutio accidit virtutis ⁊ debilitas. Et si adhuc amplius fiat: casus approximat virtutis: ⁊ si quod euacuaꝛ cholericum est vlcera exarantur i intestinis. Urina qum egredi prohibetur difficultas fit vrine ⁊ eius adustio inuesica dolores ⁊ meatibus vrine ac renibus. hisqꝫ eiusdē locis vlcera excoriationes. Si autē vrine amplior iusto fiat emissio sitim nutrit virtutem debilitat ac dissoluit: corpus desiccat.

Sic ⁊ in mēstruorum fit sanguine. Si etenim eorū negligaꝛ mora in principijs morbos generat pessimos calidosqꝫ Et si eorum more differatur tempus: epar refrigeratur calorem suffocāt naturalē: ⁊ extigūt ⁊ nōnūꝙ fit hydropis: ⁊ cōplexionis corruptio. Quorū si vapores ad cor ascēderint defectus fit ⁊ angustiatio. Si aūt ad cerebrū emicraneū pariꝛ ⁊ diuturniores cephalee: visus tenebre: vertigo: obstupefactio ⁊ his similia. Quorū si modū trāsgrediatur emissio calor debilitatur naturalis sue iminutione materie: epar refrigeratur eo ꝙ sanguis iminuitur: hydropis paritur: simulqꝫ ⁊ cōplexiōis comittaꝛ corruptio. Eadē ⁊ a sāguine accidūt emorroidarum si imoretur cui cōsuete sunt: ⁊ si eius abundet emissio. Sed ⁊ que ab ore emittuntur superfluitates si imorēꝛ cui earum multa est emissio consuetudini: passiones fiunt ⁊ morbi i cerebro: vt oppilatio ⁊ vertigo obstupefactio. Et ampliori facta emissione vigilie succedūt: lenitas facici desicatio ⁊ oculorum: ⁊ similia his. Ideo ergo corpus assuescere emissioni que in eo sunt naturaliū oportet superfluitatuꝫ. Et si plus iusto fiant reprimere quēadmodū in custodie sa-

nitatis tractatu dicemus.

Capitulũ.xxxviij.de anime accidẽtibus.

T quoniam de naturali dictũ satis ẽ euacuatione quidqz in corpore si imoretur faciat aut si exinaniẽdi modũ excesserit. iã nũc de aie nos accidentibus dicere expedit. Et quid circa corpora faciãt. Dico ergo corpus accidentibus immutari aialibus quẽadmodũ ꝛ reliqs oibus imutatur: que hucusqz dicte sunt cãis intm̃ vt qñqz sanitati conseruande fiat causa: ꝛ quandoqz sint corruptionis.sanitatis cãe. Qui eteniz oib⁹ irascũtur de cãis solliciti fiũt ꝛ tristes ꝛ a quauis modica timent cã ꝛ exterrentur occasione: opinationes opinantur falsas ꝛ amant: his sepe de cãis in morbos incidunt pessimos ꝛ passiones intm̃ vt huiusmõi nõnulli moriãtur si in eis horuz aliqua accidẽtiũ roborentur. Qui aũt duz irascitur sibi rex ẽ: irarũqz frangit estus: modesteqz substinet aduentum huiusmõi cãrũ: aius eius roboratur ꝛ cognitio: suiqz ipsi⁹ solidatio .repressio.robur.tollerãtia: aie subtiliatio: vix fiet illi aliqua huiusmodi nõ accidere: ꝛ siquid harũ accidat cãrum ꝙuis rõnabiliter molestãtiũ necessitate tẽperantiã non excedunt: sed ꝛ siquid fortuitu morbi peperint paruus ẽ: ꝛ cito sanatur facileqz ad se reuertitur. Sunt ãt ꝛ sanitatis causa fi;initur hõ earũ vsui cãis cõtrariare nocẽtibus aie corporiqz. Ira enim frigide domino cõplexioni prodest ꝛ formiduloso. Gaudiũ ãt cui tristitia dñatur ꝛ sollicitudo cogitatioqz vtile est. Noui etenim plerosqz qui ex tristitie sollicitudinisqz curarũ perseuerantia corpe iã cõsũpti erant: qui qum exultationis accidisset gratia liberati sunt: in suãqz corpora eorũ reuersa sunt pulchritudinẽ. Nõnulli etiã a morbis quibus laborabãt liberati sunt: eorũ quos amabãt cura ꝛ cogitatione. Sic quoqz ꝛ aliqui sunt quibus dominatᷣ cura ꝛ tristitia: prodestqz illis quz eorum cõplexioni cerebri calor dominetur ꝛ siccitas: ꝛ quibus nimia ẽ gaudij ꝛ letitie consuetudo ne forte ipsorũ calor dispergatur naturalis ꝛ iminuatᷣ.

Que qum ita sint nos horũ proponemus diuersitates accidentiũ ꝛ quid operentur ac in corpore faciãt.hoc nostri libri loco. Dico quoniã aialia sunt accidentia.ira.gaudium.cura.tristitia.stupor.timor ꝛ verecundia. Ira autem est sanguinis cordis ebullitio naturalisqz motus caloris ꝛ ad exteriora exitus semel subitoqz ad vlciscẽda que nocent. Calefacit ãt corpus ꝛ desiccat: cholerã confortat rubeã intm̃ vt febrem quoqz diei pariat. Et siquidẽ in corpore humor est ad putrescẽdũ paratus febrẽ generat putridã. Si ãt imoderata fuẽit ira virtutẽ dissoluit naturalẽ: eo ꝙ illũ plurimũ emittat ꝛ in partes dissipet: vnde ꝛ virtus debilitatur: tremor quãdoqz accidit ꝛ si adhuc augeatur defectus sequitur: maximeqz si hõ debilis sit virtutis nisi ꝙ ira minime mortẽ ascistit. Est ãt huiusmodi accidens cõplexionũ frigidarũ hoibus cõueniens: si tamẽ vltra modũ nõ fiat: calorẽ nãqz cõmouet naturalẽ ad exteriora cũ quo ꝛ sanguinẽ mittit vitalem forti motu ꝛ veloci: reducitqz calorẽ habitudini cõpetẽtẽ naturali: caro q̃ imutata fuerit augetur.sanguis etenim a venis egreditur ꝛ i mẽbris residet. Signũ ẽ autẽ ꝙ naturalis exeat calor ꝛ sanguis ad exteriora ire tẽpore ꝙ oculos iratorũ videm⁹ rubeos eiusdẽqz totã coloris faciem: ac totũ corpus veneqz simul intumescũt. Gaudium autẽ naturalis ẽ exitus caloris ad corporis exteriora eiusqz diffusio paulatim facta. Hi⁹ ẽ aiaz cõfortare calorẽqz naturalẽ in oĩ corpore hũores tẽperare: sanguinẽ caloris tẽperantia naturalis augere: corpulentiam corpori facere. Ideo itaqz oibus cõuenit corporibus tẽperatis: nisi ꝙ qñ semel subitũqz fit aliquotiẽs interficit naturalᷣ dissolutione caloris ꝛ dispersione.fertur ãt hames in nimietate gaudij ꝙ subitũ illi superuenit perijsse. Tristitia vero naturalis ẽ caloris ingressus ad corporis interiora paulatim intantũ vt quãdoqz corpori febrẽ vnius afferat diei. Cuius si diuturnus tẽpus fiat corpus fortiter calefacit oĩaqz calefiũt mẽbra: solidaturqz calor naturalis principalibus mẽbris fitqz abinde ethica febris. Si ergo imoderata fuit tristitia i frigidarũ cõplexionũ corpibus corpus refrigeratur calorqz extinguitur naturalis sua in corporis interiora conuersione: q̃ ex re iminutus coagulatᷣ. Tristitia ãt oibus est nocẽs corporibus ꝛ illa subuertẽs maximeqz frigida ꝛ sicca. Cura aũt ẽ ingressus caloris ad corporis iteriora aliqñ.aliquãdo autẽ egressus. Intrat autẽ quz desperat de quibus ei cura ẽ. Exit autẽ quz adipisci sperauerit. Oz aũt eũ qui cõtinuo ꝛ diuturniori vtitur gaudio cogitationẽ quoqz imiscere rebus ne forte naturalis dissoluatur calor gaudij copia nimia. Timor aũt ẽ naturalis igressus caloris ad iteriora corpis pp aie ab aliquo nocẽti fugã ꝛ exaspanti quz sit nãe aiaz a nocẽtibus ꝛ sbitãtib⁹ que nõ cõsueuit timere ꝛ fugere. Verecũdia porro ꝛ stupor ad igressũ nãlᷣ fiũt caloris i corpib⁹ iteriora regressũqz exterius simul subito. Calor eni a verecundia mouet primuz totus simul subito qualis eius tẽpore pauoris ẽ mot⁹: fugiẽs ab eo qd verecũdatur debilitatis cã. Dehinc roborat illuz cogitatio ꝛ ad exteriora reducit simul: vnde ꝛ color verecundie tẽpore rubescit. Duo aũt hec accidẽtia: timor scilᷣ ꝛ verecũdia minime corpori conueniũt. Hec ẽ que nobis necessaria erat de accidentibus animalib⁹ disputatio: vltimus scilᷣ non naturalium tractatus rerũ. Iã nunc deinceps: de rebus incipiemus extranaturalibus in eo qui sequitur sermone.

Incipit sermo sextus prime partis libri cõpleti artis medicine qui dicitur regalis dispositio hali filij abbas discipuli abimeher moysi ad regẽ principatus fortitudinẽ de rebus extra naturam que sunt.s.morbi ꝛ cause eorũ accidẽtia illos sequentia translatio stephani philosophie discipuli de arabico in latinũ: habens capitula.xxxv.

Capituluz primũ vniuersalis disputatio de rebus extra naturalibus.

T quoñiam ostendimus in precedenti nostri operis tractatu duas partes speculatiue partis res scilᷣ naturales ꝛ non naturales. Iã nobis supest que extra naturam exponere: quod est prime ꝯplementuz speculatiue scilᷣ partis. Dico quoniaz res extranaturales sunt morbi: ꝛ coꝝ cause que illos faciũt: atqz accñtia morbos seqũntia. Et ei sbsistẽtia hois eiusqz sanitas p reꝝ ẽ nãliũ tẽpãtia: quẽadmodũ i vltio d̉ reb⁹ nãlib⁹ tractatu ostẽdim⁹. Hec aũt tẽpãtia i corpore iuenitᷣ

sano ⁊ circa mēbrorū partibus suis ꝯsimiliū ꝯplexionem: ⁊
in mēbrorū cōpositione principaliū ꝯsimiliū porro suis par-
tibus mēbrorū tēperātia ex tēperie est humorū ⁊ instrumēta-
liū tēperies mēbrorū ex tēperie ē materiei ex qua fetus consti
tuitur ⁊ ex virtutis bonitate informātis. Ex tēperie autē or-
ganicorū mēbrorū tēperātia fit actionū. Q: quꝫ ita sint rerū
tēperies naturaliū in corpe in humoribꝰ est: ⁊ in mēbris atqꝫ
in actionibus. Si aūt horū triū aliquod a tēperātia cesserit
habitudinē facit extra naturalē. Et siquidē humores a tēpe
rantia discesserint cā fit morborū. Si vero mēbra tēperantiā
reliquerint morbus accidit. Q: si actiones a tēperantia cesse
rint accidētia sequūtur. Jdō ergo extranaturales res tres sūt
morbus ⁊ morbos efficiētes cāe ac morbos que sequūtur ac
cidentia. Differunt aūt singula hec abinuicē: qr morbus
actioni nocet nocumēto primo nullo intermediante: vt calo-
ris in febribus nocumētū oibus actionibus sine aliquo me-
dio: quēadmodū aqua in oculis visui per seipsam siue mediā
te nocet: ⁊ apostema gutturis anhelitu ⁊ transglutiēdi actio
ni nō vtēs mediante. Cārū autē nocumēta in actiōes per me
dia fiūt aliquorū: vt febriū putredo. febribꝰ nāqꝫ putredo cā
ē nec actioni per seipsam obest imo caloris mediatione q ab
ea fit quēadmodū ⁊ vngula parua que in tunica est cornea ⁊
nōdū foramē operit visus prohibet spūꝫ trāsmitti videntem
libere per corneaꝫ tunicā. Nocet igitur visui ꝑ tunice cornee
mediū: quoniā nocumētū accidit visui, ex eo ꝙ tunice factum
est cornee nocumētū. hec ergo lesa lesionis visus cā facta est
Accidens autē actiōis nocumētū ē ipsius quod ex mor-
bo fit: vt visus prohibitio ex aqua frigida que in oculo ē. aq̄
etenīꝫ morbus ē prohibitio visus accidens. Eodē ēt mō imi
nutio digestiōis ciborū in febre. febris enī ē morbꝰ. digestiōis
paucitas ciborū. morbi accidens. Morbus itaqꝫ actioni si-
ne medio nocet: cā per mediū. Accidens actionis ipsius ē no
cumētū morbū sequēs. Et nos primū de morbis incipiemus
ostendentes eorū genera ⁊ spēs.

Capitulū. ij. de morborū generibus ⁊ spēbus ⁊ primū de
mēbrorū ꝯsimiliū morbis.

g Aliēnus ⁊ hypocras tradūt morbos fieri
mēbrorū egressu in cōpositiōe sua
a tēperantia naturali. Cōpositionis āt mēbrorūꝫ
tres sunt spēs. Prima ē membrorum partibꝰ suis ꝯsiliū com
positio ex humoribus. hec quꝫ egressa fuerint mēbra a tēpe-
rantia dicitur morbus ꝯsimiliū partiū: nomē etenim illis de
noiatur: ab illis in qbꝰ fit mēbris. secūda ē mēbrorū cōpositio
instrumētaliū ex ꝯsimilibus mēbris: que quꝫ a sua recedunt
tēperantia in cōpositione organicus dicitur morbus. Tertia
est totius corporis cōpositio ex instrumētalibus mēbris alio-
rū cū alijs cōtinuatione: ⁊ hec si a tēperantia cedāt mēbra a
cōpositione. s. ⁊ ab inuicē separentur. morbꝰ dicitur cōtinua-
tiones separās aut disgregatio continuationum. ⁊ est morbꝰ
mēbris cois organicis suisqꝫ ꝯsimilibus mēbris partibus.
Genera itaqꝫ morborū secūdū visum hec tria sūt. gnᷣs. s. mor
bi ꝯsimilium partiū mēbri. ⁊ instrumētalis morbi genus. Et
genus morbi cōis tā ꝯsimilibus suis partibus membris ꝙ
ipsis quoqꝫ organicis cōtinuationū. s. separatio. Morbo
rū aūt partibus ꝯsimiliū due sunt spēs: aut enim simplices
sunt aut cōpositi. Et simplices morbi quatuor sunt calidus. s.
frigidus. humidus. siccus. Cpositi quoqꝫ eodē clauduntur.
numero. aut enī calidus ē ⁊ humidus. aut calidus ⁊ siccꝰ. aut
frigidus ⁊ humidus: vel frigidus ⁊ siccus. Simplices aūt
sunt aut ex qualitate sola puraqꝫ ⁊ materia vacua: aut certe
cū materia. Et morbus calidus qui ex simplici fit qualitate
ē ethica febris ⁊ q̄ diei vnius ē: solis adustio calorqꝫ qui ex la
bore accidit. Calidus aūt morbus qui cū materia fit ad ali-
quod influēte mēbrū vt apostema qd̄ ex sanguine fit ⁊ febris
que ex putredine accidit similiaqꝫ. Morbus vero frigidus
ex simplici veniens qualitate vt cōgelatio ⁊ spasmus accidē
tes ei qui frigus passus ē imoderatū aeris aut niuis. Frigi-
dus aūt morbus qui cū materia fit: vt ꝑalisis. epilepsia. apo-
plexia similesqꝫ ex phlegmaticis fiunt chimis morbi. Egritu
do vero sicca que sine materia fit: vt spasmus qui ex euacua-
tione accidit ⁊ ꝯsūptionis morbus. Qui aūt siccus cū mate
ria fit: vt cancer. elephātia huiusmodiqꝫ alij ex siccis accidē-
tes chimis morbi. Humidus porro morbus ex simplici veni-
ens qualitate ⁊ sine materia: vt humiditas corporis: eiusqꝫ
eneruatio tumida. Morbus aūt humidus qui cū materia fit
quēadmodū hydropis: que ex hūidis accidit chimis. Cō
positus aūt morbus materia vacuus nō erit. Morbi etenim
calidi ⁊ humidi aduentus ex sanguine fit apostema. s. quod
phlegmon vocatur. Calidus ⁊ siccus morbus ex cholera fit
rubea vt apostema qd̄ herisipillā dicimus. Frigidus porro ⁊
humidus ex phlegmate fit vt apostema molle. frigidumqꝫ ⁊
siccū cholera parit nigra quale ē apostema durū.

Capitulū. iij. de organicorū mēbrorū morbis.

o Rganicorum spēs morboꝝ q̄tuor sūt.
Pria ē morbꝰ q i figura
fit mēbroꝝ ⁊ fōma. Scd̄a q i eoꝝ ꝙtitate. Tertia vō morbꝰ q
mēbrorum accidit numero. Quarta vero qui in positiōe mē-
brorum fit. Et morbus quidē qui in figura fit forma scꝫ
quinqꝫ hꝫ diuersitates. Primus est qui in figura fit mēbri vt
capitis turpis ⁊ feda positio ⁊ crurium curuitas. Secūdus
qui in cōcauitate fit mēbri vt inferiora pedis si oio extenuen
tur aut palmarū mediū si plenū fiat ⁊ nō conicum. Tertius
est qui in meatibus fit morbus ⁊ traductiōibus cuiꝰ due sūt
spēs. Altera ē meatuūꝫ dilatatio vt venarum que in ano sūt
aꝑtio ⁊ foraminis pupille extēsio. Altera vero eorū arctatio
quēadmodū ex oppressiōe accidit aut oppilatione. Et qui
meatibus accidit morbus nōnūꝙ in meatibus fit ⁊ transiti
bus quorū toti ē corpori cōis vtilitas: quādoqꝫ aūt his quo-
rum nō est omni cōis corꝑis vtilitas. Si ergo in meatibꝰ qui
bus nō cōis fit vtilitas: morbus accidit abinde vnus. Si āt
in illis quorū in totū corpus cōfertur vtilitas siquidē oppile
tur: oppilatioqꝫ eius apostematis causa fiat: duo fiūt morbi:
apostema nāqꝫ qd̄ in ipius ē substātia morbus est: oppilatio
quoqꝫ ⁊ ipa que per apostema in meatu fit morbus ꝯputat̄.
Et si oppilatio ex humore fit viscoso qui meatibus cōglutīa
tus sit morbus fit vnus oppilatio scilꝫ tm̄. Exēpli cā cōcaua
vena si oppiletur: fitqꝫ eius oppilatio apostematis cā due fi
unt illi egritudines qum due illi sint actiōes. Altera quarum
sanguis est gnātio quā apostema ipedit: altera ē cibi trāmis-
sio ad omne corpꝰ quā oppilatio auertit ab apostemate fcā.
Si sit aūt humoris cā oppilatio qui ipi iniscetur vnus tātuꝫ
fit morbus. Quarta ē spēs morbus qui i aspero fit: explana-
tio. s. membri quod asperum ē natura: quēadmodū ossibꝰ ac
cidit ⁊ matrici qum explanātur qum natura sint asꝑa. Qui
ta est que in lenitate fit asperitas qum in ea fuerit que leuia
erāt nā vt pulmōis canaliū exasperatio quaruꝫ ē nā planas
eē. Morbus aūt qui mēbri ē in quātitate duas hꝫ spēs.
Altera ē vt membrū magis ꝙ oportet magnum fiat: quēad
modum capiti accidit ⁊ lingue quorum maior sit ꝙ expedit
ꝙtitas. Altera ē qum ab eo qd̄ oꝫ iminuitur vt capiti accidit
⁊ stomacho que minora ꝙ expediat eē cōtingit. Morbꝰ
etiā qui in numero fit mēbrorum ⁊ ipē duplex: aut eim super
abūdant. ⁊ hec superabūdantia aut est naturalis vt digitus
quando est adiectus: aut extranaturalis vt varices lūbrici
⁊ ascarides. lapidesqꝫ in vesica fiunt. Aut est imminutio que
aut erit vniuersalis vt membri alicuius incisio: aut parti-
cularis vt si de digitis dactilis auferatur vnus. Jn posi-
tione autē mēbrorū morbus accidens duplex inuenitur vl' lo
co aufertur suo oio mēbrū vt est euulsio disgregatiōis anche
⁊ ruptura cū qua intestina ad testiū descendūt folliculum: vl'
certe cōparticipātis facit corruptionē vt labiorū vel digitoꝝ
adinuicē continuatio: aut si abinuicē disiuncta nō copulentur
mēbra quēadmodū lingue accidit ligamētis vt nō possint ite
rū alligari. Morbus aūt cōis ⁊ ꝯsimilibus partibꝰ suis
⁊ organicis mēbris separatio ē continuationū que ideo cōis
dicitur: qm̄ aliquādo in osse, fit nō in carne: nōnunꝙ alias in
mēbris ꝯsimilibꝰ ⁊ aliquotiēs in tota fit manuu aut pede vel
palma certe alijsve cōpositis mēbris: estqꝫ cōis oībus ꝯsimi
libꝰ mēbris que in eo sunt mēbro. Vocatur āt noibus varijs
iuxta ea quibus accidit mēbra. Si enī in osse fiat fractura di
citur. Si in carne plaga ⁊ vulnus: cuius si fiat tēpus prolixū
vlcus vocant: ⁊ si neruis ruptura: si vene percutienti aporis-
ma: mat̄. s. sanguinis si vene non pulsanti retusio: si lacertis ⁊
eorū extreminati enudatio. Si eorū medio cōtritio: si organi
cis accidat mēbris dicetur incisio eiusdē mēbri: vt manꝰ inci-
sio aut pedis: aut digitoꝝ ⁊ aliorū huiusmodi. Queqꝫ aūt
morborū diuersitas organicorū ⁊ ꝯsimiliū partibus aut cō-
tinuationum separatio aliquādo simplex fit in mēbro: aliqn̄
cōponitur. Queqꝫ cōponūtur eoruꝫ sex fit modis cōpositio.
Primus ē morboꝝ partibus ꝯsimiliū aliorū cū alijs cōposi
tio: quēadmodū caloris ⁊ humiditatis: caloris ⁊ siccitatis.
Secūdus ē morboꝝ ꝯsimiliū cū organicis cōpositio: vt apo
stema calidū cū febre: apostema nāqꝫ morbus ē organicus. fe
bris āt partibus ꝯsimilibus morbꝰ. Tertius ē modus orga-
nici cū organico morbo cōpositio: vt apostema quod in mē-
bro fit in quo meatus sunt: arctāturqꝫ meatꝰ illius apostema
tis suppssiōe: fiūtqꝫ duo i eo morbi. alter ē apostema quod est
morbus instrumentalis in mēbro. Alter autē meatus constri

ctio que ⁊ ipsa morbus est organicus. Quarta est composi-
tio cōsimiliū partibus morborū cum continationū sepatiōe
quēadmodū cū vulnere in mēbro apostēa fit calidū quo mē-
brū febricitat: fiūtqꝫ eo ī mēbro morbi tres: primus ē cōtinua
tionū vulnꝰ sepatio. s. ꝭs apostema qꝺ morbus est istr̄alis. t̄tiꝰ
partibus consimilis morbus febris scil' mēbri. Quinta ē cō-
positio morborū instrumentaliū qui in numero sunt mēbroꝝ
cū continuationū seperatione: vt dactili alicuius digitorum
amputatio: morbi nāqꝫ duo ī digito iuenientur: alter quoruꝫ
continuationis est seperatio. s. alter aūt numeri iminutio scil'
dactili digiti ablatio. Sexta deniqꝫ sequitur cōpositio mor-
borum. Qū triū simul in vnū fit cōuentus: quēadmodū ocu-
lo accidit cui obtalmia est ⁊ vlcus. Discissa est quoqꝫ ⁊ acuit'
tunica vuea: suo foramē pupille motū ē loco ⁊ ad oculū aqua
descendit ⁊ in eo virgl'a producitur. Quod qum ita sit sex ac
ciderunt morbi: primus eorū obtalmia: apostema scil' calidū
apostema aūt morbus est organicꝰ ad magnitudinē attinēs:
calor aūt morbus est partibus consimilis. Secundꝰ eruptio
vlceris que est scil' morbus cōtinuationes seperans. Tertius
vue acumen quod est morbꝰ organicus ad q̄titatē attinens
Quartus est foramis a suo loco exturbatio: ⁊ est organicus
in parte positionis annumerādus morbꝰ. Quintus aūt aq̄
est que est organicus oppilationi attinēs. Sextꝰ vngula mor
bꝰ scil' instrumētalis in parte augmētationis numeri positus
hi sunt morbi sex in vno cōpositi mēbro.

Capitulū. iiij. de morborū causis ⁊ eorū assignatione.

C Ause morbos facientes he sunt que actioni-
bus per mediuꝫ nocent morborū: aut ꝑ
alterius mēbri mediū quod illi prodest actioni. Per
morbi qdem medium: vt humoris putrefactio que febrē facit
oībus nocētem actionibus. Putredo nāqꝫ ipsa actionibꝰ mi-
nime nocet per se ipsaꝫ: sed per febris mediū q̄ ab ea fit. Me
diante aūt mēbro quod illi prodest actioni: adiuuāt s. ad suā
actionē mēbrum aliud vt hrbus cuius vtilitas est stomachuꝫ
calefacere ⁊ epar: cui si incōmodum aliquod accidat stoma-
cho nocet ⁊ epati: illosqꝫ refrigerat: maxime si ciꝰ aliqua fue-
rit pars decisa magna. Idem ⁊ in tunica oculi cornea si forte
illi vlcus fiat exterius prohibetur lumen a cristalleidos ob-
uia maxime aūt videns. Qꝺ qū ita sit ⁊ morborū cause tres
sunt: aut enim manifesta est: atqꝫ hec est que corpori ab exte-
rioribus accidit: vt ferri icisio: lapidis cōtrictio: reptiliū mor-
sus ⁊ percussio: ferarum comestio: sol' estus: ignis adustio: ni
uis frigus: aliaqꝫ huiusmodi q̄ corpori ab extra superueniūt
Secūda causa est que precedens vocatur ⁊ anterior: que ab
interioribus mouetur corporis ⁊ suas exhibet actiones alte
rius mediatione: vt humoruꝫ multitudo ⁊ viscositas qū sint
febrium causa: febris enim ab eis nisi qū putruerint efficitur.
Est itaqꝫ putredo ipsa mediuꝫ inter humores ⁊ febres. Ter.
tium est causarum genus quod attingēs dicitur ⁊ inherens.
quod absqꝫ mediante suas efficit actiones: vt humorum pu
tredo que febres parit. Putredo eteni q̄ꝺdiu in humoribꝰ erit
⁊ febris superest putredine cessante ⁊ febris deficit. Et haꝝ
quodqꝫ genus causarum aut erit morbis partibus cōsimili-
bus causa: aut morbis certe instrumētalibꝰ aut vero cōtinua
tionū separationis morbis.

Ca. v. de morborum mēbrorum partibus cōsimiliū cāis.

M Orborū mēbrorum partibus consimiliū
qui morbi dicuntur male cōple
xionis cause quatuor sunt. Prima est calidi morbi
causa. Secunda frigidi. Tertia humidi. Quarta sicci morbi
Et morbi calidi cause sex sunt. Prima motus est imoderatꝰ:
⁊ hic aut est corporis vt labor maxime qui cōsuetum non ha
bet: aut anime vt grauis ira. Secūda est vt corporis obuia-
tio aliquibus in actu calidis: qualis est sol' calor in estate: ⁊
ignis calor si eorū obuiatio prolixior fiat corpori: quēadmo-
dum in balneo diuturnior mora. Tertia est porrorū spissatio
⁊ densitas que calorem dissolui prohibet: vt eunti per niues
cōtingit: aut si aqua balnee' frigida vel arctanti vt alumino-
sa spissantur eteni porri ⁊ arctāt'. Quarta putredo est: vt ea
que febres parit putredo: quꝫ omne quod putrescit calefiat.
Quinta ciborū paucitas. Calor nāqꝫ si in quo operetur non
inuenit ad humores cōuertitur ⁊ mēbra: calefacitqꝫ ea ⁊ hu-
miditatē desiccat. Sexta est caloris causa calidorū potentia-
liter appositio ⁊ porrectio vt illi fit qui alia cepas piper ⁊ his
comedit similia.

De frigidi morbi causis. Frigidi āt morbi octo
sunt cause. Prima est corporis occur-
sus cū rebus que actualiter refrigerant: quēadmodū accidit
per niues ambulāti ⁊ aerē frigidū si diutius in illis imoretur
donec naturalis coāguletur calor. Si enim diuturna non sit
mora: calefit eo q̄ calor interius cōcludatur corporis. Si au
tem diuturnior ī eis fiat perseuerātia: naturalis refugit ad in
teriora calor ⁊ coagulatur. Secunda est aliquorum sumptus
frigidorum potentialiter vt aqua frigida: lactucarū cum pa-
pauere comestio: ⁊ vt siquis opium sumat. Tertia est ciboruꝫ
potuumqꝫ tanta supfluitas vt etiā calor submergatur natu-
ralis ⁊ extiguatur quēadmodū igni contingit in eū si ligno-
rum nimiā proieceris copiā: ⁊ lucerne si olei nimiū apponas
vt extinguatur. Quarta ē imoderata ciborū priuatio: quēad
modū igni accidit si ligno priuetur materiaqꝫ: deficit eiꝫ ⁊ in
gelatur. Quita porrorū spissatio ē imoderata que supfluita
tes arctat que dissoluebātur: imergiturqꝫ illis calor nālis ⁊
extiguitur. Sexta corporis imoderata dissolutio intātum vt
calor quoqꝫ dissoluatur nālis ⁊ dispergat': quēadmodū diu-
tius in balneo contingit imoranti caloris dissolutione ⁊ ma
terie euacuatiōe per sudorem. Septia motus imoderatio ni
mia itm̄ vt calor dissoluat' nāl' ⁊ dissipetur: eaqꝫ de cā corpus
refrigeretur. Octaua imoderatus. s. quietis ⁊ otij vsus: adeo
vt supfluitates multiplicētur in corpore: quibus imersus ex-
tinguatur ⁊ depereat nālis calor. He sunt frigidi morbi cāe.
nisi q̄ ī duoꝝ horū cāis morboꝝ vna quedā est que minime
corpus refrigerare dicēda est: spissatio. s. aut calefacere sim-
pliciter in omnibus corporibus: quia eius actio in diuersis
variatur corporibus tribus de causis. Prima est spissationis
qualitas: secūda est humoris q̄titas qui ī corpore cōtinetur
tertia dissolutorū ab eo natura. Spissatiōis quidē qualitas
quoniā si fuerit ipa imoderata spissatio morbus fit in corpo
re frigidus: hocqꝫ ex nālis fuga caloris accidit ⁊ eius imer-
sione corpis profūdo vnde coagulatur: ꝓhibitioneqꝫ aeris
ingressus naturalem recreātis calorem poroꝛuꝫ arctatione.
Si sit aūt spissatio modica corpus calefit: eo q̄ nālis prohi-
beatur dissolutio caloris: eiusqꝫ in interioribus corporis fa-
ciat iflāmationem. Humoris aūt quātitas que in corpore est
qm̄ si sit hic plurimus valde ⁊ corpus densetur immoderate
refrigeratur corpꝰ ꝓpter qꝺ a dissolutione humor arctetur:
naturalisqꝫ imergitur calor ⁊ extinguitur. Si sit aūt paruus
hūor ⁊ bonus ⁊ spissatio non imoderata naturalis robora-
tur calor ⁊ frigus stat. At vero si fuerit acutus ⁊ malus vniꝰ
fit diei febris. Cā autem eorū q̄ dissoluūtur a corpore quoni
am in quorūdam corporibus hūores sunt boni: ⁊ si vapores
a dissolutiōe prohibeātur calor ꝯfortatur nālis ⁊ stabilitur.
in quibusdā aūt mali ⁊ aut hūor est cholericus a quo disso-
lutus vapor male est qualitatis: prohibitusqꝫ dissolui febreꝫ
adducit. aut certe phlegmaticus crossus viscosusqꝫ: quiqꝫ ab
eo dissoluūtur crossi frigidi ⁊ humidi. vapores prohibitiqꝫ
a dissolutione pariūt frigus ⁊ humiditatē: submergiturqꝫ ⁊
infunditur illis calor naturalis. Qua ex re phlegmatici ge
nerātur morbi. Est ⁊ aliorū dn̄ans humoruꝫ cholera nigra
⁊ eius qui dissoluūtur sicci ⁊ frigidi vapores qui dum dissol
ui prohibētur frigiditatē in corpore faciūt ⁊ siccitatē cholere
qꝫ nigre morbos.

De morborum humidorū causis. Humido
rum autē morborum cause
quinqꝫ sunt. Prima hūidi alicuius occursus est per tactum:
vt balnei ⁊ aque suauis ac aeris hūidi. Secūda eorū que co-
meduntur ⁊ bibūtur supabundantia. Tertia ciborum ⁊ me-
dicaminū que corpus humectāt porrectio: vt lactucarum cu
curbitarum sermaci ⁊ nimis mixti vini. Quarta nimiꝰ otij
⁊ quietis vsus q ꝑꝑ supfluitates in corpore cōgregant' spisse
que ⁊ ipm humectant. Quinta prohibitio eorū que a corpo-
re dissoluuntur: eorūqꝫ conclusio quādo quod dissoluebatur
humidum erat.

De siccorum causis morborum. Porro siccoꝝ
morborū cause ipe quoqꝫ quiqꝫ
sunt cōtrarie hūidoꝝ causis morboꝝ. Prima est qum corpꝰ
aliquibus opponitur actualiter desiccantibus rebus: vt am-
bulāti per venenosa fit loca: arenosa quoqꝫ rimari loca ter-
razqꝫ sꝫ ⁊ in maris aqua ⁊ aluminosa ac sulfurea balneari.
Secūda paucitas eorum qui pporrigūtur ciborum intātum
vt humiditas deficiat corporis. Tertia sicca potētialiter sepi
us accipe: vt lēticulā acetum ⁊ sal. Quarta laboris imodera
ta copia cū qua humiditas dissoluitur corporis. Quinta ve
ro supabūdantia dissolutoꝝ a corpore hūiditatisqꝫ cōsuma
tio motus copia. He consimiliū partibus morboruꝫ sunt
cause qui mala dicūtur cōplexio si simplices sint ⁊ sine mate
ria. Si aūt compositi sint ⁊ eorū composite producentur cau
se ⁊ iuxta cōpositorum numerum morboꝝ: numerꝰ etiā erit
causarum ⁊ iuxta cārum spēs: morboꝝ spēs ꝓferentur. Si

ſint ⁊cim cauſe plures ⁊ carũ in corpore actio vna ꝓducitur morboꝝ ſpẽs vna male cõplexionis ſꝫ fortis. tanq̃ ſi alicui potentialiter calidũ porrigatur medicamen plurimoqꝫ exerceatur motu. ⁊ calidiſſima balnеetur aqua: vna ꝓuenit morbi ſpecies partibus conſimilis morbus ſcilicet male complexionis calide. Qꝫ ſi plures ſint cauſe ⁊ carum circa corpus oppoſite inuicem actiones vt alijs calefacientibus alie refrigerent: his humectantibus ille deſiccent: aut vna certe caruꝫ alijs dominabitur. Aut due ſue multitudine quantitatis ⁊ grauitate virtutis: fit in corpore mala complexio que dominantium eſt. Aut certe ſingule ſuas operantur actiones proprias ⁊ mala ab eis oritur diuerſaqꝫ complexio. Male autẽ cõplexionis cãe que cũ materia ẽ ad mẽbrũ aliquod influenti ſex ſunt. Prima ẽ depellentis vis mẽbri quod a ſeipſo ſuperfluitates que in eo ex cibis generant̃ expellit: ſiue que ad ipſũ ab alio propulſantur. Que ãt huiuſmodi faciunt mẽbra ſunt principalia: ſua hec facientia virtute vt cerebrũ. cor. epar arterie ⁊ vene. Secũda ẽ mẽbri debilitas que ad ipſũ alteriꝰ pelluntur mẽbri virtute ſuſcipientis. nec ad ſe miſſa aut ſuſcepta põt expellere. debilitas aũt mẽbrorũ aut ex natura ẽ virtutis: hec enim oĩbus debilior eſt mẽbris: quo q̃ ad ipſam mẽbra depellent ĩteriora ſuſcipiat ⁊ vt glãdulosa caro que ĩ alis eſt ⁊ inguinibus auriũqꝫ radicibus. He etenim oẽs natura debiles create ſunt quatenus que ad eas mẽbra depellũt principalia ſuſciperent: aut certe extranaturalis ẽ debilitas: quẽadmodũ in quibus incõmoda queuis ſũt mẽbra: aut ex ipſius creatiõis ⁊ formatiõis in matrice tp̃e: aut deinceps cõtracta. Quodcũqꝫ ita mẽbrũ infirmari plurimũ videris: aut ad ipſũ materias defluere debile eẽ iudicabis ⁊ tanq̃ coadunationis locũ. Tertia eſt materiei copia in corpore abundantis. Materia aũt in corpore multiplicat̃ ⁊ abundat ſi in ſue hõ peccauerit ſanitatis cuſtodia: quẽadmodũ qui malos plurimũ ſumit cibos ⁊ exercitiũ ĩminuit ac balneũ: vnde ⁊ in eius generatur malus corpore ſanguis multarũ ſuꝑfluitatuꝫ cui purgantia vt purgetur ſatis nõ ſunt intr̃a. ſplen. ſ. q cholerã ad ſe trahit nigrã. ⁊ fel cholerã attrahẽs rubeã. cutis qꝫ que ſuperfluitates ad ſe trahit vaporoſas. Qua ex cã multe in corpore adunãtur ſuperfluitates: ⁊ fiunt materie a mẽbris quibuſdã ad alia defluentes. Quarta autem eſt virtutis debilitas paſcentis quꝫ qui ad mẽbrũ ꝓuenit cibus ĩmutare nõ preualet ⁊ ĩ mẽbris transferre naturã. Quinta vero ẽ meatuum largitas per quos decurrũt ſuperfluitates quas mẽbrum forte ad debile depellit. Sexta ẽ ſi ſit qđ materiã mẽbrũ ſuſcipit in corpore inferius vt ſit. ſ. materiarũ ad illud fluxus facilior. He ſunt cõſimiliũ partibus morborũ cãe. ſiquidẽ cũ materia ſit.

Capitulũ. vj. de morborũ organicorũ cãis.

ORganicorum morborum cãe quatuor ſũt. Prima eſt morbi cauſa qui in figura ẽ mẽbri. Secũda eius qui in quãtitate. Tertia morbi qui in numero fit. Quarta ãt morbi ẽ cauſa quo in poſitiõe peccat̃. Et morborũ qui in forma ſũt cauſe quinqꝫ ſpẽbus diuiduntur. Pria ẽ morbi qui in figura ẽ. Secunda qui in cõcauitate. Tertia eius qui meatibus fit. Quarta morbi cã q in aſperitate ẽ. Quinta morbi qui ĩ lenitate peccat. Et morbi qui in figura mẽbri ẽ cãe ſunt: quoniã morbꝰ is figuralis: aut fit in matrice generationis fetus tẽpore: aut partus ipſius articulo: aut dũ nutritur: aut paſſiõe aliqua q̃ his accidit aut deinceps tẽporibus. Et in matrice quidem ex multitudĩe fit materiei quꝫ ſperma multũ ẽ magnaqꝫ fecit ex eo mẽbra ⁊ minime equalia: aut ex paucitate certe materie qũ ex ſpermatis parua quãtitate nõ põt natura ex eo mẽbrũ formare perfectũ quẽadmodũ neceſſariũ ẽ: aut paucitate oportunitatis qualitatũ ſpermatis: q̃ eiuſmodi neceſſarie ſunt mẽbro: qm̃ ſi ſit croſſũ formãtẽ nõ admittit virtutẽ nec cũ ea diſtenditur: ſi ſit ãt tenue ⁊ fluxũ nõ ſtat illi. Partus autẽ tẽpore incõmodũ accidit ⁊ egritudo ſi qui naſcitur aliterq̃ oporteat egreditur: aut ſuper dorſuꝫ aut ſuper genua. Qua ex re mẽbri corrũpitur figura incuruaturqꝫ ſua humiditate. Nutriẽdi vero tp̃e ſi nutrix illũ ꝓut oꝫ faſcijs ſtringere tollere ⁊ ponere neſciat: vnde ⁊ mẽbri corrũpitur figura aut ſi ampliꝰ q̃ expedit lactis ſugat: qua ex re ſuperfluitas multiplicatur humida in eius corpore: ideoqꝫ quorũdã corrũpitur figura mẽbrorũ. Ea aũt que horũ aliquo accidit aut deinceps tẽpore q̃ mẽbri corrũpitur figura octo fit modis. Prima eſt ſi nutrix anteq̃ oporteat puerũ ad ambulãdũ cogat: ideoqꝫ crura eius incuruãtur ⁊ pedes torquentur. Secũda eſt fractura quẽadmodũ ſi frangatur cõcatenatio que ẽ circum foueã diſgregationis anche. nec cõtinet aut ſtringit os quod interius in ea ẽ. Tertia medicus ẽ: ſi confractũ os reducere ad locum neſciat. Quarta infirmꝰ ſi mẽbrũ cõmoueat aſtrictũ ⁊ ſolidatũ anteq̃ roboretur: que ex re mẽbri corrũpitur figura. Quinta eſt ꝑꝑ morbũ quẽadmodũ percuſſio que in naſuꝫ fit: fitqꝫ abinde hõ ſimꝰ. Sexta ab ipſa eſt materie ſuperfluitate male quẽadmodũ elephãticis accidit figure mẽbrorũ eoꝝ corruptio ſiccitatis materiei cã. Septĩa vero ex materiei ẽ imminutione quemadmodũ ꝓthiſicis accidere videmus ex cõſũptione carnis eorũ que oſſa circũdat humiditatũqꝫ q̃bus adinuicem mẽbra cõtinuabant̃. Octaua ex paſſiõe ẽ que neruis accidit: lacertiſqꝫ vt inciſione nerui cũ qua mẽbrũ ſimul eneruatur aut ſpaſmus inclinãs in latus aliquod mẽbrũ aut ſuꝑiora cõcutit: aut eneruatio que mẽbrũ in partẽ inclinat alteraꝫ ⁊ cõtrahit: aut macula vlceris vel apoſtematis cũ qua membri corrũpitur figura ⁊ forma. Et ſpaſmus quidẽ ac eneruatio mẽbri corrũpũt figurã ipũmqꝫ inclinant ⁊ in latus detrahunt. Et ſi ſpaſmus egritudo hec a latere ẽ latus cõtrahitur ſanũ in infirmi partẽ quẽadmodũ paraleſis que ex ſpaſmo fit: q̃ ſi icõmodũ hoc eneruatio ẽ latus cõtrahitur infirmum in ſani partes vt paraliſis que ex eneruatione prouenit. He ſunt morborũ cãe qui in mẽbri fiunt figura. Morborum porro cãe qui in meatibus habẽt fieri ⁊ traductibus: quoniã meatus vt dictũ ẽ aut arctantur aut dilatãtur: meatuũ arctatio fit ſi cõprimãtur aut reſtringantur aut ſi cõſolidãtur: aut ſi oppilatio illis acciderit. Et cõpreſſio eorũ aut retinẽtis fit virtutis fortitudine aut expellentis debilitate: aut quoniam meatus os nimium colligitur ⁊ cõuiſcatur: aut arctatione ſi ipſos meatus arctet ⁊ ſpiſſet: aut ſiccitate illos deſiccãte ⁊ coadunãte: aut cõplõnis certe cã que mẽbro accidit quẽadmodũ cõtingit ſi in aliquod ceciderit mẽbrorũ ſoliduꝫ aliquid ⁊ durũ icõmodũ nãqꝫ in mẽbri cadet figurã ⁊ intrabit figurã incuruatoqꝫ mẽbro meatus qui ĩ eo ſunt ea cõprimũtur de cã aut certe apoſtema fit in eo cõprimiturqꝫ ⁊ arctatur meatus apoſtematis cõpreſſione. Conſolidatio porro accidit ſi quãdo in meatu vlcus fiat: dehĩc cicatriçetur cõcauitaſqꝫ meatus cõſolidetur. Oppilatio aũt fit aut aliqua que cõcauitati meatus incidit re vt chimus ẽ croſſus ⁊ viſcoſus: aut ſaxum lapiſqꝫ: aut ſanguis coagulatus vel ſanies: aut aliqua alia re que meatui inaſcitur vt caro ẽ aut verruca. Meatuũ aũt dilatio eſt: aut quoniã expellens ĩmoderato mouetur virtꝰ motu: aut quoniã retinẽs debilis ẽ virtus: aut ꝓpter caloris ⁊ humiditatis dominationẽ eneruãtẽ ⁊ dilatãtẽ meatus: aut medicamis cã aperiẽtis qđ ſuper locuꝫ ponitur. Morbi vero cãe qui in aſperitate ẽ due ſunt: altera ẽ ab interioribus vt humor acutus quẽadmodũ qui a cerebro ad meri deſcendit ⁊ guture pulmoniſqꝫ canales q̃ aſperat oĩa. altera ab exterioribus ⁊ ẽ aut ex cibo pũgitiuo acuto aut puluere ⁊ fumo quẽadmodũ gutturi accidit ⁊ pulmonis canali ac meri aſꝑitas.

Qui ãt morbus in lenitate accidit mẽbro aut interiori erit cã vt humiditate vnctuoſa aut viſcoſa que a cerebro aut aliũde ad matricẽ deſcẽdit: aut exteriori: aut alicuiꝰ rei humectãtis porrectio vt ſorbitio pinguedo butyrũ. He ſũt morborum qui in forma fiunt cãe. Morborũ q in quãtitate accidũt mẽbrorũ cãe. alie ſũt magnitudinis eiꝰ: alie paruitatis. Magnitudo ãt ex multitudĩe ẽ materie: aut abũdãtia virtutis informãtis: aut ex vtriuſqꝫ cõuentu. Et hoc aut erit naturale ſi ſperma multũ fuerit ⁊ virtus informans fortis. aut nõ naturale quẽadmodũ mẽbro accidit intumeſcere. Paruitas auteꝫ aut ex paucitate ẽ materie bone aut virtutis debilitate informantis: aut inciſione aut putredine quaſdã adurẽte membri partes aut frigoris grauitate vt niuis qđ quedã cadere facit a corpore mẽbra. De cãis morborũ qui in mẽbrorũ inueniũtur numero. Morborũ porro cauſe qui in numero ſũt mẽbrorũ: aut ſunt iminutiõis aut augmẽti: ⁊ augmẽti quideꝫ mẽbrorũ cã duplex eſt: altera vt ſit augmẽtũ ipſum ex naturalibus cãis. Hocqꝫ abundãtia fit ſpermatis: aut quoniã ĩformans minime fortis virtus fuit ſed nec debilis. Si enim fortis eẽt copia illa nõ infirmaret materie ab ordiatiõis cõſuetudine ſua in actione: ſi debilis mẽbrũ nõ cõſtitueret abũdãs altera vero eſt ex nõ naturalibus cãis ex materie. ſ. nõ bone abũdãtia ⁊ ex virtute nõ debili nec forti. ſi nãqꝫ debilis foret ſuperflua nõ pelleret exterius: q̃ ſi fortis plene a ſe ſuperflua emitteret ⁊ a corꝑe propulſaret: vt nihil ex eis in corꝑe crearetur vt verruce glandes ⁊ vngule. Imminutionis aũt mẽbrorũ cã ⁊ ipſa duplex ẽ. altera eſt interior vt ſpermatis paucitas virtutis informãtis debilitas. altera exterior vt ferri inciſio. ignis aduſtio. putredo. nimiũ frigus. De morboruꝫ qui accidunt in mẽbrorũ poſitione cãis. Morborũ qui ĩ poſitione inueniũtur mẽbrorũ cãe biſuriã diuidũtur: aut enĩ eſt

mēbri a suo loco discessionis cā: aut cōparticipationis mem
bri cā cū eo cui cōparticipat. Et suo quidē cedit mēbrū lo
co duabꝰ de cāis. altera motꝰ ē imoderatus quēadmodū i sal
tu nimio imoderato ꝯtigit: meatus q a siphace ad testiculos
mittūt rūpi descēdūtqꝫ itestina ⁊ thirbus vocaturqꝫ huius
modi morbus hernia intestinorum si intestina descenderint
aut thirbi hernia si thirbus demissus est. Nōnūꝙ suppla
nū rūpitur vētris egrediturqꝫ per ipsuꝫ aliquod epatis aug
mētum. Aliquotiens siphaos qui super vētrē est egrediūtꝭ qꝫ
intestina ⁊ thirbus. Aut quēadmodū in euulsione cōtigit dis
gregationis anche: qū quod in osse est coxe augmentuꝫ a cō
cauo exit vertebri anche: eo ꝙ acumina fracta sint fouee: ip
sumqꝫ nimio mouetur ⁊ cōcutitur motu. Altera est egressus
causa a suo mēbri loco humiditas imoderata q̄ mēbrū ener
uat ⁊ suo emittit loco: quēadmoduꝫ thirbo accidit ⁊ intestis
si forte humiditas viscosa in eis qui a siphace sunt ad testes
meatibus cōtingerit suo exire loco ⁊ descendere ad testiculos
fitqꝫ abinde hernia. Et vt in disgregationibus si in eis humi
ditas dominetur viscosa: cōtingit mēbrū suo resilire loco: quē
admodū in eneruatione contingit palisi: qū mēbrū eneruatꝭ
⁊ suo humiditatibus pellitur loco. Causa corruptiōis cō
participantis mēbri eius cui cōparticipat duplex est: altera
est congregationis causa mēbri cū eo cui cōparticipat quꝫ sit
eorum natura disiuncta esse. Altera vero si ea quorum coniū
cta esse natura est fuerint abinuicem disiuncta. Et cōgrega
tio aut ab ipsa formatione vt digitorū qui simlꝭ iungūtur pal
pebrarūqꝫ cōsolidatarū: aut vlcere quod in vtroqꝫ factū est
mēbro consolidataqꝫ sunt ⁊ cicatrice obducta: quēadmodū
digitis si vulnerentꝭ accidit vlcere interiectio vtrisqꝫ: aut ipsi
vlceris macula: aut spasmo. He sunt morborū qui instrumē
talibus fiunt mēbris cause.

Capitulū. vij. de morboruꝫ causis continuationes sepa
rantium.

[S]Eperantium continuationes morbo
rum due sunt causarum
partes. Altera est carū que ab exterioribus fiunt: al
tera vero ab interioribus. Et que ab exterioribus: aut ali
quod est incidēs vt ensis: aut qꝺ disrūpit ⁊ disecat vt fortis
motus: aut quod incēdit vt ignis ⁊ adurens medicamē: aut
quod cōterat ⁊ illidat vt lapis: aut quod distendat vt funis.
Et que ab iterioribus cause sunt exterioribus assimilan
tur: aut ē eni chimꝰ crossus illidēs quēadmodū ⁊ lapis: aut
ventositas crossa distendens vt funis: aut humor calidus
putridus incēdens quēadmodum ignis ab exteriorıbꝰ. Hec
est vniuersalis disputatio oium morborum causarū: quibus
disputationē subdemus accidentium.

Capitulum. viij. disputatio accidentiū morbos sequētiū.

[G]Enera duo rerū extra nālium q̄ sint exposuimꝰ
morbos. s. ⁊ coꝝ cās. Jā nūc dicēdū lo
co hꝰ ꝺ accidētibꝰ morbos seq̄ntibꝰ ⁊ coꝝ cāis vr̄. Di
co ḡ qm̄ in nostre disputatiōis pricipijs de rebꝰ extranālibꝰ
dictū est morbū esse quod actualiter: ⁊ per seipsuꝫ actionibꝰ
nociuū efficit sine mediante. Accidēs aūt actionis ipsius: no
cumētum ē morbū sequēs. Quodqū ita sit ⁊ morbos acciden
tibus causas esse constat: ⁊ accidētia signa esse quibꝰ morbi
significantur: quēadmodū accidit qū stomacho mala fiat cō
plexio vt illam mala sequatur digestio. Mala aūt cōplexio
stomaci male est causa digestionis. Mala itaqꝫ digestio ex
eo ꝙ malā sequitur cōplexionē stomaci accidens est: ex eo au
tem ꝙ per ipsaꝫ mala significatur stomaci cōplexio signum.
Nec est aliqua differētia inter accidentia ⁊ signa: nisi in coꝝ
vsu quo vtimur illis. Si etenim proposuerimus per morbos
accidētia ipsos sequētia cognoscere: morbos ipsos causas di
cimus accidētium. Si aūt proponamus accidētia morbos ri
mari: ipsa facientes: accidētia hec signa vocamus ⁊ morboꝝ
significationes. Quequū ita sint cōueniētius ⁊ oportunius est
nos hac libri nostr ipartē accidentiū diuersitates exponere ⁊
morbos ea facientes: vocamusqꝫ partē hanc accidentiuꝫ cau
sas. Post hoc aūt dicemus quos morbos singula ⁊ que sequā
tur accidentia queqꝫ illos significāt: vocamusqꝫ parteꝫ hanc
signorū sciētiā quoq nostrū hunc intuebitꝭ librū optime mor
bos discernat ⁊ agnoscat: accidētiaqꝫ illos significātia: vt eiꝰ
diligens sit inea speculatio. Incipiemusqꝫ primū de acciden
tibus ⁊ eorū causis.

Capitulum. ix. de accidentium generibus ⁊ eorum assi
gnatione.

[D]Ico igitur accidētium tria genera eē cō
munia: vnū est genus quod i
nocumēto apparet actionū. Scōm quod in habitu
dinibus videtur corporum. Tertium autem quod in habitu
dine eorū que de corpore execūt ⁊ egerūtur maifestatur. Duo
rum aūt extremorū generū causa est genus primū: actionuꝫ
scilꝭ nocumētum. Actionis aūt nocumētuꝫ ex morbo fit qū ac
cidentis sit causa. Habitudines nāqꝫ ⁊ corporum ⁊ superflui
tatū que a corporibus emittūtur habitudines sequūtur actio
num. Accionū habitudines incōmodorū sequūtur qualita
tes que ipsas faciunt. Si accidat ergo mēbro icōmoduꝫ eius
nocet actioni. Et qum actioni accidat nocumentum ei quod
ab ea efficitur obest: eritqꝫ nocumentum quod effecto contin
git iuxta ꝗtitatē incōmodi quod actioni accidit. Exempli
causa si que est in felle virtus attrahēs: ab attrahēdi cholerā
rubeā actione deficiat ⁊ debilitetur ⁊ a sanguis purgatione
ab ea cholera in sanguine remanebit ⁊ per totū diffundetur
cū eo corpus. Qua ex re corporis coloris contingit imutatio
in croceū rubiginē. s. ⁊ ictericiaꝫ: imutatur quoqꝫ vrinarum
color ⁊ ad croceū inclinatꝭ qum ipa sunt sanguis aqua ⁊ co
lamentū vrina: imutatꝭ quoqꝫ egestiōis color in albū ꝑꝑ pau
citateꝫ que defluūt ad intestina cholerarum a felle. Jnmu
tationis itaqꝫ habitudis corporis in croceū: colorisqꝫ eoruꝫ
que ꝑ egestionem ab ipo egrediūtur ⁊ vrinam: nocumentuꝫ
est causa qꝺ virtutē sequitur que in felle sedē hꝫ attrahentem
Et nos de accidentibus que in ipsis sunt actionibus incipie
mus. Dico qm̄ mēbroꝝ cuiqꝫ cū aliqꝺ acciderit incōmoduꝫ
eius nocet actiones. Jncōmodū aūt aut accidit mēbrorum
ex complōnis nālis corruptione qum ab ea aut in calorem
aut in frigiditatem: aut in siccū vel certe humidum discesse
rit: aut ex malitia eius figure si illi apostema fiat aut euellatꝭ
aut iminuatur in numero. aliaqꝫ huiusmodi incōmoda ac
cidant organica: aut certe ex cōtinuationū separatione quꝫ
superuenit incisio illi aut cōtritio aut illisio ⁊ alia huiusm ōi.
Actiōes aūt quēadmodum alio dictū est loco tres sunt.
aiales. s. actiōes vitales ⁊ nāles. Cuiqꝫ aūt harū actionum
tribus accidit modis nocumentum. Aut eim oio cessare fa
cit vt cecitas ⁊ surditas hocqꝫ fit qum membro imoderatuꝫ
⁊ vehemēs accidit icommodū: aut certe iminuit actioneꝫ vt
caligo in visu ⁊ auditus malus. hocqꝫ erit si non sit imodera
tum incōmodum aut certe iminuit: ⁊ ab habitudine imutat:
quēadmodū qui in suorum cōspectu oculoꝝ culices imagia
tur se videre ⁊ muscas. Aut simile qd capillis ⁊ filis ⁊ quem
admodū cuius imutatur auditus. Hocqꝫ fit quꝫ in commo
dum paruum est ⁊ debile.

Capꝰ. xꝰ. de accidentium que in actiones ingrediuntur
animales causis.

[E]T animales quidem virtutes tres sunt
actio. s. regēs que guberna
trix vocatur ⁊ actio sentiens atqꝫ actio voluntario
mouēs. Et regēs quidē actio est ⁊ phantasie actio ⁊ cogita
tionis memorie actiōes: dicūturqꝫ oēs he simul mens. No
cumentum aūt menti tribus accidit modis. Aut eim omnio
deficit ⁊ est eius rei causa aut mala cōplexio frigida que cor
pori ⁊ substātie dn̄atur cerebri: ⁊ siquidē eius fiat aduentus
paululuꝫ ⁊ pedetēriꝫ obstupefactio fit ⁊ in somno submersio.
Aut certe mala erit cōplexio frigida cū materia hūore scilꝫ
phlegmatico qui vētriclōs replet cerebri ⁊ oēs oppilat semel
subitoqꝫ: fitqꝫ abinde apoplesia: aut quosdā cerebri replet vē
triculos semel. ⁊ alios nō: nec oppilat illos oino: fitqꝫ epilep
sia. Aut iminuitꝭ mens ⁊ est eius rei cā mala cōplexio fri
gida ⁊ debilis cerebro dn̄ans: fitqꝫ rōnis turbatio ⁊ mētis:
aut sōnꝰ imoderatꝰ. Aut vero ex mala ē ꝯplōne calida: fitqꝫ
abinde desipiētia aut ex mala cōplexione humida: ⁊ facit ob
stupefactionem: aut ex mala cōplexione sicca ⁊ molestant vi
gilie. Aut vero fit hoc ex mala cū materia ꝯplexione: ⁊ si qui
dem materia phlegmatica est apostēa facit in duobus prore
cerebri ventricul: fitqꝫ ab inde passio que litargirus vocatꝭ
obliuio. s. ⁊ si materia calida est cholerica ⁊ dominatur cere
bro: aut eius operimentis apostema facit morbus qui phrene
sis dicitur generatur qum ⁊ febris seqtur ⁊ mētis alienatio.
Si non sit autem cū ea apostema insania fit ⁊ sequitur illaꝫ
sine febre mētis alienatio. Si sit aūt hec ex phlegmate ⁊ cho
lera rubea cōposita materia cumā generat que est obstupefa
ctio cum vigilijs. Si aūt materia si hec cholera nigra ⁊ sine
apostemate: passio fit que melīa vocatur desipiētia. s. nigra.
Quod si materia nigra vētriculo puppis cerebro dominata
fuerit passio oritur ꝗ cōgelationē mētis dicimus. Aut ve
ro mēs ipsa aliter ꝗ expedit erit ⁊ hoc fiet: aut ex mala com
plexione calida: aut vapore calido ad cerebꝝ ascēdenti: fitqꝫ
mentis alienatio que in febribus est: aut ex mala cōplexione
frigida ⁊ sicca sed debili: fitqꝫ ab ide timor quidā ⁊ formido:

aut ex vapore frigido ⁊ sicco. ⁊ fit ex eis melĩa q̃ hypocũdriaca vocatur. Aut certe ex humore cholerico ⁊ phlegmatico: q in venis que circa cerebrũ ferũtur multiplicatur: generatqꝫ vertigo ⁊ stupor. Hec sunt accidẽtia que totalitati accidunt mẽtis ⁊ cãe carꝫ. Et quoniã mẽ sẽ phantasia cogitatio ⁊ memoria: ⁊ est horũ cuiqꝫ habitatio sedesqꝫ in proprio vẽtriculo cerebri: quãdo vẽtriculorꝫ horꝫ alicui sine alijs incõmodũ acciderit eius nocumẽtum accidit actioni: dueqꝫ alie liberantur partium aliarũ actiones. Et si quidem incõmodũ prore acciderit cerebri phantasie nocet ⁊ aut oĩo deficit phantasia hominis intantum vt ea que presentia non sunt videatur sibi videre: quemadmoduꝫ galienus refert accidisse medico cuidam qui imaginabatur secũ in domo tibicines quosdam eẽ ⁊ sanitatis cogitationis cã precepit illos foras emitti: ⁊ ex memorie que ei erat sanitate qui ad ipsũ ingrediebant agnoscebat: aut iminuitur vt aliter res intueri videatur ꝙ sit earũ forma figuraqꝫ: aut aliter ꝙ expedit ẽ imaginaturqꝫ res sed phãtasia debili. Q: si medio accidit vẽtriculo cerebri incõmodũ aut oĩno cogitationẽ annullat intm̃ vt oĩno nõ discernat inter ea que faciẽda ⁊ que minime faciẽda sunt queadmodũ cuidã contingit viro qui a sũmo domus in inferiora ⁊ vasa ⁊ oẽꝫ domus suppellectilẽ proiecit minime sic nõ oportere cogitãs erratqꝫ in imaginationis ⁊ memorie sanitate: tenẽs memoria quecũqꝫ proiecisset: aut certe iminuitur ⁊ mala fit cogitatio que recte animi dicitur discessus ⁊ a rebus defectus: aut certe aliter ꝙ oporteat eritqꝫ in cogitatione sua ⁊ viso minime bon⁹: diciturqꝫ eiusmõi habitudo mẽtis alienatio. Si aũt puppi acciderit cerebri incõmodum memorie nocet ⁊ aut oĩno cessabit memoria ab hoĩe intm̃ vt oĩa q̃ facit obliuiscatur: ⁊ dicitur memorie priuatio queadmodũ de q busdã antiquorũ refert galien⁹: quoniã quidã qui a pestilentia liberabãtur ⁊ suorũ obliti fuerint noĩuꝫ seqꝫ ipsos ⁊ amicos refutabãt: aut iminuitur nec remiscitur nisi que proxima sunt ⁊ dicitur obliuio: aut est ipsus memorie alia ꝙ oporteret hitudo: ⁊ memorie malũ vocatur. Horũ aũt accidentiũ singulorũ que triũ sũt mẽtis actionũ: fit euẽtus ab eisdẽ cãis a quibus ⁊ totius mentis accidentia proueniũt mala. s. cõplexione singulari aut cũ materia. Significatur aũt nobis huius rei veritas quoniã opiũ ⁊ mandragora hec operantur accidentia nimia sue cõplexionis frigiditate. Et quoniã de accidentibus que actioĩbus cõtingũt regentibus ⁊ eorũ cãis diximus iaꝫ nunc: oportet de accidentibus que in actiones ingrediuntur sentiẽtes aggredi.

Capitulũ. xj. de accidẽtiũ que in actiões ingrediũtur sentientes diuersitatibus ⁊ primũ de visu.

q Uam de actionibus nobis cẽt disputatio sentiẽtes diuisimus in quinqꝫ in visus s. sensũ. auditus. gustus. odoratus ⁊ tactus. Nos igitur h primũ de accidentibus que sensu fiunt visus cõsiderabimus quꝫ sensuũ quinqꝫ sit primus ⁊ subtilior. Dico qm̃ visus sensus tribus nocumẽtũ modis patitur: aut eni oĩo deficit ⁊ dicitur cecitas: aut iminuitur ⁊ vocatur obscuratio vl' opertura: aut aliter ꝙ rectũ fit: ⁊ videtur hoĩ sibi quedã videre que minime sunt. Nocumẽta aũt hec que visui accidũt tribus cõtingunt modis: aut ex primo visus organo qd̃ cristalleis ẽ humor: siquidẽ illi incõmodũ acciderit: aut qm̃ videns ad oculũ vsqꝫ nõ deducitur spũs: aut quoniã mẽbrorũ aliqd̃ que vtilitati cristalleidos parata sunt: incõmodum quoduis patiatur. Incõmodũ accidit illi aut ex cõsimili partib⁹ morbo si refrigeretur aut calefiat: aut humectetur aut desiccetur: aut ex organico morbo vt si suo. s. moueatur loco: aut ãte aut retro: aut dextrorsũ vel sinistrorsũ: aut ad iferiora aut ad superiora. Et si ad anteriora moueat᷑: oculus ea fit de cã glaucus: si ad posteriora niger: ⁊ hec duo visui nõ obsunt. Si aũt ad superiora moueat᷑ aut ad inferiora cõtingit ea de cã hoĩeꝫ vnũ quidẽ intueri tanꝗ̃ duo aliqua: eo ꝙ lumen ab vno dirigatur oculorũ a superioribus: ⁊ ab altero ab inferiorib⁹: ītueturqꝫ hõ oculo cuius ab inferioribus lumẽ dirigitur rẽ quasi demissã alteroqꝫ cuius lumẽ a superioribus procedit altiorẽ. diciturqꝫ huiusmodi accidẽs strabositas. Quãdo ãt dextrorsũ aut sinistrorsũ oculus mouetur fit hoĩeꝫ vnũ quidẽ nõ quasi duo intueri: qm̃ lumẽ ex singulis ꝓcedit oculis per vnã lineã: ideoqꝫ ⁊ hoc incõmodũ visui nõ nocet. Nocumẽtũ auteꝫ quod visui obest eo ꝙ vidẽs sp̃s minime rectus ferat᷑ fit aut qm̃ qui vidẽtẽ mittunt spũꝫ ventriculi cerebri prore aliqd̃ patiuntur incõmodũ: aut quoniã hoc ipsum incõmodũ neruo factũ est concauo: aut qm̃ spũs ipse sua egressus est natura. Incõmodũ quidẽ qd̃ ventriculis prore cerebri accidit aut ex mala fit cõplexiõe calida: aut frigida aut humida: aut sicca: aut ex morbo organico aut apostemate: aut ex cõtinuationũ separatione. Et incõmodũ qd̃ concauo accidit neruo oppilatio ẽ. Oppilatio aũt illi accidit aut ex humore crosso ⁊ viscoso aut ꝯpssiõe. Et egressus spũs a sua ẽ natura aut in qualitate sua: aut in quãtitate aut in vtrisqꝫ simul. In qualitate q dẽ aut si densetur fitqꝫ abinde visus paucitas: aut si subtilief qua ex re visus melior fit. In quãtitate vero aut si augmẽta fuerit vnde ⁊ melior est visus: aut iminuta fitqꝫ visus debilitatio. Et si qualitas cum quãtitate componetur: quatuor huiusmodi fient compositiões. Si fuerit spiritus multus ⁊ subtilis quanlibet rem ⁊ de prope ⁊ de longe optime intuetur homo. Multi eteni est spũs extendi in remotiora loca. subtil' ãt spiritus est quodlibet optima deprehendere cõprehensione. Si sit aũt spirit⁹ multus ⁊ crossus: quod remotũ ẽ homo spiritus multitudine videt: nõ tamẽ bene eo quod cross⁹ sit. Et si spiritus est paucus ac subtil' quod proximũ ẽ optime videt sua subtiliate: nõ aũt lõginqua intuetur eius paucitate: pauc⁹ etenim ad locuꝫ vsqꝫ lõginquũ nõ extenditur. Quod si ⁊ crossus ẽ ⁊ paucus spiritus: remotũ quod ẽ nõ videt sua paucitate sed nec proximũ bene sua crossitie. Que vero accidunt visui accidẽtia causa incõmodi quod alicui accidit mẽbroruꝫ que in auxilijs sunt cristalleidos humoris: aut fiunt incõmodi causa quod foramini accidit pupille: aut engaidos humori: aut tunice cornee: aut palpebris. Foramini quidẽ incõmodũ accidit. iiij. modis. Primus ẽ qũ dilatatur. Secũdus qũ arctatur. Tertius qũ mouetur. Quart⁹ quꝫ scinditur. Et dilatatio aut natural' est: aut extranaturalis: ⁊ vtraqꝫ mala est: oculi nãqꝫ lumẽ spargit᷑ ⁊ nõ ꝯgregatur. Hoc aũt duab⁹ fit de causis: aut tunice siccitate cõgregãtur que in circuitu foraminis sunt partes ⁊ cõprimũtur ⁊ a centro remouentur: ⁊ huius passionis difficilis est sanatio: aut apostemate quod in ea fit: ⁊ ipsam distẽdit. Secũda est causa propter humoris engaidos copiã que illam replet: ideoqꝫ foramen distendit᷑.

Arctatio aũt aut naturalis est: aut extranaturalis. Si naturalis ẽ ⁊ laudabilis: cõgregat ⁊ enim sp̃m vidẽtem nec sinit spargi. Et si extranatural' mala eiusqꝫ cause causis opposite sunt dilatationis. Hoc est aut quoniaꝫ cornea tunica eneruata est: aut humiditate superflua: aut quoniã qui albugini oui similis est humor euacuatus est: nec est huic aliquid quod eam impleat tunicã ⁊ roboret: eneruaturqꝫ hac de causa: eiusqꝫ adinuicem superincidũt partes. Euacuatio autem engaidos humoris incõmodũ est visus validũ: sequitur nãqꝫ hoc humoris cristalleidos desiccatio occurritqꝫ exterius lumen sine mediãte inter eos. Foraminis aũt cõmotio aut natural' aut extranãlis. Et ex̃naturalis fit: si tũica scidat᷑ vuea alio ꝙ foramis loco: roboret᷑qꝫ tũica vuea ⁊ scissura ꝯsolidet᷑ incõmodũ h foramis scil' mot⁹ visui maĩfeste nõ obẽ. Foramis aũt scissura si modica ẽ nec ad engaidos transmittit᷑ humorẽ visui nõ nocet nocumẽto manifesto. Si ãt scissura trãsmittitur intm̃ vt decurrat ab eo engaidos humor ⁊ cornee obuiet tunice: duo abinde fiunt nocumenta. Alterũ est qũ vuea cristalleidi obuia est nec ipsi ẽ cristalleidi ꝓtectio: aut ꝙ ipsã alliget. alterũ vero ꝙ spũs vidẽs in foramĩe nõ coadunatur. egreditur etenim totus ⁊ spargitur foraminis a dilatatione.

Incõmoda porro que engaidos sequũtur humoreꝫ aut ĩ eius fiunt qualitate: aut in quãtitate. In quãtitate si multiplicetur impedimentũqꝫ fiat ne adinuicẽ exterius ⁊ interius lumina occurrãt. Aut si diminuatur ⁊ humor ipse cristalleidos luci obuiet exteriori sine mediãte. In qualitate aũt aut in colore aut in liquore. In liquore si spissetur ⁊ crossities eius aut parua ẽ aut ĩmoderata. Si parua oculũ que remota sũt prohibet intueri ⁊ in proximo intuitus ẽ sanus. Si ĩmoderata sit ⁊ in ea tota visum prohibet ⁊ huiusmodi vocatur incõmodũ aqua. Et si in parte aut incontinuatis erit partibus aut abinuicẽ diuisis. Et si in cõtinuis aut erit in medio aut circa medium. Et si in medio fit abinde vt singl'a videat corpora tanꝗ̃ diuisa opinabitur in vno quoqꝫ tẽpore. Si vero circa mediũ oculi multa siml' ꝓhibet videre corpa vno eodẽqꝫ tp̃e intantum vt egeat singula intueri corpora suo spatio ꝑꝑ eius paruitatẽ eorũ visus. Si ãt in partibus fuerit abinuicẽ separatis diuersisqꝫ fit abinde hoĩeꝫ in cõspectu suo tanꝗ̃ muscas videre ⁊ culices capillosqꝫ: acciditqꝫ hoc plurimũ dũ a somno surgitur maximeqꝫ pueris ⁊ febricitantibus. Hui⁹ vero humoris ĩmutatio tribus fit modis. Quidã est vt ad nigruꝫ inclinet fitqꝫ abinde hoĩeꝫ oĩa que intuetur tanꝗ̃ si in fumo aut puluere sint videre. Alius est quꝫ rubor in eo dñatur queadmodũ vt ei accidit cuius in oculo vngula inuenitur: vnde rubet ⁊ opinatur hõ cũcta que videt coloris eẽ rubei. Terti⁹ est quꝫ in eo croceus superabũdat color vnde hoĩ opinari ac

cidit oiaque videt crocea eẽ queadmodũ icteritijs cõtingit.
Pars aũt que foramini ipsi tunice cornee opposita est in
cõmodũ aut a seipso patitur aut ab alio. Et q̃ illi a seipa in
cõmodũ fit aut morbi ꝑtibꝰ erit cõsilis: aut organicꝰ aut con-
tinuationis separatio. Et cõsilis ꝑtibꝰ morbis: aut ex humi
ditate arbitraturqꝫ hõ in fumo eẽ vel nebula q̃ videt oia aut
desiccat̃ fitqꝫ spasmꝰ visusqꝫ abĩde debilitat̃: acciditqꝫ hoc
maxime senibꝰ vite eorũ in vltimis. Spasmatur quoqꝫ tuni
ca cornea iminutione engaidos ⁊ foramis fit arctatio. Ubi
aũt ex siccitate eiꝰ cõtingit arctatio nõ fit foramis. Mor
bus porro qui illi fit organicus crossities est ⁊ dẽsatio: fiũtqꝫ
ab apostemate: accidũt abinde obscuratio ⁊ opimentũ in vi
su iuxta eius q̃titatis magnitudinẽ ⁊ paucitatẽ. Incommo
dum aũt qd̃ a cõtinuationũ sepatione accidit vlcꝰ ẽ. Ulcꝰ ãt
aliquotiẽs transmittitur aliquotiẽs nõ. Et si minie trãsmitti
tur duabus nocet de cãis: altera ẽ eo ꝙ in eo supfluitates cõ
gregantur ⁊ sordes: probibeturqꝫ interius lumẽ exteriori oc
currere. Altera ꝙ cristalleis exteriori propĩquior sit lumini.
Si aũt trãsmittatur visui obest: eo ꝙ engaidos euacuet̃ hu-
mor. Incõmodum aũt qd̃ ꝑti accidit cornee que foramĩ op-
posita ẽ ab alio aut ex cõsolidante ẽ operimẽto aut ex palpe-
bris. Ex cõsolidatione quidẽ si in ea vngula producat̃: ope-
riatqꝫ qd̃ foramini oppositũ ẽ cornee. aut si obtalmia illi ac
ciderit que chimosis dicit̃ qd̃ est apostema ⁊ in albo ⁊ ĩ nigº
oculi opiturqꝫ foramẽ. Palpebre vero cornee nocẽt aut apo
stemate quod in eis ẽ: opiturqꝫ qd̃ foramini oppositũ est.
aut prurigine que ĩcrossat palpebras ⁊ subleuat: operiturqꝫ
foramen aut certe grandine que illi accidit oblongũ. s. apo
stema in exteriori cõtingens palpebre. Hec ẽ accidentiũ assi
gnatio que in visus ingrediuntur sensum.

Capitulũ. 12. de his que in sensum auditus ingrediun-
tur accidentibus.

p Orro que auditus cõtingunt sensui acci
dentia tribus accidũt modis:
aut eĩm oio deficit auditus ⁊ dicit̃ surditas: aut im-
minuit̃ ⁊ grauitas vocat̃ auditus: aut aliter ẽ q̃ expediat ⁊
appellatur auditus malus. Nocumentũ autẽ sensui accidit
auditus aut ꝑꝑ incõmodnm quod virtuti accidit per quam
est auditus: aut instrõ pº ipsius. Et auditus virtuti icommo
dum accidit aut ꝑꝑ mittentẽ qui est cerebrũ: aut propter ner
uum qui virtutẽ portat auditus si illi accidat incommodũ.
Fit aũt incõmodum aut ex cõsimili ꝑtibus morbo vt mala
complexione calida aut frigida humida aut sicca que acci-
dit illis. Aut ex morbo organico vt apostemate ⁊ oppilatio-
ne. Aut ex continuationũ sepatione vt percussiõe ⁊ illisione.
Et icõmodum qd̃ primo accidit organo auditus quod ẽ scꝫ
pars larga ⁊ ampla nerui auditꝰ ipsiꝰ operientis foramẽ qd̃
in osse est: aut in ip̃a accidit substãtia aut incõmodi alterius
causa qd̃ alicui accidit membrorũ ip̃i seruientiũ q̃ ⁊ ip̃iꝰ ad
iuuant actionẽ. In substãtia quidꝫ sua ex mala cõplexione
calida aut frigida humida aut sicca: aut ex organico morbo
vt apostemate aut ex continuationum separatione vt cõtri-
tio ⁊ incisio. Que aũt accidunt illi membris seruientibus vt
foramini exteriori ⁊ neruo per quẽ virtus decurrit auditus
incõmoda sunt ex oppilatiõe. Oppilatio hec ẽ aut apostema
aut verruca: aut caro superabũdans: aut certe sordes aut la-
pis qui foramini incidit auditus.

Capitulũ. xiij. de accidentibus que gustꝰ sensui cõtigũt.

a Ccidentia que gustus fiunt sensui. tribus
oriuntur modis: aut nẽpe totꝰ
ipse cessat gustus ⁊ oio: nec sentit aliquos homo sa-
pores: aut iminnitur vt fiat scil' hoi sensus in sapores debilis
aut aliter eius est iudicium q̃ rei postulet ordo. Sentit itaqꝫ
tunc homo sapores sed nõ degustat: aut saporem sentit ali-
quoꝝ ⁊ degustat aliter q̃ ipsoꝝ sint sapores: quꝫ lingue. s. ali
cuiꝰ dñat̃ q̃litas saporis aut amaritudo ⁊ ẽ ex cholera rubea
aut acerbitas ⁊ est ex phlegmate aut salsugo ex phlegmate
salso. Et si dñans multus ẽ humoꝝ quosdam hoꝝ sentit hõ
sapoꝝ: licet null's eiꝰ iniciatur sapor lingue: ⁊ si paucus: sapo
rem sentit illũ qui superabũdat ⁊ lingue eius dominatur tñ
aliquos degustat sapores: cibus enĩꝫ eiusmodi cõmouet in ea
dominãtem humorem. Hec aũt nocumẽta gustus accidunt
sensui: aut propter incõmodũ quod virtuti accidit depellenti
aut instrumẽto gustus sensus primo. Et quod depellẽti acci-
dit incõmoduꝫ virtuti: aut propter eã ẽ cerebri partem a qua
dirigitur perquã gustus sensus ẽ neruus: aut ꝑꝑ illã ferenteꝫ
neruũ. Mẽbro vero aut ex incõmodo quod organo accidit
primo gustus: lingue. s. substãtie: aut quod illi seruienti tuni-
ce scilꝫ: ip̃saꝫ operienti.

Capitulum. xiiij. de accidentibus que odoratus sensui
superueniunt.

a Ccidentia vero que odoratus contingunt
sensui aut causa eorum que vir-
tuti accidũt odoratus nocẽtium fiunt: aut que ĩstru-
mẽtis odoratꝰ. Et nocumẽtũ q̃dẽ qd̃ v̄tuti accidit: aut ex ma-
la ẽ ꝯplxõẽ q̃ duobꝰ ꝓre cerebri inẽ vẽtricul': queadmõꝫ ex re-
pletiõe accidũt capitis supfluitates ⁊ hũiditates ⁊ ex sol' ca
lore ⁊ ex aeris frigore. Accidit vero instrõ odoratꝰ pº aut ex
seipso: aut seruientium cã mẽbrorum. Et instrumẽtum pmũ
duo sunt augmẽta que vberibꝰ similia sunt quibꝰ incõmodũ
accidit: aut ex morbo partibꝰ cõsimili qum refrigeratur aut
calefit: aut hũectatur aut desiccatur: aut morbo organico vt
oppillatione que illi accidit. Membra porro que huic deser
uiunt instrõ: duo sunt nasi meatus ⁊ os perforatum ac ope-
rimẽtũ pforatũ. Incõmodũ ãt nasi meatibꝰ aut ꝓpter mor-
bũ orgãicũ: aut ex cõtinuationũ sepatione. Et morbus qui-
dem organicus ẽ apostema: caro supercrescẽs in nasi meati-
bus: vnde oppillatio fit meatuũ: ꝓhibeturqꝫ q. ad odoratuꝫ
peruenit vẽtus. Continuationũ aũt separatio vt illisio cõtri
tio si naso cõtingit meatꝰ etenĩm comprimit̃ ⁊ oppilatur. Et
quod ossi cõtingit perforato ac opimento eiꝰ simili. Aut hu-
mor ẽ crossus illud oppilãs foramen ⁊ ab odoratu prohibẽs
aut hũor putridus ⁊ sentit fetidũ hõ odorem. qum nihil illi ꝓ
ximum fiat putridum.

Capitulũ. 15. de accidentibꝰ que tactus accidũt sensui.

t Actus sensus oibus est cõis mẽbris corpo-
ris: qum membrorũ cuiqꝫ neruꝰ mit-
tatur sensum illi ferens ⁊ volũtariũ motum simul
aut certe neruus per quem sensus illi ministrat̃: ⁊ neruus ꝑ
quem volũtarius eius fiat motus: queadmodũ eo diximus
loco quo de neruis disputatũ est. Accidunt vero tacta sen
sui incõmoda queadmoduꝫ ⁊ alijs sensibus nisi ꝙ in his nõ
vocãtur proprijs singula noĩbus quibus significẽtur queãd
modum ea que auditꝰ sensui cõtingunt vocantur surditas ⁊
auditus grauitas ⁊ que sensus visus incõmoda sunt cecitas
⁊ caligo vel obscuratio. Sꝫ tñ eorum quedã cõibus vocant̃
noĩbus: vt dormitatio ⁊ eneruatio: quꝫ duo hec accidant in
omnibus mẽbris accidentia: fiũtqꝫ in quibusdam sine alijs
quemadmodũ in manibꝰ ⁊ pedibus: diciturqꝫ manuũ ⁊ pe-
dum eneruatio aut dormitatio. Delectatio autẽ ⁊ dolor ipsa
quoqꝫ omnibus accidunt membris: nec propriũ est illis no
men si quibusdam sine alijs accidat membris. Tactus autẽ
sensui fiunt incommoda quemadmodum ⁊ in alijs ⁊ ad eũ-
dem modũ membris. tribus. s. modis aut eĩm oio cũ eo sensꝰ
deficit ⁊ motꝰ maxieqꝫ hoc ĩ pedibꝰ fit ⁊ mãibꝰ: ⁊ vocat̃ ener
uatio. Aut iminuitur ⁊ vocatur sensus paucitas ⁊ debilitas
⁊ mẽbri dormitatio: aut certe aliter est q̃ expetit natura dici
turqꝫ egritudo ⁊ dolor. Et eneruationis cause eedẽ sunt que
dormitationis: nisi quod per eneruationẽ accidit incõmodũ
validũ est ⁊ vehemẽs cũ quo ⁊ sensus deficit ⁊ motus volun
tarius oio. Incõmodũ aũt quod a dormitatione fit modi
cum est ⁊ difficilis cũ eo est sensus ⁊ motus: nõ tamẽ deficien
tes oio. Dormitatio aũt fit aut in toto corpore ⁊ difficiliatur
cũ eo sensus ⁊ motus simul: aut in vno mẽbro ⁊ erit cũ motꝰ
difficultate: aut vacua erit hac difficultate vt dẽtium congela
tio. Congelatio eni in dentibus dormitatio est q̃ ab acerboꝝ
masticatione inducitur. Causa aũt dormitationẽ adducens
prohibitio est trãsitus virtutis a cerebro ꝑ neruũ qui ad mẽ-
brũ peruenit. Aut manifesta causa vt frigus ⁊ nix qũ mẽbro
obuia sunt: cõgregaturqꝫ neruoꝝ partes ⁊ spissantur ꝓhi-
betqꝫ eiusmodi res virtutis transitũ sentientis: queadmodũ
siquis manu piscẽ teneat obdormitatẽ: q dicit̃ herecca. Hunc
naqꝫ homo manu piscẽ tangẽs frigiditatis eius virtute ma-
nus obdormitur ⁊ eius difficiliatur motus: aut cã precedens
⁊ hoc aut ex mala cõplexione vt humores frigidi ⁊ crossi qui
bus nerui pascũtur spissant̃qꝫ ⁊ refrigerantur. Aut oppila-
tio: ⁊ hec in concauis est neruis ex humoribus crossis ⁊ visco
sis qui cõcauitati inuiscãt̃ neruorũ: vt oculorum neruis. Aut
neruis sine cõcauo ⁊ est aut ex apostemate quod substãtiam
incrossat neruoꝝ: aut ex cõpressione que incidit illis: vt liga-
mentorũ ⁊ ossiũ euulsorũ fractorũqꝫ. His itaqꝫ de causis dor
mitatio fit ⁊ eneruatio. Eorũqꝫ aduẽtus aut in toto fit cor
pore si in cerebro fuerit incõmodũ: aut in pluribus mẽbris si
fuerit in nucha: aut in vno mẽbro si neruis tãtũ qui ad illud
dirigũtur cõtigerit. Cerebro quidem si incõmodũ fiat: cor-
pus omne sensu priuatur ⁊ motu: estqꝫ mors patientis cũ in-
cõmodi aduẽtu. At vero nuche si accidat incõmodũ primi
spondilis loco qui patitur viuet tãdiu q̃ta est ⁊ suffocati fu-

ne vita incōmodū ⁊ enim posteriori accidit cerebri ventriculo. Sic quoqꝫ minime viuet cui in loco qui post primū ē spōdilem: ⁊ secundum ac tertium accidit incōmodum: nisi ꝙ horum mors anhelitus causa priuationis fit: nō quod aliquod puppi cerebri incōmoduꝫ acciderit. Nerui namqꝫ qui ad pectoris mittuntur lacertos: post hunc oriuntur locum. Si autem nuche post quartum spondileꝫ incōmodū fiet qui eiusmodi patitur superiores colli mouebit partes. Quꝫ autē post quintum spōdilē oīum qui in pectore sūt mēbrorū motꝰ deficit excepto diaphragmate. nō eteni ad ipsū magnum attiget abinde icōmodū remanetqꝫ simul modicus in superioribus locis motus pectoris quibusdā lacertis: eodē quoqꝫ mō ⁊ ossi scapularū motus superest: sensusqꝫ anterioribꝰ brachij quoniā sextū neruorū par qd ad manū sensum defert ⁊ motū hoc oritur ex loco. Qꝫ si post sextū nucha patitur spōdilē superiorū pectoris mēbrorū motꝰ cessat nec ad diaphragma nocumētū puenit multū remanētqꝫ in scapulis motus ⁊ sēsus brachiūqꝫ ⁊ cubitꝰ mouēt sꝫ nō sētiūt. Qꝫ si icōmodū hoc loco qd post septimū est spondilē acciderit diaphragma ⁊ lacertorū pectoris multi mouētur scapula excepta. hec etenim nō sentiēs mouetur. Qꝫ si post octauū fiet spondilē ⁊ nonū totius est pectoris motus superstes ⁊ manus vtreqꝫ salue sunt ⁊ puri sensus ac motus. Sic ⁊ in oibus diiudicandū ē spondilibus quibus incōmodū accidit. Nocumentum nāqꝫ ea sequitur mēbra ad que nerui abinde producti tēdūt.

Nerui porro qui ad vnūquodqꝫ singulariter proferūtur mēbrorū si forte patiantur singulariter mēbro nocet illi in sensu ⁊ motu. Nosti āt vnūquēqꝫ neruorū qui ad singula deferunt mēbra ⁊ sensū ⁊ motū ex eius loci speculatiōe in quo mēbra exposuimus qum de neruorū diximus ortu. scieśqꝫ abinde quꝫ alicui pari neruorū incōmodū fit aut sensus ⁊ volūtarius motus simul ab illo cessant mēbro ad quod nerui veniunt illi. hocqꝫ erit si nerui hij ⁊ sensū simul ferūt ⁊ voluntariū motū: aut remanēte motu sensus cessat. hocqꝫ tunc contingit quꝫ ad mēbrū duo feruntur nerui quorū alter virtutē motus ad lacertos defert: alter aūt cuti qua mēbrū vestitur tactꝰ sensum ministrat: ⁊ incōmodū neruo sensu tactus contingit porrigenti: aut certe motu deficiente oīno sensus superest: hocqꝫ quꝫ incōmoditas illi neruo motū suggerenti infertur. Qum antē mēbro vno ministratur neruo sensus ⁊ motus simul incōmodūqꝫ magnū fit ⁊ motus cessat ⁊ sensus simul ab eo mēbro: ⁊ si vehemens nō fuerit motui nocet ⁊ sensus superest sanus. Motus etenim virtutis indiget plurima quātitate. sensus aūt per modicā ministratur quātitatē.

Capitulū. xvj. de delectatiōis ⁊ doloris qualitatibus.

d **Electatio** ⁊ dolor in oibus sunt sensibꝰ alteratione sentiētis in nā sentiti quēadmodū eo dictū est loco quo de qualitatibꝰ diximus sensuū: nisi ꝙ delectatio ē ab extranaturali hitudine in naturalē alteratio. dolor ecōtra a naturali in extranaturalē hitudinē alteratio ē. prima vt corporis a languore in sanitatē alteratio. ha a sanitate in morbū: hec alteratio quꝫ modica ē nec delectatio fit nec dolor quēadmodū si super hois corpꝰ scintillule cadāt ignis dolor nō fit ⁊ si forte aliquid quod tēperati sit caloris modicūqꝫ minime delectatur. Sic quoqꝫ ⁊ si in sentitū alteratio paulatim fiat ⁊ in tēporis longitudine nec delectatio fit nec dolor. Qum autē simł magna ē aut hoc aut illud fit: quēadmodū si super alicuiꝰ ceciderint ignis carbones corpꝰ magni ipsū cōburūt ⁊ dolor fit: aut si forte lenis alicuius rei hō magnā partē attigerit delectatiōis in vltio delectatur. Quꝫ āt semel ē huiusmodi alteratio alterutrū fit tāꝙ si ad aliquod influat mēbrorū materia calida aut frigida semel dolor fit: ⁊ si ab alicuius corpe nocens euacuetur materia semel delectationē abinde sentit hō vt quꝫ vulneribus sanies euacuatur. Delectatio autē ⁊ dolor in tactꝰ sensu fortiores sunt ꝙ reliquis sensibus. crossior eteni ē sensuū nec alterat̄ ⁊ mutatur in alicuius rei naturā facile sed tarda quandā difficultate eo ꝙ sentitū facile ⁊ celeriter passiones in eo nō opetur pp ipsius crossitiē: resistit eteni illi ⁊ ꝓhibet. Quōcunqꝫ aūt alicuius arcet actioneꝫ ⁊ amouet amplius ipsum leditur. Reliquis oibus sensibus delectatio ⁊ dolor ex eis q̄ sentiūt nō magna fit quēadmodū tactus magnū qd accidit sensui eo ꝙ celerius in rei alterentur naturā sētite faciliusqꝫ Nisi ꝙ in alijs eorū maior ē ⁊ delectatio ⁊ dolor ꝙ in alijs iuxta subtilitatis eorū ⁊ crossitiei quantitatē. Uisus itaqꝫ sēsus sua citius alteratur subtilitate ⁊ in sentiti mutatur naturā coloris scilꝫ. Quare ꝙtitas illi nō accidit magna delectationis aut cōtra ex sentiti natura. suntqꝫ hi duo sensus visus scilꝫ ⁊ tactus in delectatione ⁊ dolore in extremitatibus duorū oppositorū. Reliquorū oiuꝫ naturaliter hec duo media ē: nisi ꝙ in gustus sensu delectatio ⁊ dolor debiliores sunt ꝙ in tactus sensu. subest enim hic illi in crossitie. in auditus auteꝫ sensu fortiores sunt ꝙ in visu. est enim illo crossior. Odoratus porro sensus inter auditū medius consistit ⁊ gustū i crossitie ⁊ subtilitate alteratiōisqꝫ celeritate ⁊ mora: queqꝫ illi delectatio accidit ⁊ dolor mediū tenēt. Et scienduꝫ doloris cāꝫ oiuꝫ in sensu ꝯtinuationū separationē eē. Hocqꝫ in tactꝰ sēsu aut ex aliq̄ fit acuto ⁊ icidēti aut graui illidēti ⁊ conterēti: aut aliqua extendenti re: aut ex frigiditate ⁊ calore. Calor aūt ⁊ frigus corpori nocēt cōtinuationū mēbrorū separatiōe. Caloris etenim imoderati est rarificare ⁊ disiūgere membri partes frigidū cōtra cōgregat ⁊ spissat eius partes adinuicē intantū vt alie ab alijs separētur: quare eius continuationes disgregātur: quale quid luto accidit quꝫ enim siccatur sciditur. Et sciendū malā cōplexionē dolorē facere. Siquidem varia sit ⁊ inequalis in oi corpore. Si sunt eni oi hec in corpore equalis dolorē nō parit eo ꝙ corpori tanꝙ sit naturalis cōplexio: nec mēbrorū aliqua sua ledūtur natura. Huiusmodi in ethica cōtingit febre ⁊ hydropisi. He enim male cōplexiones male sunt ⁊ tñ in oi equales corpe ⁊ mēbris: vnde ⁊ dolorē ab eis non sentiūt. Nō eteni in eorū corpore ē mēbrum aliquod sanū quod nocumētū sentiat mēbri ⁊ egrotationē. Inde igitur putrida febris piodica magnū patiēti prio facit piodo dolorē magnāqꝫ angustiationem eo ꝙ alienū qd illi accidat: qd cōsuetū nō nouerit. Si āt tēpore eiꝰ prolixius fiet ipsaqꝫ in oia diffūdetur corporis mēbra dolor nō sentitur ⁊ molestia. At vero varia diuersaqꝫ mala cōplexio oibus nō erit in mēbris corporis equalis: sed in alijs diuersisqꝫ ⁊ ipsa diuersa in his amplior: i illis minor: vnde ⁊ diuersis fit dolor partibus: eo ꝙ quedam in alia faciāt ⁊ alia ab alijs patiantur.

Dolor aūt in visus sensu ex albedinis fit colore qui diuidit ⁊ spargit quēadmodū in tactu calor: aut ex nigro colore: qui lumē cōgregat coadunatione nimia continuationūqꝫ accidit separatio ab eo quēadmodū in tactu a frigore. Est autē hoc in gustu aut ex acerbo sapore ⁊ pungitiuo qui lingue separāt partes quēadmodū calidū facit aut pōtico ⁊ insuaui que tanꝙ ⁊ frigus disterminant. In auditu a voce fit magna ⁊ acuta que auditus separāt sensū sicut ⁊ albus visuꝫ color. Accidit aūt sensuū cuiqꝫ delectatio ⁊ dolor: aut ab extra vt visui auditui ⁊ odoratui. hij etenim delectātur ⁊ contra coloribus. vocibus. odoribusqꝫ ab exterioribus. Et ab interioribus fit illis tantū dolor: aut ab intus ⁊ ex̄: vt sensui contingit ⁊ gustus ⁊ tactus. Gustus quidē sensui fuit hec ab exterioribus per sapores: ab intus autē sanguinis delectatur sapore ⁊ phlegmatis dulcis. nocetur autē cholera ⁊ salso phlegmate si in corpore dominētur lingue: aut ad ipsam mittātur a stō. Tactus porro sensui ab exterioribus lesio fit rebus his que cōtinuationū faciūt separationē vt incisione ⁊ illesione: ⁊ ab interioribus calida cōplexione aut frigida superfluitatibusqꝫ crossis que disrumpunt: humoreqꝫ acuto qui icidit. Ab exterioribus fit illi voluptas mollibus ⁊ in calore ⁊ frigore tēperatis. ab interioribus vero qum materia excoquit̄ mala nocēsqꝫ ⁊ digeritur. maturationē nāqꝫ ⁊ digestionem voluptas cōmittatur: aut qum dissoluūtur male a corpore superfluitates quēadmodū in balneo fit quꝫ superfluitates dissoluūtur calide ⁊ pūgentes: sed ⁊ quꝫ quod nocebat egredit̄ ⁊ manifeste purgatur qualis est in coitu voluptas qū spma egreditur. Sperma nāqꝫ si in vasis fuerit suis multiplicatuꝫ naturā ledit: quare ipsuꝫ foras hec depellitur: nisi ꝙ maior ē qū euacuatur sperma delectatio ꝙ ex eius fuerit collectione nocumētū: euacuaº nāqꝫ eiꝰ fit sel: alterat̄qꝫ sēsus ab eo semł vnū ⁊ maior eiꝰ ē voluptas. Collectio vero eiꝰ pedetētim fit: nec alteratur ab ea sensus semel: vnde ⁊ nō multū facit in sensu dolorē. Uoluptas aūt que mulieri fit ex coitu maior est ꝙ que viro. In muliere eteni fit voluptas ⁊ euacuationis spmatis cā ab eius vasis: ꝙqꝫ matrix a verctro sperma cōtrahit. In viris aūt voluptas hec euacuationis spermatis ē solius.

Capitulū. xvij. de accidentibus que appetitus ciborum actioni accidunt.

q **Uoniam** vt ostēsuꝫ est ad stomaci os nerui a cerebro dirigūtur per quos appetitus fiat sensus: facta sunt que ipsum sequunt̄ accidētia eadē que ⁊ tactus. Que aūt ori stomaci fiūt incōmoda: quedam eius nocent actiones ex ipsius substantia: quedā aliorū nocēt actionē mēbroꝝ. Et que huiꝰ nocēt actioni sensus in sua substātia: ipsa sunt que appetitui nocēt. Que vero alijs mēbris: aut cōfiguratione illis nocēt ⁊ colligantia qualia sunt que cerebro accidūt incōmoda ab his que in sto-

maci sunt ore qua ex re accidentia fiunt varia ⁊ diuersa iuxta incommodi naturam vt epilepsia. alienatio mentis. mania. Aut certe illis sua nocet vicinia: quemadmodum cordi defectum videmus accidere: qum stomaci os in locatione cordi proximū sit. Et que actioni appetitus fiunt accidē tia: eodem quoqz sunt modo quo ⁊ in alijs contingunt actionibus tripliciter scilz. Aut eniz oio deficit aut iminuitur: aut aliter ꝙ expedit eius est natura. Et plenꝰ appetitꝰ defectus fit. Aut qm̄ corpus minime euacuatur: nec dissoluūtur ab eo ꝑ acra ea q̄ ꝑ oz alia supplere locū: aut qm̄ vene nihil ab epate contrahūt ⁊ concauitates ac epar ab eo. Et stomaci oris sensus cessatio aut incommodi cā est qd̄ stomaci accidit ori ipsimet si fiat ei mala cōplexio calida vt in febribus accidit appetitus cessatio: aut qd̄ cerebro quēadmodum in passiōe alienationis mentis appetitū cessare contingit: aut icōmodi certe qd̄ neruis fit ad stomaci os a cerebro missis. Hoc autez aut ex difficultate ⁊ compressione fit: vel ex fissura per ferrū.

Imminutio aūt appetitus fit qum que eius faciūt cessatione cause sz debiles molestāt. Eius vero malū aut in cibuz est aut in potū. Et appetitus ciborū malitia aut in qualitate erit aut in quātitate. In quātitate qdem quz appetit gs ciborū multitudinē quēadmodū canini appetitꝰ accidit hōi. Et hoc aut humoris ē acerbi qui in stomaci conclusus ē ore causa. sequiturqz eiusmōi egestionū multitudo ⁊ humiditas aut qm̄ que per dissolutionē est euacuatio imoderata ē: cuiꝰ exuberantia aut caloris ē cā dissoluētis ⁊ cōsumētis aut retinentis debilitate virtutis. Appetitus aūt ciboꝝ malitia i q̄litate fit qum hōis appetitus ad acerba declinat aut salsa aut pungitiua: fitqz illud nōnūquā terrā appetere ⁊ gipsū ac carbones nigros: hocqz ex humore fit malo frigido i stomaco: plurimū aūt hec accidit passio pregnātibus ⁊ vocat̄ appetitus incōtinētia: fitqz hoc maxie primo ⁊ secūdo ⁊ tertio mensibus qum fetus paruus ē nec multo preualet adhuc sanguie pasci mēstruorū imo pauco sz meliori: quare malus superest sanguis ⁊ in ore cōgregatur stomaci fiūtqz mali abinde appetitus. Quarto iā facto mēse huiusmodi iprobꝰ cessat appetitus qm̄ fetus iam creuit ⁊ confortatꝰ est ad sanguinis trahendam copiam superfluitatesqz defecerunt: quedā qdē vomitu g pregnanti fit: quedā aūt ciborum iminutione q̄ appetitus sequit̄ defectū. Accidit āt hꝰmodi appetitus ⁊ alijs ꝙ ꝑgnātibus quz i coꝝ stomaci ore supfluitates coadunantur male. Et sīqdez humor ille cōgregatus i stōaci ore pūgitiuus est ciborum iminuitur appetitus crescitqz ad potū si acerbꝰ in cibos augmētatur ⁊ a potu reprimitur. Acerbus eteni humor stomaci cōgregat os simulqz materias ⁊ cōprimit eas: vnde earū iminuitur q̄titas ⁊ substātia imergitur. Remanēt itaqz vacua quedam loca que desiderat repleri natura: fitqz ab inde appetitus: quēadmodū ab euacuatione ⁊ dissolutione. Amplius humor acerbus stomaci cōgregat os ꝯfortatqz fitqz eius acumen maius ⁊ fortiꝰ. Si fit aūt humoris dulcis appetitus iminuitur ciboꝝ ⁊ potus simul: dulce eteniz vacuitates replet ⁊ stomaci os eneruat. Maluz porro appetitus i potu: aut in q̄titate est: aut in qualitate. Et i q̄titate qū homo sitit ⁊ imoderate aquā bibit. Hocqz aut caloris fit cā fortis vt febrium est calor: aut humoris salsi: aut pūgitiui vel cholerici qui in stomaci cōclusus est ore. In qualitate vero qum hōis inclinatur desiderium ad malorū potuū qualitatem: quod huōris causa mali fit in ori stomaci cōclusi. Hec sunt que stomaci ori cōtingunt accidētia.

Capitulū. xviij. de accidentibus que actionibus contingunt cerebri ⁊ cordis ex oris stomaci cōfiguratione.

a **Ccidentia** porro que actioni contingūt cerebri incōmoda sequentia que fiunt in stomaci ore: sunt mētis alienatio: obstupefactio somni imersio: epl̄ia: ⁊ mania. Alienatio quidē mentis hac erit in habitudine ab apostemate calido quod in ore est stomaci. Obstupefactio vero ⁊ in somno imersio: ex stomaci oris frigore fiunt. Hocqz aut ex mala est cōplexione frigida que ipsi domiatur: aut ex phlegmatico humore in eo cōcluso: aut ex frigido certe medicamine vt opio ⁊ espidabago aut frigido cibo: vt fungis ⁊ acerbo lacte: aut frigidi certe vaporis causa quia matrice ad illud tollitur mēstruorū tarditatis cā: aut spermatis: perfert̄qz eiusmodi vapor ad cerebrū: ea que inter est illius cōparticipatione. Eadē est ratio ⁊ in epilepsia fit eni ex phlegmaticis humiditatibus que ori dominātur stomaci. Desipiētia aūt nigra ex nigro fit humore q in ore stomaci concluditur: ascēdūtqz eius ad cerebrū vapores. Hec sunt que cerebro accidūt ex incōmodis i stomaci ore factis accidētia. Et incōmodū cōtingit esse magnū si aut stomaci sensus fortis est oris: aut cerebrū debile incōmodorum susceptionis celeris: cuius debilitas aut naturalis est: aut aliqua que facta ē illi passione. Accn̄tia āt q̄ cordi ⁊ arterijs icōmoda stōi oris seq̄ntia ꝯtigūt sūt sincōpis ðfectꝰ ⁊ pulsus malitia. Passioqz que vocatur bolismos. Sincopis vel defectus aut ex magno fit qui in stomaci ore est dolor: aut eius sensus virtute: aut debilitate cordis ⁊ pulsantiū venarū: vnde celerius icōmodoꝝ susceptibilia sunt. Pasio aūt que bolismus vocatur ex mala fit cōplexione frigida oris stomaci. ⁊ ex ciborū iminutione ⁊ virtutis debilitate. Hec est accidentium cordis ⁊ venarū pulsantiū causarū asignatio: ex aliqua que in ore stomaci erit passione. Accidētium vero que cerebro ⁊ cordi simul cōparticipationis oris stomaci accidunt cause: anhelitus est malus eiusqz difficultas: hoc fit si stomaci os diaphragma cōprimat: aut apostematis cā que in ipso est: aut incōmodi alicuius quod cerebro contingit ex oris stomaci passiōe aliqua. Qua exre diaphragma debilitatur ab anhelitus actione apostematis ad ipsum ascēdentis cā: aut debilitatione nerui ab ipsū mouendo. Hec est disputatio accidētiū que sensui cōtingūt tactꝰ ⁊ eorū cause.

Capitulū. xix. de accidentibus que sentiēti contingūt cerebro scilicet.

a **Ccidentia** vero que cōmuni accidūt sēsus sentiēti sensui. Somnus est imoderatus: ⁊ contra vigilie. Somnꝰ aūt imoderatꝰ ex mala fit frigida cōplexione que cerebro dominatur: vnde dormitatio fit ⁊ vocat̄ huiusmodi obstupefactio ⁊ submersio aut ex nimia humiditate que ipsuz infūdit: ⁊ vocat̄ eiusmoi dormitatio tēperata somnus: aut ex dormitationē prouocantibus medicaminibus vt opio papauere egiptiaco. Vigilie aūt fiunt ex causis que somni causis opposite sunt ⁊ cōtrarie scil̄: aut sunt ex mala cōplexiōe sicca: aut calida ⁊ sicca: cerebro dominātibus: aut ex calidorū ⁊ siccorū sumptu medicaminū vt beledari vl̄ aliorum huiusmodi.

Capitulum. xx. de accidētibus que volūtarij fiunt motꝰ actionibus.

a **Ccidentia** vero que i motus ingrediūtur actionem voluntarij tribꝰ fiūt quemadmodū in oibus dictum est sensuū accidentibus modis. Hoc est ꝙ aut ex toto cessat quēadmodū in eneruationis passione fit. Aut iminuitur quēadmodū in dormitationis cōtingit passione: aut in decursu est malo ⁊ ordine. Unde multa ⁊ varia fiunt accidētia: quedā quidez a nature actione: vt rigor: horror: tussis: sternutatio: oscitatio: singultatio: ructatio. Quedam a morbo: vt spasmꝰ titillatio. Quedā aūt ⁊ a nature actione ⁊ morbo simul: vt tremor motusqz qui cū dormitatione fiunt ⁊ eneruatione. Dico aūt hic naturam aut regentē corpus virtutē aut animalez. Et motus cessatio eneruatio scil̄ fit: si acciderit neruis mēbrū mouētibus incommodū: quod trāsitum mouētis volūtarie virtutis prohibeat oio: hoc aūt dictum est aut ex mala cōplexione frigida fit q̄ neruos densat: aut apostemate neruos i crossāte: aut exerosso humore ipsi inherēti neruosi quidē cōcauꝰ est: aut ex ꝯpressione que neruis accidit. Que incommoda si in nuche principijs acciderint: eorum causa totum eneruatur corpus: vocaturqz eiusmodi accidens apoplexia ⁊ paralisis. Si vero inquibusdam sit neruis: eneruatio eius fit membi quod mouebat: Et si eneruatio in gutturis fiat lacertis amputatō dicitur vocis. Et si in pectoris lecertis anhelitus vocatur defectus. Et si in vesice lacertis vrine fit exitus sine voluntate. Qz si dixerit quis vrine ⁊ egestiōis actionem a nā fieri ⁊ moueri per expellētis motū virtutis. Sz tū eorū amissio per volūtatem est ex virtutis aialis actione: vrine nāqz emissio per reductionē fit vesice virtutisqz expellētis virtute que in ea ē ⁊ eneruatiōe lacerti qui eius os circūdat: hecqz ex aialis fit virtutis actione. Sic quoqz ⁊ egestionis fit emissio intestini reductione recti in podicis loco. Ideo ergo ex vesice eneruatione expressio vrine qd̄ naturale ē accidēs: eneruatio aūt lacerti q eius circūdat os emissionē facit preter velle vrine qd̄ accidens est aiale. Sic quoqz egestiōis mora nāle ē accidēs: eiusqz si fiat sine velle egressus accidens est aniale. He sunt cessatiōis motus cause. Immutatio aūt motus cū dormitatione cōtingit ⁊ que dormitationē faciūt cāe: eedem sunt que eneruationem nisi ꝙ minic fortes sunt quēadmodū que oio motum cessare faciūt. Hoc aūt accidens ex actione ē nature ⁊ morbi: qm̄ motus ⁊ sensus in dormitatiōe nō cessat. quemadmodū in eneruatione qm̄ membrū ad inferiora nō mergitur nec mouetur: sz nec moueri pōt pleno motu nec puro sentit sensu propter ea que in naturā morbus operatur.

Capitulum.xxi^m. de motus assignatiõe qui aliter ꝙ opor-
teat fit in mala scilicet habitudine ⁊ que illoꝝ faciūt accñtia.

Voluntarius motus si mala fi- at bitudine
horror ab eo fit ⁊ rigor. tussis. sternutaꝰ. oscitaꝰ sin-
gultatio. ructatus. alices vl' extẽsiones. āgustie. Oia āt hec
accidentia ex nature fiunt actiõe. accidit autẽ hoc quoqꝫ lo-
co ex morbi simul actionibus tremor: ⁊ qui cū dormitatione
fiunt motus. Et nos ab his incipiemus accidẽtibus que ab
actione veniūt nature ⁊ cāis eorū: icipiāqꝫ primū de horrore
⁊ rigore. Dico quoniā duo hec accidentia ex humore fiūt
pungitiuo qui in mẽbra defluit sentiẽtia lacertos. s. ⁊ neruos:
pūgūtqꝫ illa ⁊ nocẽt: iõqꝫ horret mẽbrū ⁊ reducitur pp sui vir
tutẽ sensus. vult itaqꝫ expellens hūc pellere virtus humorem
sibi nocẽtẽ. Cõtingit autẽ simile qd si super corpus nimij fun
datur aq̄ frigoris: horret etenim abinde corpus ⁊ reducitur.
Sic quoqꝫ fit si sup corpus scintille ceciderit ignis. horret ab
eis corpus eo ꝙ cupiat nocẽtia sibi depellere natura. Ideo er
go rigorẽ faciẽtes cāe tres sunt. prima ẽ calor. secūda frigus.
tertia naturalis debilitas caloris: matericiqꝫ multitudo. Et
calor aut ab interioribꝰ ẽ vt cholera rubea sequiturqꝫ hāc p-
cul dubio febris: aut exterioribus quẽadmodū si super vlcus
plagāqꝫ acutū posuerimus medicamẽ: aut pungens. statim
eteni patiẽti accidit horror ⁊ tremit. Inuenimus ẽt cuius cor
pus superfluitatibus calidis fumosisqꝫ repletū est quꝫ balne
um fuerit igressus horrore molestari ⁊ qñqꝫ tremit eo ꝙ bal
nei aer superfluitates ad exteriora extrahat corporis quibus
⁊ pungitur. Frigus quoqꝫ aut ab exterioribꝰ fit vt aqua
frigida ⁊ aere frigido: aut ab iterioribꝰ: ⁊ hoc aut ex cholera
est nigra sequiturqꝫ febris. hic eteni humor horrorẽ nisi qum
putrefactus fuerit nõ adduc̃ qñqꝫ putruerit illū febris sequi
tur: aut phlegmate vitreo ⁊ hoc phlegma si fuerit putridum
fit ab eo rigor cū febre periodica: ⁊ si nõ putridū rigor sine ca
lefactione ⁊ febre. Et si eius altera pars putruit: altera nõ fe
bris ab eo fit: que empileos vocatur febris. s. in qua simul ⁊ ri
gor ⁊ calor coeunt. Rigor etenim ex phlegmate fit non putri
do. febris aūt ab eo qd iā putruit phlegmate. Cā aūt eius q̄
debilitas est caloris naturalis ⁊ materici multitudo mortem
habet subsequẽtẽ. Multa nāqꝫ materia qum calorem inuene
rit naturalẽ debilẽ suffundit illum superat ⁊ extinguit. Si fit
āt naturalis fortis calor paucaqꝫ materia humorẽ subtiliat
calor liquefacit ⁊ dissoluit. Rigor autẽ cõpositus ẽ ex frigore
⁊ tremore paruo. Tremor aūt expellentis fit fortitudine vir-
tutis que i lacertis est ad nocẽtes expellẽdos humores: iõqꝫ
qum adduces cā rigorẽ calida est ⁊ tremor fit fortior quoni
am calor fortioris est motus ⁊ magis nocens. Si sit autẽ ri-
gorẽ faciẽs cā frigida ⁊ tremor minor ẽ motꝰ minusqꝫ ledit.
Ideo ergo in phlegmatica est febre rigor minor q̄ꝫ tertiana:
quoniā in febre phlegmatica horror simul fit. Est autẽ fri
goris cā qd cū rigore est caloris fuga naturalis ad corporis
profunda eo ꝙ eius ledantur exteriora ⁊ doleāt a nocẽte hu
more. ideoqꝫ huiusmodi accidẽtia ad actionẽ referūtur natu
re virtutẽ. s. animalẽ.

De tussi.

Tussis autẽ ex actione fit naturali corpus
regente. Est etenim motus fortis ab expel-
lenti factus virtute qui istrumẽtis fit anhelitus per exitū ae-
ris: fitqꝫ per pectoris reductionẽ super pulmonẽ fortẽ: expel-
litqꝫ valide aerẽ ⁊ cū eo que in pectoris sūt ⁊ pulmonis cana
libus superfluitates. Ideo ergo necesse hꝫ natura ad tussis
cõplemẽtū vt virtus fortis sit quo ad expellendas preualeat
superfluitates sed ⁊ vt nõ crossa sit materia nec viscosa quam
natura nõ põt efferre eo ꝙ meatibus inuiscata sit ⁊ anhelitꝰ
oppilet meatus: sed nec tenuis que meatibus labatur lubrica
⁊ ad locū in quo fuerat reuertatur. Ideoqꝫ quꝫ materia cros
sa ẽ: necesse ẽ medico illā subtiliare ⁊ tẽperare cū isopo ⁊ ame
os. Et si tenuis ẽ incrossare. Si viscosa cum squingibin inci
dere ⁊ similibus. Tussis aūt causa ẽ aut mala cõplexio ca
lida aut frigida que superest ⁊ dñatur pectoris lacertis pul-
moni ⁊ canali eius gutturiqꝫ: nititurqꝫ natura quod ipsam
ledit pellere: aut materia que in instrumẽtis ẽ anhelitus quā
emittere ⁊ hanc expulsare festinat natura. Hec materia aut
ab interioribus ẽ aut ab exterioribus. Ab exterioribꝰ qui
dẽ vt cibis potibus qui in pulmonis ingrediūtur canalẽ pul-
uereqꝫ ⁊ fumo. Ab interioribus autẽ ex materia que a capite
descendit ad guttur ⁊ pulmonis canalẽ ac ipsum pulmonem
pectusqꝫ vt in catarro contingit. Aut chimo ab epatis gibbo
sitate ascendẽti. Aut aliqua re que in pulmonis canali cõclu-
sa est vt crossus humor. Et que in pleuresi ẽ est materia ⁊ pi-
pleumonia. Aut in pectore cõclusus ẽ: vt que in vlceribꝰ est pe
ctoris ⁊ pulmonis sanies.

De sternutatione.

Sternutatio qꝫ ⁊ adcū-
dẽ quo tussis fit modū
ex nā. s. corpꝰ regẽte: qū virtꝰ moueat̃ expellẽs illud qd ipi no
cet qd i vẽtricul' ẽ cerebri: egrediturqꝫ illd a fortitudie virtutis
⁊ aeris ipsiõe ad extiora: mūdāturqꝫ cerebꝝ ⁊ nares nisi ꝙ
tussi pectꝰ mūdat̃ ⁊ pulmo, tm̄modo: sternutatio āt lꝫ cerebꝝ
purget ⁊ nares: sꝫ tam̄ simul etiā pectus. Cerebrū nāqꝫ si mo
ueatur ad expellendas que in illo sunt supfluitates vaporo-
sas meatus inflātur vtriqꝫ qui ad nares mittunt: vtp eos su
pfluitas mittat̃ crossa velociter ⁊ facile: reducūturqꝫ pecto-
ris lacerti per neruos. ⁊ sequitur aeris emissio cū quo in pe-
ctore sunt supfluitates emittūtur. Sternutatio nāqꝫ cū ma-
iori fit virtute eo ꝙ egeat natura locis emittere supfluitates
contortis. Fit etetim qum icaluerit cerebrum ⁊ hūc facta
fuerint que in capite sunt vacua loca: auditurqꝫ eius vox.
Fit ẽt sternutatio ex pungẽti cerebri vẽtriculos superflui
tate: desideratqꝫ illū expellere natura quẽadmodum in tussi
contingit ⁊ singultatione.

De singultatione

⁊ ructatu oscitatione ali
cibus extensionibus an
gustijs. Singultatio. ructatio. extensio. ⁊ oscitatio ⁊ āgustia
oẽs ex virtutis motu regẽtis fiunt ad expellẽdas in mẽbris
positas supfluitates ⁊ illa nocentes. Et singultatio ac ru
ctatus fiūt ad multas expellendas superfluitates aut pūgẽ-
tes que in stomacho sunt: nisi ꝙ singultatio a vacuo fit etiā
stomaci si forte illi spasmꝰ ex inanitiõis cõtingerit multitudi
ne: atqꝫ hoc ex actiõe virtutis ẽ aialis accidens. Ructatꝰ
aūt ex virtutis motu fit expellẽtis ad ꝓpulsandas superflui
tates ventosas in stomacho cõclusas: ⁊ ẽ aut ex ventositatẽ
cibo generante. Aut ex ea que p caloris gnāt debilitatem
ventositate cuiꝰ cibum ẽ excoquere. Fit etiā ex caloris vir
tute cibū comburentis ructatus: qua ex re ructatus generat̃
fumosus. Oscitatio ex superfluitatibus fit vaporosis que
in maxillarum concludūtur lacertis quas natura purgat ⁊
dissolnendo emittit. Alices autem vel extẽsiones ex sup-
fluis vaporosibus in totius corporis lacertis aut eorum ma
iori inclusis parte fiūt: quorum natura purgationem dissol-
uendo nititur. Angustia porro cõtingit rẽ depellenti mẽ-
bris nocentẽ quā labor nutriuit: qua ex re alices fiūt Sūt
aūt āgustie gña duo: primū quidẽ ex labore fit. Scdm qd ab
iterioribꝰ corpis. Et q̄ ex labore fit āgustia q̄druplex ẽ. Pria
est vlcerosa q̄ ex hūoribus fit liq̄dis tenuibus ⁊ acutis q̄ for-
tis generant̃ laboris tpe. Aut ex humoꝝ liq̄factiõe crossorū
⁊ dissolutiõe quꝫ a corpe nõ egrediātur. Aut adipis ⁊ carnis
liquefactione mollis. Secūda ẽ angustia cū qua extẽsio est q̄
dā: que ex nimio fit labore ⁊ imoderato: extẽdūturqꝫ lacerti
⁊ nerui nec ad eos ex superfluitatibus peruenit quid nisi per
paucū eo ꝙ in huiusmõi habitudine hi humores sint boni.
Accidit autẽ cū hac spẽ segnities ex motu ⁊ incuratione: nec
huiusmodi spẽi corpus restringitur. Tertia aūt est angustia
apostematica cū qua pulsatio ẽ apostematis similis pulsatio
ni calidi: que spẽs fit quꝫ lacerti nimio calefiunt calore fortis-
simi cā motus ⁊ laboris nimij: trahunturqꝫ ad eos oẽs pro-
pinque illis superfluitates. Sequitur aūt hac angustie mane
riẽ dolor grauis quꝫ patientis tangitur corpus videnturqꝫ
oia mẽbra tanq̄ꝫ tumida ⁊ apostematica. Accidit autẽ huius
modi spẽs cui incõsuetꝰ labor est ⁊ fatigari nõ nouit. Quar-
ta deniqꝫ spẽs illa ẽ que ex nimia fit siccitate que neruis acci
dit extẽuataqꝫ fiūt ⁊ subrugosa mẽbra ac sicca nec facile mo
ueri possunt. Angustiarū autẽ diuersitates que ab iterio-
ribus mouentur corporis tres sunt. Prima est vlcerosa ⁊ fit
a calido cholerico qui motus fortis generatur tẽpore: ideoqꝫ
qui hanc patitur sentit in mẽbris tanq̄ꝫ vlcera. Secūda cum
qua extensio est que ex multitudie fit humorū crossorum qui
grauāt mẽbrū ⁊ extendūt. Aut ex ventositate ipsa extenden
ti: fiuntqꝫ abinde alices grauissimi. Tertia est apostematica
que ex humore fit acuto ⁊ forti quā inflatio cõmittatur ⁊ ex-
tensio pulsationesqꝫ apostematis calidi pulsationibꝰ siles.

Capitulū. xxij. de accidentibus que ex solo fiunt morbo.

Que vero ex solo veniūt morbo accidentia
sunt spasmus ⁊ titillatio. Spas-
mus eni in neruis operatur ⁊ lacertis quẽadmodū
virtus volūtarie mouẽs facit quꝫ lacertū ꝯtrahat ⁊ ad locū
a quo oritur reprimit. Sic ⁊ spasmus. Fit nāqꝫ aut ex reple-
tione aut ex euacuatione. Ex repletione qum lacertus reple-
tur ⁊ neruus humoribus extenditurqꝫ in latū: vnde ⁊ ad sui
partem reprimiturqꝫ quisqꝫ capitis. Quare eius imminuitur
longū quemadmodum ⁊ vasis fit que ex corijs fiūt vt vtres

Hos etenim si diligentissime imoderate repleueris in latũ lõ
go extenduntur i minuto. Ab euacuatione autem fit si ex
neruis humiditates fuerint educte ⁊ lacertis. vnde exsiccati
ad ortus sui retrahũtur pricipiũ: quẽadmodũ capillo ꝯtigit
⁊ corrigie si igni proxima fiant. Desiccãtur eteni ⁊ recrispan
tur: ⁊ quẽadmodũ cordis accidit cithare si ad aerez exposite
sint calidũ ⁊ siccũ incidũtur ⁊ rũpuntur. Qũ sint eteniz pro
tense retrahũtur ⁊ inciduntur: vnde ⁊ qui eas percutit qum
a percussione cõpleta cessauerit cordas inuenit laxas ipsa ꝑ
cussiõe. Patz itaqz ex his spasmũ solũ sequẽs morbũ accidẽs
esse. Spasmus itaqz si in toto fit corpore epilia vocatur: ⁊ si i
palpebraꝝ lacertis: altera erit palpebraꝝ clausa: altera aper
ta: ⁊ si in lacertis fiat oculi strabositas nũcupatur: ⁊ si in sto
macho singultatio abinde fit: ⁊ si in spermatis vasculis fit
emissio fit spermatis inuoluntaria. Et si in lacertis maxilla
rum stridorem facit dentium. Titillatio vero ex ventositate
fit vaporosa ⁊ crossa que in membro concluditur: dilatatqz
illud ⁊ reducit quemadmodum arterie reducuntur ⁊ dilatã
tur. Differunt aũt pulsus ⁊ titillatio: quoniã pulsus semper
fit ⁊ in venis pulsantibus tantũ. Titillatio vero in omnibus
fit mẽbris que dilatari possũt: vt cuti omnibusqz lacertis cor
di ⁊ venis pulsãtibꝰ ⁊ nõ pulsãtibꝰ stõ intestinis oibusqz mẽ
bris inter solidũ ⁊ molle tẽperatis. Porro in ossibus ⁊ cartil
laginibus eo ꝙ dura sint vẽtositas ꝯcludi non potest: sic neqz
in cerebro propter suã humiditatem titillatio fieri nõ poterit
His itaqz de causis tillatio accidẽs est a solo veniẽs morbo
quoniã a sola fit vẽtositate.

Capitulum. xxiij. de accidẽtium que ex nature actione ⁊
morbo simul fiunt assignatione.

p Orro ea que actiõe nature ⁊ morbo simul
fiunt accidẽtia sunt tremor fortis
⁊ qui cũ dormitatione fit motus. Tremor eteni motus ẽ mẽ
bri ad superiora ⁊ inferiora: eo ꝙ natura mẽbrũ velit ad su
periora tollere: ⁊ morbus cõtra deponat inferius. Est eteniz
in frequētē rarū ꝛ tēperatū. Galienus naqȝ refert quoniam
pulsus in dilatatione ꝛ reductione quietes hȝ duas. Alteram
que tpe fit dilatatiōis quȝ palpātē percusserit:diciturqȝ qui-
es exterioꝛ. Hecquoqȝ quies sensu compꝛehenditur in dila-
tatione. Altera ē quies que tēpoꝛe fit reductionis qum ad su
um arteria reuertitur cētrū ꝛ hec sensu nō cōpꝛehēditur. Et
pulsus cuius quietis tēpus breue est frequēs dicit̄. Cui autē
qetis tēpus ē lōngū dicit̄ rarus. Cuiusqȝ tēpus quietis medi
um est medius vocatur ꝛ tēperat⁹ inter rarū ꝛ spissum. Fre-
quens autē pulsus ex foꝛtitudīe fit caloꝛis imoderati eo ꝙ
multa egeat refrigerij recreatione ꝛ virtutis ex debilitate in
qua eget natura spissitate vti quo sufficiat quātitati quā ne-
cesse ē attrahi aeris. lētusqȝ fit ex caloꝛis debilitate ꝛ paucita
te ac virtutis roboꝛe. Et qui hoꝛū tēperatus cū extēperantia
fit in cōplexione ꝛ virtute. Et qd̄ ex motus tempoꝛe sumit̄
genus ꝛ colationū:diuiditur in boni pōderis pulsum ꝛ mali
ponderis. Est aūt mēsura ex collatione ꝛ relatione. Hec aūt
cōperatio aut ē tēpoꝛis mot⁹ ad tēpus mot⁹:vt quȝ reductio
nis tēpus equale ē tēpoꝛi mot⁹ dilatationis pꝛime:aut diuer
sum ab eo:aut quietis tēpoꝛis:ad tempus quietis vt si sit quie
tis interioꝛis tēpus tpi eq̄le qetis exterioꝛis:aut collō quietis
tpis ad tēpus mot⁹:vt si sit dilatatiōis tēpus equale tēpoꝛi qe
tis exterioꝛis aut diuersū. Pulsus itaqȝ ponderis ꝛ mensure
cōpetentis ē inter quē ꝛ suo dn̄o similē collatio est ꝛ cōfigura
tio bona vt pueri pulsus si cōfiguratus fit pulsui pueri ꝛ con-
similis iuuenis pulsus iuuenili similis ē pulsui: pulsusqȝ eoꝛū
qui calidas habēt cōplexiones similis ē collatus ad calidaꝝ
dn̄os cōplexionū. At vero incōpetētis pulsus mēsure: alius
mēsure est imutate:vt si sit adolescentis pulsus iuuenum simi
lis pulsui. Et quidā diuerse mēsure quemadmodum si pueri
pulsus:senis pulsui ꝯfiguret̄. Quidā a mēsura ex̄ ē.atqȝ hic ē

qū pulsus nullā hꝫ relationē ⁊ ꝯfigurationē alicuiꝰ ad pulsus
etatis. Est huiꝰ generis pulsus cognitio difficil' ⁊ grauis mētis
necessariā habens subtilitatem: longaqꝫ egēs consuetudine
inuenarum vsu. Motus eteniꝫ tēporis ⁊ quietis q̄titas quo
alij alijs superabundāt pulsus: quedam quidē ⁊ spatiū eius
dici potest ⁊ rōcinari. Ut si dicatur tēpus dilatatiōis duplū
est tēpore quietis exterioris: aut triplum: aut duplū ⁊ semis:
aut sicut illud: ⁊ quarta superās pte: aliaqꝫ huiusmodi. Alia
que interp̄tari ⁊ dici nō potest: vt dilatatiōis tp̄s ⁊ reductio
nis: aut vtriusqꝫ tp̄s. Et horū quodqꝫ tēporū: aut parue erit
vicinie cū eo cui cōfertur: aut magne: aut īmoderate. Hisqꝫ
de causis: facta est generis huius pulsus sciētia difficillima.

Quod autē ex q̄titate dilatationis sumitur genus in eq̄
lem diuiditur ⁊ ī inequalē pulsum. Et hoc genus scil' diuersū
in omnibus inuenitur pulsuū diuersitatibus de quibus iā di-
ximus. Equalis nāqꝫ pulsus est: qui digitos verberat sem
per sub eadē habitudine: vt si sint pulsationes multe magne
equalis magnitudinis: ⁊ non est in eis nec pulsatio vna par
ua. Et pulsationes multe parue in quibꝰ nec pulsatio aliqua
magna est. Pulsationes quoqꝫ multe fortes ⁊ continui robo
ris: in quibus nulla est debilis: aut velox: vel tarda sēper eq̄l'
nō habens hec ab illa quid diuersum. Inequalis aūt ⁊ di
uersus variusqꝫ pulsus ille est cuius percussio eiusdem non ē
habitudinis: īmo varia est: aut ī motu: estqꝫ aliquando pulsꝰ
velox: aliquādo tardus: ⁊ nūc frequēs deinde rarus. Aut ī-
q̄titate dilatationis: ⁊ est nūc magnus: nūc paruus. Aut in
virtute qum aliquādo quideꝫ fortis occurrit: deinde debilis:
⁊ in alijs pulsus speticbus similiter. Et equalis pulsus in
omnibus pulsus generibus eadem est eius perseuerantia: vo
caturqꝫ equal' simpliciter. Aut erit equalis in quibusdā: dici
turqꝫ eius generis equalis in quo est: quēadmodū si in ma-
gnitudine equalis sit: sed in celeritate ⁊ tarditate virtute ⁊ de
bilitate alijsqꝫ varius. Aut in celeritate equalis est: varius in
magnitudine: atqꝫ in alijs varius generibus. Sic ⁊ in reliq̄s
diiudicādus est generibus. Uarius quoqꝫ pulsus alius in
omnibus varius est generibus in nulla perseuerās habitu-
dine: diciturqꝫ huiusmodi varius simpliciter ⁊ ineq̄lis. Aliꝰ
in quibusdam varius: diciturqꝫ eo inequalis in quo est ī ge-
nere: quēadmodū aliquando est pulsus paruus. Aliquādo
magnꝰ nūc latus: deinceps subtilis ⁊ strictus ⁊ in alijs gene-
ribus per omnia equalis. Inequalis aūt pulsus quocūqꝫ sit
in genere: varietas eius aut in pluribus est pulsationibꝰ aut
in vna. Et que in pluribus cuiusdā varietas equalitateꝫ
seruat ⁊ tenorē varietatis: quidam equalitate hac caret. Et
cuius varietas equalitatem seruat: vt pulsus qui muris cau-
da appellatur: in quo scil' pulsatio est magna quam sequitur
parua: illāqꝫ minor: quarta minima: sicqꝫ ī oībꝰ alijs se ha-
bet pulsationibus: vt minor scil' sit precedēti donec ad vnum
perducatur trium. Primū est vt terminetur pulsus ⁊ deficiat:
scil' īminui non desistit subsequēs pulsatio: donec eius nō sen
tiatur motus: ⁊ huiusmodi pulsus cauda muris defectiua di
citur: sed est vt pulsationes redeant. Hoc est qū īminui pulsa
tio non desistit post pulsationem: donec ad aliquam perue-
niat paruitatis quantitatem: dehinc ad magnitudinē reuer-
titur: scil' qum ad paruitatē attigerit ad pulsationē redit que
ea sit maior: ad quā vltimo peruenit: dehinc ad maiorem: au-
geturqꝫ eius in singulis magnitudo ordinate: donec ad pri-
maꝫ perueniat magnitudinē: diciturqꝫ huiusmodi pulsꝰ mu-
ris cauda reuertens. Eius reditus ad magnitudinē erit: aut
prime equalē: aut que sub prima sit. Reditus aūt huiꝰ ad eq̄-
lem: aut erit mēsuris equalibus illis quibus īminutus est aut
maioribus certe vel minoribus. Tertiū est qū reuertitur pul-
sus ad primā sui magnitudinem: eūdēqꝫ seruat ordinē: scil' a
prima incipiens magna pulsatione: dehinc īminuitur ad eaꝫ
que fuerit secunda: intātū vt pulsus sit motus sub primaruꝫ
ordine pulsantiū. Est aūt hic pulsus q̄ muris cauda appllat̄
in velocitatis ⁊ tarditatis genere: qū eius pulsatio magne est
velocitatis: sequiturqꝫ dehinc velox minus: nec desistit cele-
ritatem īminuere donec finiatur ordinate in pulsu vltime tar
ditatis. Est ⁊ in genere quod ex virtutis sumit̄ q̄titate: qum
eius pulsatio fortissima est: dehinc minꝰ fortis sequit̄: nec īmi
nui cessat eiꝰ fortitudo: donec ad debilitatem attingat: auge-
turqꝫ debilitas: vsqꝫ dū ad vltimū veniat̄ eius: quēadmoduꝫ
in magno dictū est: ad hūc modū se habet pulsus: qui muris
cauda dictus est. Uocatur aūt hoc nomine eo q̄ animal'
quod mus dicitur caude similis sit: qum animalis huius cau
da crossa incipiat: ⁊ ad extremitatē pertingit subtilē sub īmi-
nutionis ordine. Hec est varietatis que equalitatē seruat as-
signatio. Quod autem eq̄litate caret diuersitates habet ī
finitas ⁊ numero non clausas: preter ordinem nanqꝫ fit. Est
enim pulsus varius qui deficit ⁊ terminat̄: ⁊ redit sine eq̄litate
augmenti ⁊ diminutionis ⁊ est pulsus in medio cadens sine
equalitate quemadmodum qum due sunt magne pulsatio-
nes ⁊ vna p̄ua: vnaqꝫ tēp̄ata vna magna vna p̄ua. alieqꝫ va
rietatis spēs que preter ordinē fiunt: in oībus pulsus generi-
bus de q̄bus dictū ē. Est aūt in quo spissatiōes sine equalita-
te cadūt. Hec est varietas pulsus que in multis est pulsationi
bus. Uarietas autē que in vna est pulsatiōe. alia in vna
tm̄ est parte arterie. alia in pluribꝰ. Et que in vna ē tres sunt
spēs. Prima ē quꝫ vene pulsantis motꝰ auferatur ⁊ redeat.
Secūda quꝫ eiꝰ motꝰ durat cōtinuꝰ ⁊ nō incidit̄ nisi q̄ ineq̄-
lis ē in celeritate ⁊ tarditate. Tertia quꝫ arteria redit in dila
tatione manūqꝫ bis percutit. Et pulsus incisus ⁊ rediens est
q̄ quꝫ incipiat a celeritate accidit illi anteq̄ digitos p̄cutiat
debilitas ⁊ raritas quiesqꝫ: dehinc dilatationis sue ad cōple
mētū tarde incipit: dehīc sistitur atqꝫ dilatationē ita cōplere
accelerat aut qū tēperatꝰ icipiat debilitas accidat dehīc aut
accelerat: aut tardatur: aut cū celeritate incipit ⁊ interdicit̄
dehinc tēperat̄. Est aūt ⁊ in hac spē varietatis gaçelās pul-
sus atqꝫ hic est qui quꝫ a celeritate incipiat: anteq̄ percutiat
stat dehinc velociter mouetur. vocatur āt huiusmōi gazelinꝰ
sua ex similitudine caprioli saltu: quoniā capriolus quē gazel
arabice vocāt quꝫ saltū dederit pedes tollit ⁊ suspensus pau
co videtur tp̄e atqꝫ sic ad terrā velocius redit. Cōtinuus
aūt hac in spē pulsus is est cuius arterie motus minime inci
ditur sed inequalis ē in celeritate ⁊ tarditate. Pulsus eteniꝫ
cū celeritate incipit. dehinc in tarditatē mutatur: incipit eniꝫ
motu moueri veloci ⁊ qum ad mediū peruenerit spatij quo
eius mediatur motus motu mouetur tardo fitqꝫ eius initiuꝫ
velox: finis autē tardus. Accidit autē ⁊ cōtrario modo vt qū
inceperit tardus mutetur in celeritatē fitqꝫ principiū tardum
⁊ finis accelerat̄: aut incipiēs tēperatus in celeritateꝫ mutat̄
aut tarditatē. Hoc mō huiꝰ spēs ē pulsus in oībus diuersita-
tibꝰ pulsuū. Qui āt bis digitos percutit duarum dicitur
percussionū pulsus atqꝫ is est in quo arteria dilatatur ⁊ quꝫ
manū percusserit ⁊ ad reductionē vult redditū reuertitur an
teq̄ ad cētrū perferat̄ ⁊ secūdo digitos verberat. Et hec spe-
cies ex arterie fit duritie: que quꝫ percusserit digitos sua pel-
litur duritie. reditqꝫ secūdo: ⁊ iterū verberat: quēadmodū in
maleo ⁊ incude fieri cernimꝰ. Malleus eni quꝫ incudē p̄cus-
serit redit ab ea sua duritie ⁊ sustollitur reditqꝫ secūdo ⁊ per
cutit ⁊ quādoqꝫ sustollitur ⁊ tertio ad percutiendū reuertit̄.
Hinc itaqꝫ spēs hec pulsus mallearis appellata est. Hec que
in vna arterie parte accidit varietas nō sumitur nisi in gene
re qd̄ ex motus est qualitate: ⁊ in eo qd̄ ex virtutis q̄titate.
in reliquis āt nō. Nō eteni vna eadēqꝫ pars vene sub digito
pōt vno tēpore magna moueri. dehinc fieri parua: aut parua
de hinc ad magnū redire sub vna eadēqꝫ pulsatione: ⁊ eadeꝫ
arterie parte. Magnus nāqꝫ pulsus necesse hꝫ sua ī dilatio-
ne quatuor trāsire digitoꝝ termios nec fieri pōt vt sit largus
⁊ strictus in sua pulsatione vna: nec calidus nec frigidus nec
durus ⁊ mollis nec vacuus ⁊ plenus. Hoc se hꝫ modo varie-
tas que in vna ē arterie parte in pulsatione vna. Que aūt
sub vna pulsatiōe in diuersis ⁊ multis ē partibus varietas ⁊
discordia. alia quidē est cuius motus ꝯtinuus ē ⁊ nō deperit:
alia cuiꝰ inciditur ⁊ deperit. Et cōtinui quidē motus is ē
pulsus cuiꝰ arteria sub quibusdā digitis mouetur velox: sub
alijs tardus: ⁊ sub alijs quidē tēperatꝰ: quēadmodū accidit
quꝫ sub duobus digitis velox aut sub duobus tardus: ⁊ sub
duobus tēperatus: aut sub tribꝰ celer ⁊ vno tardus aut ꝯtra.
aut sub vno quoqꝫ digitorū quedā erit spēs motus: sicqꝫ se
hꝫ res in fortitudine ⁊ debilitate iuxta quod dictū ē: vt. s. sit
sub quibusdā fortis digitis sub alijs debilis. Est autem ⁊ in
hac spē vnius pulsationis pulsus qui muris cauda appella-
tur: quiqꝫ inclinus vocatur pulsus: ⁊ qui muris cauda voca
tur fit quꝫ arteria dilatatur sub p̄io digito qui a sup̄ioribus
est crossa ⁊ sub secūdo minꝰ crossa: sub tertio parua. sub q̄r-
to minima. Sic quoqꝫ circa fortitudinē ꝯtingit ⁊ debilitatē.
In spissitudine quoqꝫ ⁊ raritate quꝫ sub primo moueatur di
gito aliquo horū motu ⁊ sub secūdo īminuitur: sub tertio mi
norē ⁊ quartus tertio sentit minorē. estqꝫ eorū īminutio ordi
nē seruās ⁊ gradationem. Inclinus aūt pulsus est q̄ sub
duobus medijs mouet̄ digitis crossus ⁊ sub extremis hic ⁊
inde subtilis ⁊ tenuis: aut mediū eiꝰ elatum ē ⁊ extremitates
demisse: videturqꝫ tangenti arterie extrema ad īferiora decli
nari. Hoc autē debilitate fit virtutis que nō potest eā extolle-
re arterie partem que a cubiti est parte eo q̄ super illā sit ca-
ro: nec vero ad vltimū potest pertigere versus rascbā sua de

bilitate. Dicitur aũt ⁊ quicũqꝫ huiusmodi est pulsus eiusqꝫ
motus in fortitudine ⁊ debilitate: in celeritate ⁊ mora inclinꝰ
⁊ curuus in fortitudine ⁊ motu. Deficiens autẽ pulsus ẽ
qui in multis varius est partibus arteriarũ cuius motus in
terciditur sub digitis. Aut enim mouetur sub primo digito ⁊
sub tribus alijs quiescit. Aut sub duobus mouetur primis ⁊
quiescit sub vltimis. Aut sub tribus habẽs motũ: tertiũ non
verberat. Aut certe primũ tertiumqꝫ percutiens a secũdo de-
ficit ⁊ quarto. Aut contra qũ mouet̃ sub secũdo scil' ⁊ quarto
primũ relinquẽs ⁊ tertiũ. Eiꝰ autẽ motꝰ sub digitorũ quoqꝫ
aut velox est aut tardus aut tẽperatꝰ. Aut certe fortis aut de-
bilis. Aliquando aũt pulsus sub vnius inciditur digiti su-
mo: qui ⁊ serrinus appellat̃: hocqꝫ ideo ꝙ similis serre sit dẽ-
tibus. Et si huius spetiei diuersitates ⁊ illius que sub vna est
pulsatione disponãtur in multas diuidi inueniuntur partes:
sed nobis eas enumerare necessariũ non est: qũ eorꝫ que scri
psimus speculatio si diligenter animaduertat̃: earũ que non
diximus plena possit haberi scientia. Accidit aũt in dua
bus varietatis spetiebus que in vna sunt pulsatione ꝙ alie q
dẽ vene partes ad superiora: alie aũt ad inferiora mouent̃
quedã dextrorsũ alia sinistrorsum: ⁊ vt alia aliã subsequat̃.

Componuntur vero varietatũ speties alie cũ alijs fiũtqꝫ
ab inde multe ⁊ infinite fere pulsus spetiec. Harũ autẽ spetie
rum quedam nomina habent quibus agnoscuntur. Ut pul-
sus fluctuosus: vermiculosus: formiculosus: ptisicꝰ: ⁊ tremẽs.

Fluctuosus est si ea que ex partiũ antecessione venarũ in
q̃titatis genere dilatationis diuersificẽtur. Hoc autẽ fit qum
vene extremitas: que auriculari supposita ẽ supereminet scil'
⁊ ad superiora mouet̃: estqꝫ motꝰ eius plurimũ antecedẽs: ⁊
que post eã pars ẽ ad inferiora mouet̃ ⁊ tarda scil' lõge post
tertieqꝫ partis motus est ad superiora: sed mĩor primo ⁊ ma
gis antecedens: quarte ad ĩferiora ⁊ sub secũdo posteriorqꝫ
sentiũturqꝫ quedã eius partes inclinari ad dexterã alie ad si
nistrã: quedã late: quedã vero stricte: quẽadmodũ in motu
contingit fluctuũ: videmus nãqꝫ fluctus quasdã eminentes
partes ⁊ celeris motus: ⁊ que sequũtur parũ demissas ⁊ tar
di motus: sicqꝫ alios fluctus vt alie quidem partes recte mo
ueantur alie in latera: ⁊ quedã ad dextrã: quedã ad sinistrã
longitudinis quedã altioris: quedam minus alie demisse: q̃-
dã plĩmũ late ⁊ alie q̃dã parũ. Vermiclosꝰ q̃nadmodũ ⁊
fluctuosꝰ cõponit̃ eiusqꝫ motꝰ qui ⁊ illiꝰ: nisi ꝙ dilatatõ ptiũ
vene in fluctuoso maior ẽ ⁊ in vermiculoso minor debiliorqꝫ:
velocior tamẽ ⁊ frequẽtior: nisi ꝙ pulsus hic ex debilitate fit
virtutis. sentiturqꝫ sub digitis tanq̃ motui vermis similis.

At vero formiculosus motũ habet vermiculosi motui si
milem sꝫ eo minor ẽ ⁊ debilior ⁊ maiorẽ hẽns frequentiã quo
quasi magni obtineat locũ ⁊ velocis in gradatiõe celeri. Uo-
catur aũt formiculosus qm̃ digiti motũ sentiunt vene motui
formice similem. Pulsus aũt firmus q ⁊ ptisicus dr̃ hic est
qui cũ his que dicta sunt magis antecedit ⁊ ampliꝰ tollitur.
sꝫ debilioris est virtutis cũ duritie organi. Uocatur aũt pti
sicus eo ꝙ cõstans est in hitudine vna nõ imutatur a suo ha
bitu. quẽadmodũ ptisis morbus cõstans. Constans aũt fa-
ctus est nec a sua immutatur habitudine qm̃ copis materia
oĩs in morbũ alterata ẽ: virtutẽqꝫ morbus supauit plurimũ:
nec est in ea virtus aut spes qua morbo resistat. Qum eteniꝫ
morbum virtus superat pulsus fit fortis magnꝰ ⁊ velox. Si
vero ipsa morbo succũbat pulsus fit paruus debilis tardus.
Qum aũt aliquãdo virtus superat ⁊ quãdoqꝫ vicitur ⁊ pul
sus quãdoqꝫ fortis ẽ quãdoqꝫ debilis: varius: ea que ẽ in cor
poris habitudĩe varietate. Pulsus vero tremẽtis motꝰ est
frequẽs in quo digiti partẽ inueniunt arterie: pars deficit cũ
spissitudine ⁊ debilitate qualis tremẽtis ẽ motus. Hec ẽ gene
ris assignatio qõ ex dilatatiõis sumitur quantitate. Qõ
ãt expulsationũ sumitur vene numero in ordinatũ diuiditur
pulsum ⁊ in inordinatũ. Et ordinatus pulsus in vario iueni
tur pulsu qm̃ pulsus varij alius varietas ordinata ẽ per cir
culos equales ⁊ alius in ordinata: eius aũt varietatẽ que in
ordinata ẽ diximus. Que vero ordinata est circuitiones
habens certas eius ẽ pulsus in quo arteria varijs mouetur
motibus: dehinc redit ad primum: ⁊ eisdem mouetur: donec
ad eũ pertingat motũ i q̊ ⁊ p̃mũ termiatꝰ ẽ dehinc tertio ad
primũ redit ⁊ eodem ordĩe. quẽadmodum q tribꝰ mouet̃ ma
gnis motibus eq̃libusqꝫ tribus quoqꝫ pulsatiõibꝰ pauis ⁊ ad
inuicem equalibꝰ. Aut duabus magnis equalibus: ⁊ duabꝰ
paruis eq̃libꝰ: dehinc ad primũ redit: mouet̃qꝫ tribus ma-
gnis pulsationibus tribusqꝫ paruis: aut duabus magnis ⁊
duabus paruis: dehinc redit ad eũdẽ ordinem. Eadẽ est eiꝰ
ratio in celeri ⁊ tardo: quẽadmodũ si due fiant celeres pulsa
tiones: vnaqꝫ tarda: dehinc cõuertatur ⁊ duabus pulset cele
ribus pulsationibus: post quas tarda quã sequatur velox: il-
lãqꝫ tarda. Sic ⁊ in omnibus fit generibus pulsuũ in q̃bus
est varietas quatuor scil' primis generibus. Sciẽdũ ⁊ eni
tibi est. Quoniaꝫ cõpetentis mẽsure ⁊ inequalis: equalisqꝫ ⁊
varius: ordinatus ⁊ inordinatus. non sunt nisi in q̃tuor pri-
mis generibus: hoc est in genere quod ex q̃titate est dilatatõ
nis: ⁊ in eo qõ ex motꝰ q̃litate: ⁊ in eo qõ ex q̃titate virtutis
⁊ in eo qõ ex tempore quietis sumit̃ ⁊ defectus. Competentis
eteniꝫ ponderis ⁊ incõpetẽtis pulsꝰ: eq̃lisqꝫ ⁊ varius: ordiatꝰ
⁊ iordiatꝰ cõem hñt omnes varietatem: nec varietas in aliq̃
preter hec q̃tuor inuenit̃. In genere aũt subsistẽtie corporum
arteriarũ: ⁊ in q̃litatis earũ genere: ⁊ in eo eiꝰ quod cõtinent
non est illam inueniri. Neqꝫ etenim arteria a duritiei habi-
tudine imutari potest ĩ mollitiẽ: nec a mollitie in duriciẽ: nec
a calore in frigus: aut a frigore in calorem: nec a repletione ĩ
euacuationem: aut ab euacuatione in repletionem: ea in tem
poris q̃titate qua arteria ipsa pulsatione mouetur vna: aut
duabus aut tribus aut q̃tuor vsqꝫ decem. Quod qũ ita sit va
rietas nisi in q̃tuor non erit generibus de q̃bꝰ dictũ est. Et
oportet scire pulsum tẽperatũ in sex generibus inuẽiri tantũ
que sunt scil': genus ex dilatationis q̃titate: ⁊ quod ex quali-
tate motus: quodqꝫ ex subsistentia corporꝫ arteriarũ: ⁊ quod
ex qualitate corporũ earũ: ⁊ quod ex eis que ad concaua ve-
narum infusa sunt: quodqꝫ ex tẽpore ẽ quietis ⁊ defectus. Ge
nus aũt forte ⁊ debile quibus cõmunis est varietas: cõpeten-
tis scil' mẽsure: ⁊ contra genus equale ⁊ variũ: ordinatũ ⁊ in
ordinatum: tẽperantiam nõ norũt. Inter duas nãqꝫ diuersi-
tates vnius cuiusqꝫ sex generũ: diuersitas ⁊ speties quedã ẽ
media que est tẽperata vt medius inter magnum ⁊ paruum
pulsus: ⁊ inter celerem ⁊ tardum: inter mollem ⁊ durum: ⁊ in
ter frequẽtem ⁊ rarũ: inter plenum ⁊ vacuũ: inter calidũ ⁊ fri
gidum: qui horũ oĩum medius est tẽperatus inuenitur: quiqꝫ
temperatus est ⁊ ipse natururalis. Fortis aũt pulsus ⁊ debil'
mediũ non habet: tẽperatus ⁊enim nisi in sanis non est cor-
poribus ⁊ temperate cõplexionis. Sanitas porro nisi cũ vir
tute sana nõ erit: pulsũqꝫ tẽpatũ fortẽ ẽẽ oꝫ: q q̃to fortior tãto
tẽpatior est in sanitate. Debil' aũt pulsꝰ nisi ex virtutis nõ ẽ d
bilitate. ner virtutis debilitas nisi ex morbo. Qui aũt fortis
⁊ debilis medius ẽ nõ fortis sꝫ debilis ⁊ extra tẽperãtiã est.
qum virtus nullã habet mutationẽ nisi in debilitatẽ. Sic q̃ꝫ
⁊ pulsus equalis ⁊ varius tẽperamentũ nõ habent. Qm̃ qui
eq̃lis est ipse ⁊ naturalis est ac sanus: qqꝫ varius est ⁊ extra
naturã. nec ẽ nisi a morbo: ⁊ qui inter hos medius existit nõ
est equalis sꝫ varius: qũ eq̃lis pulsus mutationẽ nõ habeat
nisi in variũ. Et sciendũ qm̃ nõ omnis eq̃lis pulsus natu
ralis est nisi q perpetue ẽ tẽperiei. Est eiꝫ pulsus malus equa
lis ⁊ cõtinue malitie vt ptisicus pulsus ĩ quo corporis sb̃a in
sb̃am mutata ẽ morbi. Incõpetẽtis aũt mensure generis
pulsus qqꝫ ordinatus ⁊ iordinatus ẽ: qm̃ duo hec geuera nõ
sũt nisi in varijs pulsibus: nec põt inter ea esse tẽperatus pul
sus: qm̃ inter q̃ variat̃ variũ mediũ non est. Hec est decẽ ge-
nerũ pulsuũ assignatio ⁊ cuiusqꝫ generis diuersitas. De qui
bus qm̃ sufficiẽter dictũ est: ei q cuiusqꝫ vult diuersitatis ha-
bere sciẽtiam: iã de cãis q̃ quãqꝫ horũ faciũt diuersitatẽ vide
amus quo abinde sciatur quid queqꝫ earũ significet circa sa
nitatẽ ⁊ morbũ ⁊ habitudinẽ que nec morbus nec sanitas ẽ.

Capitulũ. 4m. de causis que quãqꝫ faciũt pulsuũ diuersi
tatem quidqꝫ res afferãt naturales in pulsu.

q Ueqꝫ pulsuũ diuersitas de q̃bus diximus in
ea quã assignauimus ẽ habitudĩe: aut
ad tẽperatũ collatione pulsũ: aut cuiqꝫ hoi propriũ.
Et temperatꝰ pulsus in sanis ẽ corporibꝰ tẽperatisqꝫ cõ-
plexione in quibus nulla ẽ earũ que eorũ in aliquo imutent
cõplexionem. Dictũ est aũt de eorũ signis corporũ quũ de cõ
plexiõe loqueremur. Qum ergo inuenitur pulsus in eo q hu
iusmodi habitudis est: medius inter oĩum diuersitates pulsu
um de quibus dictũ est in tantum vt eius sit remotio ab vno
quoqꝫ eorũ equalis eiusmodi homo in nãli ẽ habitudine sa-
nitatis ⁊ tẽperantia cõplexiõis. Si aũt ex tẽperãtiã ẽ in tãtũ
vt aliq̃ possit assignari diuersitãtũ q̃ dicte sũt nõ nãliũ sigm
ẽ hoieꝫ ab hitudĩe tẽpãtie egressũ ⁊ sanitatis ĩ morbi hitudĩe
aut extremorũ neutrũ. Proprius aũt pulsus hoiũ cuiqꝫ
necesse ẽ medio qũ qualis sit scire voluerit arteriã tãgere dũ
sanus ẽ hois longo tẽpore exerceaturqꝫ in eo diligenti exerci
tio vsqꝫ dũ oẽs eius sentiat naturales hitudĩes ⁊ quũ arteri-
as cõsulit sit hõ in habitudine sanitatis in qua nihil culpetur
⁊ qui nullo forti exercitatus sit motu: ⁊ pauca vsus sit quiete
ac otio nec cibo plenus sit: sed nec vacuus. Sic quoqꝫ pluri-

mũ nõ potauerit:sed nec balneo vsus sit aut coitu nec qui se
calori dederit aut frigori. Si enĩ huiusmodi obseruauerit na
turalẽ poterit cuiusqȝ hoĩs agnoscere pulsũ. Qum ergo eius
inuenerit pulsũ mutatũ a sua hitudine sciet abinde hoĩs imu
tatã eẽ habitudinẽ a natura ⁊ secessisse aut ad morbũ aut in
neutrũ habitudinẽ. Et quoniã medicãti ĩpossibile oĩuȝ ẽ ho-
minũ pulsus cognoscere:quin vnius ẽt ciuitatis populi pro-
priũ nõ põt scire pulsum cõsuetudĩe ⁊ exercitio: inũ vt nihil
illũ veritatis pretereat. Et si aliq̃ꝝ possit cognoscere pulsũ
hac qua docuimus via:nõ erit oĩno quin aliquis accedat hõ
quouis tẽpore cuius antehac scire pulsũ nõ possit:ideo neces
se illi ẽ scire quomõ naturalẽ qui ad ipsũ accesserit possit pul
sum cognoscere. Hec autẽ via ẽ vt res sciat naturales que pul
sum a naturali diuertũt tẽperantia. He aũt res sunt masculi
natura ⁊ que femie est cõplexionũ diuersitates corporũ hitu-
do:etas tẽpus presens anni regio aeris habitudo:cõceptꝰ sõ
nus experrectio. Masculi pulsus ⁊ femine quoniam pul
sus virorũ maior ẽ mulieꝝ pulsu ⁊ fortior:qm̃ vir calidior est
cõplexione q̃ mulier maiorisqȝ virtutis: maioris nãqȝ sunt
motus ⁊ amplioris exercitij quoniã ad huiusmõi eos natura
plasmauit. Mulierũ vero pulsus minor est q̃ virorũ:debili-
orqȝ ⁊ celerior. Debilior quidẽ quoniam mulieres debiliores
sunt quoniã sic eas nã cõposuit eo ꝙ parum egerẽt exerceri
nec fortius mouerẽtur. Minor quoqȝ factus ẽ ex caloris ea-
rum debilitate ⁊ iminutione a virili velociorqȝ q̃ virilis quo
celeritas illis aeris ingressum faciẽdo magni obtineat locũ.
Magnus nãqȝ pulsus nõ nisi ex virtutis est sanitate que ar
terias ad vltima vsqȝ dilatat ⁊ fines quos habent ⁊ ex calo-
ris fortitudine que aeream necessariã hȝ recreationẽ magnã
Quȝ eteñ calor magnus est necesse hȝ itroducere natura ae
ris plurimũ. Q si simul cũ eo virtus ẽ valida plurima dila-
tat arterias dilatationẽ ingrediturqȝ aer plurimus: ⁊ iuxta
qd̃ opus ẽ magnus. Inde ergo pulsus fit magnus. Si sit aũt
calor abundãs cũ magnitudĩe nã vtitur festinantia:quo qui
ingreditur dilatationẽ sequẽs aer amplior sit. Quod si imo-
deratus ẽ calor maiori eget refrigeratione:vtiturqȝ cũ celeri-
tate frequẽtia quo fit ingrediens multis aer vicibus multus
modico tẽpore. vt aũt calor abundat ⁊ virtus ĩmutata est ma
gnificare nõ põt arterias quo plurimus ingrediatur aer vti
tur ergo velocitate que magnitudinis locũ suppleat in aeris
tractu ictibus multis equali tpe illi quo dilatatur qum ma-
gnus ẽ pulsus arteria. Quȝ autẽ debilis est virtꝰ frequentia
opus illi est vti quo magnitudini eq̃polleat ⁊ celeritati ad ae
ris plurimũ tractũ plurime quãtitatis iuxta quod opus est
dilatationẽ sequẽtis. Qd̃ cũ ita sit necessario femiaꝝ pulsus
velocior ẽ q̃ virilis. Cõplonũ q̃ calida ẽ maiorẽ hȝ pulsũ
⁊ velociorẽ pp refrigerij caloris magnã necessitatẽ. Frigida
rũ aũt pulsus minor ẽ ⁊ tardior eo ꝙ parũ egẽt refrigeratio
ne. Que humide sũt pulsũ faciũt mollẽ:que vero sicce cõple-
xiones ⁊ earũ pulsus fit durus. Corporis vero hitudo si
quideȝ exilis ẽ:pulsus illi erit maior q̃ in plena habitudine
que multe est carnis fortiorqȝ:in plẽis cõtra carnosisqȝ cor-
poribꝰ:minor ⁊ debilior apparet pulsus. Arterie etenim ĩ ple
nis operiũtur grauantqȝ illas plurime carnes nisi ꝙ pulsus
plenoꝝ frequẽtior ẽ pp virtutis a magnificando arterias de
bilitatẽ vtiturqȝ frequẽtia que magnitudinis suppleat locum
Et oȝ rimeris exilia corpa ne forte eorũ exilitas ex mala sit
cõplexione ex̃naturali. Si sit enĩ eiusmõi nõ erit qualis dictꝰ
est pulsus. Et de hoc deinceps dicemus qum de pulsuũ imu-
tatione ab extranaturalibus cãis disputabimus. Et hec est
pulsus assignatio qui ex corporis est habitudine. Et sciendũ
quoniã sed raro accidit plenoꝝ pulsum corpoꝝ maiorẽ eẽ ⁊
fortiorẽ q̃ exiliũ:hocqȝ quȝ pleni ẽ corpis cõplo magis cali-
da q̃ exilis. Sic ẽt ɔtigit nõnullaꝝ maiores eẽ pulsus mulie
rũ ⁊ fortiores q̃ viroꝝ quorũdã. Hqȝ tũc fieri:qum mulieris
calidior ẽ q̃ viri cõplexio:sȝ hec raro ẽ videre. Immutatᷣ
aũt pulsus propter etatem. Quoniã puerorũ pulsus velox ẽ
frequẽs eo ꝙ magna inste illis qui in eis est refrigerandi ca
loris necessitas:qũ naturalis in puerorũ corporibus fortis
multusqȝ sit calor:estqȝ pariter in virtute tẽperatus nec mul-
tum magnus. Et qui puerorũ minoris sunt etatis:eorum
celerior est ⁊ frequẽtior pulsus:quoniam eorũ virtus debilior
est:suppletqȝ illis frequens:magni locũ ⁊ operã in aeris tra-
ctu. Iuuenuȝ aũt pulsus fortissimus est:⁊ maximus tẽpe-
rate celeritatis:propter caloris eorũ multitudinem ⁊ virtutis
robur:ideoqȝ magnitudo sufficit ⁊ tẽperata celeritas a cele-
ritatis nimio ⁊ frequentia. Senum vero pulsus paruus
est ⁊ debilis:tardus rarusqȝ propter ipsorũ cõplexionis frigi
dum ⁊ paucitatem necessitatis refrigerij magni:ac virtutis
debilitatem. Oium vero etatum pulsus:iuxta earũ longin
quitatem ⁊ propinquitatem ab his etatibꝰ apparebit. Quo
niam ⁊enim infantis pulsus in vltimo ẽ celeritatis ⁊ frequẽ
tie:temperatus in magnitudine ⁊ paruitate. Et senis ĩ senio
constituti in tarditatis vltimo ⁊ raritatis debilis ⁊ paruus.
Iuuenũ qui in statu sunt iuuẽtutis pulsus in vltimo fit ma-
gnitudinis ⁊ fortitudinis:temperatus in celeritate ⁊ tardita
te propter eas quas diximus causas facti sunt. Puerorũ pul
sus q̃to amplius crescunt fortiores fiunt:⁊ celeritas ĩminuitᷣ
ac frequentia:⁊ maiores fiunt donec ad iuuentutis veniant
etatem:tuncqȝ eorum pulsus in vltimo fit magnitudis ⁊ for-
titudinis ⁊ temperatur celeritas. Qũ autem ad etatem per-
uenerint grandiorum pulsus eorũ minui incipit oĩbus his
in habitudinibus: nec desistunt q̃to amplior etas accedit
he paulatim ĩminui habitudines donec ad etatem pertingãt
senectutis:fitqȝ eorũ pulsus paruus ⁊ tardus. Hoc ergo mo
do pulsus ex etatibus alteratur. Pulsus aũt ĩmutatio pp
anni tẽpora huiusmodi est. Anni tẽpora q̃tuor sũt:ver:estas
autũnus hiems. Et quoniam veris ⁊ autũni ɔplexio tempe
rata est in calore ⁊ frigiditate. ⁊ in eis pulsus magnus est ⁊
fortis qũ cõplexionis tẽperantia virtutem augeat ⁊ ɔseruet.
Celeritas autẽ ⁊ frequẽtia pulsus in his tẽporibus tempera-
ta est propter caloris tẽperieȝ. In estate vero quoniam eius
cõplexio magni est caloris ⁊ pulsus paruus erit ⁊ debilis:qũ
sit male ɔplexionis oĩs virtutem ĩminuere ⁊ debilitare:qũ qȝ
virtus debilis sit arterias dilatare vt magnus fiat pulsus nõ
preualet. Ideo ergo tẽpore hoc pulsꝰ velox factus ẽ⁊ frequẽs
quo equipolleat magno ad aerem trahendũ. Porro ĩ hie
me quoniaȝ eius cõplexio frigida est ⁊ humida:pulsus in ea
paruus erit ⁊ debilis tardusqȝ. Debilis quidẽ ⁊ paruus eoꝙ
virtus propter malã debilitatur complexionẽ. Tardus eo ꝙ
parũ refrigeratione egeat forti propter instãtiã frigoris:nisi
ꝙ hiemis pulsus fortior est q̃ estatis:eo ꝙ in corporis inte-
rioribus virtus sit congregata propter frigoris constantiam
⁊ estate dissoluitur virtus:eo ꝙ aeris calidũ illã extrahat a
corporibus. Porro estatis pulsus maior est q̃ hiemis pp ca-
lorem. Ad hunc itaqȝ modũ pulsus fit imutatio ex anni tem
poribus. Et sciendũ quoniã pulsus huiusmodi est ĩ cuiꝰqȝ
tẽporis medio:secundo scilꝫ quadrantis mense. In extremis
auteȝ eorũ:primo scilꝫ quadrãtis mẽse ⁊ tertio erit iuxta ꝓpin
quitatem tẽporis ⁊ longinquitatẽ a medio. Exẽpli gratiã in
veris principio pulsus magnus est fortior ⁊ celerior q̃ hieme
fuerit:minorqȝ ⁊ debilior ac tardior q̃ ĩ veris medio. Veris
aũt extremo pulsus erit minor debilior frequentior q̃ eius in
medio:maior vero ⁊ fortior ac celeritatis frequẽtieqȝ mino-
ris q̃ estate eo ꝙ medio sit propinquior veris. Sic se res ha-
bet ĩ primordijs ⁊ vltimis temporuȝ anni:fitqȝ pulsus propi-
quioris configurationis pulsui cuiusqȝ tẽporis iuxta cuiusqȝ
quadrantis tps ⁊ propinquitatem:hec est imutatio ex tẽpori
bus anni pulsuũ. Immutatur etiã ⁊ propter regiões:quo
niam qui calidas inhabitant terras vt regionẽ ethiopũ:pul
sus habent estatis pulsibus similes:qui vero frigidas qualꝫ ẽ
caleba ⁊ taneis confinia pulsus eoꝝ similis est pulsibus hie-
mis. Temperate autẽ cõplexionis regiones vt sunt que in re
cta posite sunt linea:qui inhabitat populus pulsu gaudet ve
ris ⁊ autũni pulsui simili. Quarũ auteȝ regionũ cõplexiones
inter has sunt eorũ pulsus populorũ medius erit inter habi-
tationum harũ pulsus:variatur tamẽ in augmento ⁊ dimi-
nutione iuxta loci eius propinquitateȝ ad vltimos. Et ad
hũc quoqȝ modũ res inuenitur esse in aeris habitudinibus.
Calidus etenim aer pulsum facit estati similem. Frigidꝰ ve-
ro pulsum efficit hiemali similẽ. Tẽperatusqȝ vernũ exhibet
pulsum in hoĩbus. Pregnantis aũt multis pulsꝰ magnꝰ
⁊ grauis celeritatis ac frequentie:quoniã ĩ pregnãtiũ corpori
bus fortis est calor:eo ꝙ earũ augeatᷣ calor ɔplexionis fetuũ
calore:qm̃qȝ calor eorũ arterijs cõtinuetur mulierũ ex arte-
rijs eorũ q̃ in secũdina sunt:quẽadmodũ ostensum est qũ de
fetus in matrice gñatione loq̃remur. Et eorũ pulsus in forti-
tudine ⁊ debilitate huiusmodi est. In quĩti mẽsis cõplemen
to medius est:qm̃ earũ virtus hoc tẽpore eiusmodi ẽ:eo ꝙ hꝫ
tẽpore fetus leuis sit propter sui paruitatẽ:nec ab eaꝝ trahit
corporibus cibũ plĩmũ:estqȝ in celeritate ⁊ frequẽtia tẽpera
tus. Facto aũt sexto mẽse earũ ĩminuitᷣ virtus:qm̃ fetus cre-
scit ⁊ naturã grauat ac debilitat:maiorẽqȝ trahit nutrimẽti
q̃titatẽ quã prius traxerat:ideoqȝ virtus debilitatur p̃gnã-
tis ⁊ pulsus fit abĩde debilis ⁊ tardus. In somno quoqȝ
qm̃ naturalis in eo calor in corpibus profũda cõuertitᷣ:dige
riturqȝ cibꝰ quẽadmodũ ostensũ est alio loco:⁊ pulsus puus
est ⁊ tardus. Si aũt submergitur somno hõ rarus fit pulsus

⁊ qū digesti fuerint cibi atqȝ in oē trāsmissi corp⁹: virtus roboratur ⁊ calor: fitqȝ inde pulsus magnus ⁊ fortis: nisi ꝙ tardior est ⁊ rarior. Si aūt prolixū fecerint somnū post ciborū digestionē donec cibi grauet̄ superfluitatib⁹ fit pulsus cū debilitate ⁊ mora puus q̄lis ⁊ añ fuerat. Ideo ergo expedit nobis postq̄ꝫ digesti fuerint cibi expergisci quo q̄ ex cibo gnāte sunt supfluitates egrediant̄ vt sputa. screatus. emūctiōes. vrina. egestio. Qū aliqs dormiens subito excitatur aliq̄ repentina cā: vt sono. voce aut vento qui ab ipso exijt: aut alia q̄uis cā turbat̄ nā. ⁊ pl'sus fit magnus fortis ac velox. freqūs. turbatus ⁊ tremēs. Qñ aūt quiescit excitatus in suū redit statū pulsus. Hec est cārū assignatio nāliū que pulsū imutant ab temperātie habitudie: ⁊ cuiqȝ faciūt hoiuȝ propriū pulsū nālem: q in oi tpe ⁊ oi cognoscat̄ loco oiqȝ bitudine. Opȝ itaqȝ qū hois inuenerit pulsū medicus alteratū ab illi ꝓprio pulsu ⁊ secedisse ad bitudies varias vt significet abide qm̄ corpus a nāli immutatū ē habitudine q̄uis alteratiōe iuxta imutantes pulsū nālem cās. Que aūt imutant nālem cause pulsum duo habēt genera: res scilȝ extranaturales ⁊ res nō naturales. Et nos horū duū ostendemus diuersitates gnūȝ ⁊ cuiusqȝ earū habitudinē: ⁊ q̄ sit pulsus imutatiōis cā. Hoc loco incipiemusqȝ de non nāliū genere rerū.

Cap^m. 5^m. de pulsus ꝑꝑ res nō naturales imutatione.

DIco qm̄ cārū non naturaliū genus medie sunt cāe inter naturales ⁊ extranaturales cās. Sunt aūt horū quatuor genera. Exercitiū balneum cibus ⁊ pot⁹. Et nos primū de ea quā exercitiū pulsus facit imutatione dicem⁹. Dico ergo quoniā exercitiū tēperatū pulsum facit magnū fortē velocē. frequētē. Si etenim tēperatum fuerit exercitiū superfluitates dissoluit. mēbra cōfortat. calorē auget naturalē quēadmodū ostendimus qum de exercitij in corpore actionib⁹ diximus. Si autē superabūdet tēperato pulsū facit paruū debilē durū: tardū ⁊ rarū. Si eteniȝ homo exercitio fuerit vsus imoderato ⁊ graui fatigatus labore ei⁹ debilitatur virtus: ideoqȝ pulsus fit debilis: dissoluitur calor naturalis ⁊ iminuitur. vnde ⁊ pulsus fit tardus ac rarus: ex caloris paucitate ⁊ duritics ex dissolutiōe humiditatis ⁊ siccitatis aduētu: hic est quē exercitiū facit pulsus. Facit āt ⁊ balneū pulsū: quod in duas diuiditur partes. altera est aer calidus. altera aq̄. aqua quoqȝ in duas distribuitur frigidaȝ ⁊ calidā. Et aqua calida ac aer similis si quis illis vtatur tēperate pulsū faciunt fortē. magnū. velocē. frequētē. Balneum nāqȝ tēperatū virtutē auget eo ꝙ a corpore superfluitates dissoluit. ideoqȝ pulsus cōfortat̄. corpus quoqȝ calefacit: vnde ⁊ pulsus fit velox ⁊ freqūēs: estqȝ pariter mollis ꝑꝑ eā quā lucrātur mēbra humiditatē: maxime si suauis fuerit aque balneū. ꝙ si in balneo fuerit hō imoratus fit quēadmodum fuerat pulsus paruus ⁊ debilior celeritate ⁊ frequētia superstitibus vt precesserāt mō. Si eteni morā in balneo ꝓlixiorē hō fecerit virtus debilitatur eius amplius q̄ꝫ a materia dissoluatur: ideoqȝ pulsus fit debilis. augetur aūt corporis calor iōqȝ ⁊ pulsus celeritas fitqȝ inter mollē ⁊ durū tēperat⁹. Si auteȝ diuti⁹ imoratus fuerit donec natural' dissoluatur calor pulsus puus. debilis. tardus. rarusqȝ efficitur quēadmodum in exercitio ꝯtingit imoderatos. Si sit autē aque balneū frigide ⁊ q balneat̄ corpis corpulēti ⁊ tpate imorat̄ puls⁹ fit magn⁹ fortis ⁊ velox. Frig⁹ nāqȝ qū tēperatū ē virtutē cōgregat ⁊ calorē naturalē ⁊ in corpis iteriorib⁹ circūcludit. Si āt ꝓlixior in aqua fiat frigida mora intantum vt calor corpis ꝓfūdo imergat̄ pulsus paruus tardus frequensqȝ redditur propter eam q̄ virtuti fit suffocationē. Quȝ vero qui balneatur frigida exilis est ⁊ pauce admodū carnis: moraqȝ eius i aq̄ tēperata est. debilis ⁊ tardus illi fit pulsus. In huiusmōi nāqȝ corpibus frigus peruenit aq̄ ad mēbra interiora velotius ꝑpter carnis paucitatem: ideoqȝ calor debilitat̄ naturalis ⁊ virtus iminuitur. Est aūt siml' ēt durus eo ꝙ vene partes aq̄ spissent̄ frigido. Qui si imoratus fuerit in ea vt calor ad interiora corporis profūdaqȝ cōuertatur ⁊ mēbris fiat obuiū: imixtūqȝ frigus pricipalibus corūqȝ imergat̄ substātie in vltimo percutit pulsus debilitatis ⁊ puitatis ac frequētie pariterqȝ durus ē. Et ad hūc modū pulsus a balneo fit imutatō.

Cibi ēt imutant pulsus: aut sua q̄ꝫtitate aut q̄litate. Quātitate quidē qm̄ qū pl'imū accipit homo cibū pulsus in principijs fit varius ⁊ iordinatus. Cibus nāqȝ tāetsi virtutē grauet. sȝ tñ aliqñ post excitat̄ ad eius decoctionē: fitqȝ fortis ⁊ magnus pulsus. Aliqñ vincit̄ cibo ⁊ pulsus paruus ac debilis redditur: estqȝ cū varietate mollis ꝓpter eā que fit illi ex cibo hūiditatē. Ut aūt plena digestus est decoctione cibus ⁊ ad mēbra mittitur: pulsus fit fortis ⁊ velox: qm̄ si bene cibus fuerit digestus virtutē auget calorēqȝ naturalē: comitāturqȝ precedētia pulsus mollities. Qō si modicā sumat ciboꝝ quātitatem quorū ad mēbra missio acceleretur pulsūȝ faciūt paulo minorem magno ⁊ minus fortē: minusqȝ festinū q̄ꝫ sit quȝ cibus digestus ē: redditurqȝ inter mollē duꝝ tēperatus: imutāt cibi sua quoqȝ qualitate pulsūȝ: qm̄ quorū ē calida cōplexio cibi cū predictis pulsui celeritatē addūt ⁊ frequētiā. Qui vero frigidi ⁊ morā ⁊ raritatē. Hūidi cibi corporis arteriaꝝ augent mollitiē. Potus vero iuxta sue cōplexionis naturam ⁊ pulsum facit: aq̄ quidem frigida ē ⁊ hūida ⁊ paꝝ: immo vt nōnulli tradūt oio non nutrit: parua imutat pulsum alteratione. Que qm̄ tarde trāsmittitur pulsum facit ciborū pulsui similem ⁊ diu eius durat imutatio q̄ꝫ diu ⁊ ipsa i stō. Qꝫ si grauis ē aqua frigiditatis ⁊ pulsus fit durus ⁊ si tepida mollis. Porro vinum in pulsu idem circa pulsum quod ⁊ digesti operātur cibi: facit nāqȝ illū magnum ⁊ fortem velocemqȝ: nisi ꝙ eius virtus ciborum subest virtuti digestorum eo qȝ cibi plurimo reficiunt nutrimento ⁊ maiori q̄ꝫ vinum. Cibi quoqȝ virtutē augēt: vinū celeritatē nisi ꝙ quā fac̄ pl's⁹ festinantiā breui fit tēpore eo ꝙ celerius advenas imittatur: citiusqȝ in sanguineȝ vertitur. Reliqui oēs potus qui frigidi sunt pulsūȝ faciūt paruū ⁊ tardū: qui calidi celerē ⁊ frequētē. Et hic est quē faciunt nō naturales cāe pulsus.

Capitulū. vj. de pulsuū imutatione ꝑꝑ res extranāles.

PUlsus qui ab extranaturalib⁹ fiunt cāis hoc exponem⁹ loco. Dico ergo que extra naturā sunt cāe pulsus imutātes morbi sunt ⁊ accidentia illos sequētia que a cāis inducūtur ⁊ fiunt nō naturalibus quȝ in carū vsu modū ⁊ terminos hō trāsgreditur: trāsferturqȝ corpus a naturali ad extranaturaleȝ habitudinem quēadmodum alias hoc libro iā diximus. Et quoniam morbi ⁊ morboꝝ accidētia plurimarū sunt diuersitatū: cōcluserunt eas medicorū antiqui sub duobus oēs cōibus generibus: ⁊ aiūt quoniā imutātes pulsū cāe extranaturali imutatione duo hñt genera. aut eni dissipāt virtutē ⁊ dissoluūt: aut grauāt ⁊ cōprimūt. Et que dissipant ⁊ dissoluūt virtutem ciborū priuatio ē morborū nequitia ⁊ aialia accidentia ac grauis dolor ⁊ imoderata euacuatō. Que āt grauāt ⁊ opprimūt virtutē ē repletio: hūorū copia ⁊ que extra naturā est crossities vt calidū apostema ⁊ frigidū aliaqȝ. Et nos primū dicemus de eorū operatiōe circa pulsum que virtutē dissipant ⁊ dissoluūt. Dico ergo quoniā dissoluētes virtutē res pulsum faciunt paruū debilē velocē ⁊ frequētē: ⁊ quāto amplius virtus soluitur ⁊ debilitatur ⁊ pulsus paruitas augmētatur: ⁊ debilitas fitqȝ pariter tardus donec oino perferatur i virtutis casu vsqȝ formiculosū qui in vltimo est debilitatis paruitatis ⁊ frequētie. vtitur autē frequētia hac in hitudine natura quo eqpolleat illi in magnitudine ⁊ eius locū attrahēs aerē suppleat virtus per magnitudinē ⁊ celeritatē. Aliquotiens autē fit pulsus vermiculosus: nūc quidē in virtutis dissolutione: nūc in euacuationibus que subito semelqȝ fiunt: vt in sanguinis eruptione a venis ⁊ arterijs in vulnerib⁹ aut phlebotomia: aut a naribus fluxu ⁊ imoderata solutione alijsqȝ huiusmodi similibus. Accidit auteȝ ⁊ pulsus subito semelqȝ formiculosus qum virtus casu cadit imoderato semel quēadmodū in defectu q virtutis ē casus vitalis scl'. Aiūt autem nōnulli pulsum precedi formiculosum a vermiculoso q̄ꝫtulocūqȝ tempore: nisi ꝙ in defectu pulsus oio vermiculosus non fit q̄ꝫtitate temporis que sensui pateat. Qum eteniȝ pulsus factus fuerit vermiculosus statim transit in formiculosum nec in vermiculoso permanet. Hec est vniuersalis causarum assignatio que virtutē dissipant ⁊ dissoluūt. Disgregate aūt ⁊ singulariter. Ciborū priuatio in principijs pulsum facit ꝑuum ⁊ debilem: quoniam naturalis calor sua est adhuc i habitudine. Nōnunq̄ꝫ acumē adijcitur: fitqȝ pulsus velox ⁊ frequens. Qꝫ si tan diutiua est ciborū priuatio vt calor iminuat̄ naturalis: fit pulsus paruus debilis tardus ⁊ rar⁹. Qꝫ si eo vsqȝ ciborū perstat priuatio: donec virtus dissoluatur puls⁹ in vltimo erit paruitatis: debilitatis ⁊ tarditatis: qūqȝ virt⁹ sic dissoluta est: ⁊ homo adhuc viuit: respiratione indiget aeris: fit abinde multe frequētie pulsus quo per eam attrahat aerem que necessaria est q̄ꝫtitate. Hec est pulsus imutatio que ex ciborum fit priuatiōe. Eius aūt imutatio malitie morborum cā huiusmodi est. Qui pessimi sunt morbi: pulsum faciunt formiculosum: quoniam morbus pessimus ⁊ neq̄ꝫ virtutem ⁊ consumit ⁊ ad casum cogit celerius. In accidentibus autem animalibus que sunt ira: gaudium tristitia. Ire quidē tempore pulsus est magnus fortis ⁊ velox: ac frequens: quoniam virtus ⁊ calor naturalis dū irrascitur homo semel ad

corporis exeūt manifesta: confortanturq; ad vindicte petitionem: τ vltionis ac victorie: super eum qui nocuit: est aūt circa duritiem tēperatus τ mollitiem. In gaudio vero eo ꝙ naturalis in eo calor pedetētim ad exteriora progreditur: pulsus est magnus: inter fortitudinē medius τ debilitatem τ inter celerem τ tardū: quoniā hac in habitudine magna nō multum opus est refrigeratione propter caloris tēperiem. In cura quoniaz naturalis ad profundum corporis calor paulatim reducitur. Pulsus erit paruus debilis ac tardus. Et si diuturnior cura fuerit ac tristitia: donec ad cōsumptionē perducat virtus: pulsus primo vermiculosus in vltimis ad formiculosum cōuertitur qū iā dissoluta cadit virtus. In terrore vero quoniaz calor naturalis totus τ repēte ac semel corporis refugit ad profundum: virtus quoq; simul refugit aliquādo ab eo quod timetur τ aliquando manifestatur qū refugium sperat. Hacq; de causa pulsus fit velox turbatus tremulus: quemadmodū τ a causis fit trementibus: est pariter varius inordinatus propter imutationes que in timore fiunt timenti. Si perstet aūt formido: τ in eadem durat cogitatus habitudine: pulsus huiusmodi tristium fit similis pulsui. Si aūt eo vsq; in hoīe hec perseuerent donec virtus dissoluat: pulsus ad vermiculosuz defluit: dehinc deficit ad formiculosuz. Hec est pulsus assignatio qui ex animalibus fit accidentibꝰ.

Qui autē ex dolore talis est. Dolor autem erit in nobiliū aliquo mēbrorum vt epate τ stomacho: τ fit ab eo vermiculosus pulsus: aut in ignobilibus mēbris vt manu τ pede: estq; grauis τ imoderatus: fitq; ab eo qualis τ a nobilium dolore mēbrorum pulsus malus. Dolor autē quz in mēbris est nobilibus vel non nobilibus: pulsum in principijs facit fortem velocem τ frequentē: quoniā eo natura tempore ad expellendum quod nocet cōmota est: ideoq; τ virtus mouetur vital' ac calor natural'. Si vero durauerit eo vsq; dolor donec virtus deficiat: pulsus fit paruus: debilisq; τ caloris causa velox τ frequens: pariterq; τ varius est multa varietate: tumultuationis doloris causa diuersis varijsq; secūdū augmētum τ diminutionez tēporibus. Huiusmodi dolor pulsus adducit.

Euacuationis vero: vt solutio τ diaria sanguinis a naribus fluxus: τ inferius in vtroq; sexu sanguinis eruptio que ex venis fit τ arterijs pulsus faciūt huiusmodi. Harū in principijs passione pulsus paruus est τ debilis tardꝰ ac frequēs pariter vacuus propter materiarū euacuationem ab his venis. Que vt perseuerant pulsus ad vermiculosuz declinat. Et in vltimis qū virtus cadit in formiculosuz. Qū aūt euacuatio semel fit: pulsus in primis vermiculosus ē τ dehinc ad formiculosum trāsfertur. Hec est imutationis pulsuū que ex virtutis dissolutione fit assignatio.

Capitulū. vij. de pulsus imutatione propter virtutē grauantes causas.

P Ero imutationis pulsus que a causis virtutem aggrauātibus τ opprimētibus fiūt diuersitates plures sunt ꝙ̄ pulsus qui ex causis virtutem fit dissoluentibus: eo ꝙ qui ex causis fiunt morbi virtutem grauantibus τ opprimentibus plures sunt morbis a virtutem dissoluētibus factis. Uirtus nāq; opprimitur τ grauatur ex humorū copia τ repletione. Humores aūt si multiplicētur passionem faciūt secūduz cōgregationē τ mēbri hitudiēz in suba τ actiōe. Ideo ergo q̄ ex repletiōibꝰ fiūt passiōes plēs sunt ꝙ̄ ab euacuatione. Et nos incipiemꝰ primū q̄ ex repletionibus passiōes fiunt: τ cuiusmodi pulsus est i singulis habitudo: sz primū de eo qui in oībus ipsis cōis ē pulsus. Dico qm̄ pulsus passionibꝰ que ex aggrauātibus fiūt causis cōis paruus est τ debilis ac plenus: qm̄ virtus debilitatur eo ꝙ ipam hūores aggrauēt: vnde τ pulsus fit debilis. Paruitas aūt virtutis sequitur debilitatē que dilatationē minie facere pōt bonam arteriarū ex supfluitatibus. Est aūt pariter τ frequēs ꝑpter necessitatis accelerātiaz τ a magno defectum: τ quoniā virtus nūc superat ea a quibus opprimitur τ vincit. nunc illis succūbit τ vincitur. pulsus fit varius τ inordinatꝰ quēadmodum ignis accidit flāme super quē lignorū proijcitur copia motus varietas. Flāma eteim q̄nq; in lignis operatur τ adurit ea: quādoq; lignorū vincitur copia τ extiguitur: quādoq; debiliter isurgit τ debiliter mouetur: aliquādo fortius operatur τ fortiter mouetur: alicq; huiusmodi fiunt varietates motꝰ que ineq̄liter occurrūt. Uarietates autē τ ordinis priuatio hac in habitudine inueniūtur in oībus diuersitatibus in quibꝰ varietas ē in magnitudine. s. fortitudie celeritate τ frequētia. Et si virtus plurimū grauatur τ i multis ē varietas diuersitatibꝰ. Si āt parū in paucis ē eā ineniri. Aut i magnitudie aut i virtute. aut i celeritate vl' harū duabꝰ

Maxie aūt in pulsus diuersitatibꝰ fortis debilis parui τ magni intercidit varietas. Quz τ eiz virtus materie resistit pulsationū magnarū numerus totus ē quotꝰ τ pulsationū paruarū. Q si virtutez superet materia pulsationū paruarū ac debiliū maior ē numerus ꝙ̄ magnarū τ fortiū. Si vero materiā superet τ vincat virtus fortes τ magne pulsatiōes plis numeri sunt ꝙ̄ parue debilesq;. Nōnūꝙ aūt subito mouetur virtus aliqua que illā ipellit habitudine percutitq; digitos semel quietis tempore τ putatur abinde abūdantior. Nature τ eim quietis tēpore aliquid nocēs nōnūꝙ accidit ab his que grauant. necesseq; est illi ad expellendum moueri quod nocuit. Et rursus fit virtutem quandoq; debilitari motus tempore in tātū vt necesse sit illi quiescere: ideoq; vna decidit a tribus aut quatuor vel pluribꝰ pulsationibus. Hec est cōis assignatio pulsus repleti τ quoꝝ grauatur virtus ex humorum copia. Disgregatim autem τ singulariter quo modo τ quis sit hoc explanabimus loco. Dico qm̄ cuz repletio in corpōe fuerit pulsus q̄lē diximꝰ in cōibꝰ erit. nisi ꝙ si repletio ex sanguine fuerit pulsus cū eoruz que dicta sunt obseruātia: magnus est τ velox ac frequēs propter sanguinis calorē τ est circa mollitiez tēperatus ac duritiem: similisq; plenus τ calidus. Qū aūt ex cholera est rubea repletio: velocior est τ frequentior pulsus: propter calefactionis cholere rubee magnitudinem: τ inclinat ad duritiez siccitatis causa: maior eiz eius est diuersitas propter cholere rubee motus copiam. Et si ex phlegmate est repletio: paruus erit pulsus τ tardus ac rarior τ sensui mollior minusq; varius. Qd si ex cholera fuerit nigra mollitiei erit loco durities propter cholere nigre siccitatem. Et quoniā durities virtuti dilatationis est iobediēs pulsus erit minor τ minus varius. Qū aūt humoribus his in corpore putrescere accidit: τ fiunt ex eis febres: pulsus magnus est velox ac frequēs varius tactui calidꝰ: eritq; augmentū τ diminutio in habitudinibꝰ his: iuxta humoris ꝙ̄titatem τ cōplexionē eius naturalem. Si fit eteni putridus humor ex cholera rubea: τ est ꝙ̄titate multus τ pulsꝰ maior erit ac vehemētior frequentior maioris varietatis. Si sit aūt ꝙ̄titate paruus: circa has minor est habitudines. Et si q putruit humor a phlegmate est τ multe ꝙ̄titatis: pulsus paulo minor est a magno τ veloci. Et si eiꝰ pauca est ꝙ̄titas: circa hec imminutus est τ minus durus ac varius phlegmatice causa hūiditatis. Quod si ex cholera est nigra putridꝰ corporis humor: erit qū his que dicta sunt duritiei maioris nigre cholere siccitatis causa. Hec est pulsus assignatio qua multitudo significatur humorū τ paucitas si in omni sit in corpore. Qd si in vno mēbrorū sit aliquo vt multas faciat passionū diuersitates: quales habeat pulsus hoc exponemus loco.

Capitulū. viij. de pulsibꝰ apostematū spēs significātibꝰ.

M Embrorū quodq; si in eo humor aliquis fuerit congregatus: aut apostema producit aut spetiem morborū quāpiā. Et nos primū de apostemate dicemus: τ quem faciat pulsuz apostema. Dico quoniaz apostemata plimū diuersa sunt: aut pp illa humorē facientia: vt apostema calidū quod ex sanguine fit τ vocatur phlegmon. Aut quod ex cholera rubea τ dicit herisipilla. Aut quod ex phlegmate fit frigidum apostema qd ēt vndimia vocat. Aut qd fit ex nigra τ appellat schros aut pp i q̄ fiūt mēbri locū: quēadmodū q̄ accidūt i cerebro: in stō in manu. i pede. aut pp mēbri sb antiā: quēadmodū i carneo mēbro aut neruoso: aut multarū venarū: vel multarum arteriarū: aut pp ipsius quātitatē: si paruū ē aut magnū. Et qum hac apostemata variētur diuersitate τ pulsus quoq; hz quāq; eorū spēm variat. Et nos a pulsu icipiemus quē apostema facit calidū phlegmō vocatū ostendemusq; eius diuersitatibus imutationis que illi accidit habitudinē primumq; pulsū quē huius apostematis nā simpliciter facit assignabimus. Dico ergo qm̄ calidū qd phlegmon vocatur apostema tumor ē exterior a re naturali ex superfluitatibus malis τ sanguineis factū ad mēbrū defluentibꝰ: qd replent τ extendunt pariterq; venas τ arterias que in eo sunt: comitaturq; huiusmodi durities dolor meatuū oppilatio oppressiōis cā. Sequitur aūt oppilationē anhelitus ꝑuatio: putrescitq; abinde materia τ in saniē vertitur. Et si apostema magnū ē aut in nobiliū aliquo mēbroꝝ febris abide fit. Et si eiusmodi res est τ pulsus erit in calido apostēate durus. paruus. frequēs. velox. varius varietate seracea. Durus quidē pp arteriaruz extensionē τ mēbri. Paruus autē pp corpis arteriarū duritiem τ virtutis debilitatē quz arterie dure virtuti dilatationis inobedientes sint vt plene dilatētur debilisq; virtus ab arteriarū plena deficiat dilatatione: Frequēs autē est τ velox eo

ꝙ multa sit refrigerationis necessitas pp apostematis calo-
rem qum nõ possit dilatare arterias virtus quãtũ sufficiẽs ẽ
semel. varius quidẽ ⁊ freus quoniã duritiesarteriam non
ꝑmittit ad dilatatiõis attingere finẽ: sed cogit illã icisa ⁊ am-
putata moueri dilatatione. Quare eius quedam dilatantur
partes dilatatione magna quedã parua. fitqꝫ hac de cã eius
figura sub digitis qualis ẽ frã. His itaqꝫ de cãis pulsus in
apostemate calido durus ẽ. paruus. velox. freques ⁊ varieta
te frea varius. Et quoniã cuiqꝫ quatuor sunt tpa morbo.
Initiũ qum incipit. s. ⁊ augmẽti tẽpus qñ eius augetur virtꝰ:
status ⁊ tunc grauior ẽ ⁊ difficilior ꝙ fuerat. Declinatio imi
nutiõis. s. tẽpus ⁊ quietis: ⁊ apostematis quoqꝫ quatuor hec
sunt tẽpora. Est autẽ pulsus in singulis tẽporibus ab aliorũ
diuersus tẽporũ pulsu. In principio nãqꝫ apostematis cali-
di parue est duritiei pulsus. magnus. fortis. velox ⁊ frequens
ret ⁊ hypostasim que a phlegmate: ne forte fallaris ⁊ in iudi-
tio pecces. Differunt ergo quoniā sanies fetidi ē odoris. Hec
de vrinarū significationibus qua morbi sigificātur ⁊ passio-
nes dixisse sufficiat.

Capituluꝫ. xvj. de significationibus eorū que a corpore
egeruntur.

e T quoniaꝫ de vrina dictum est ⁊ eius si-
gnificatiōibus: quasqꝫ signi
ficet corporis habitudines circa maturationē ⁊ alia
iam de egestionibus dicendū videtur quasqꝫ he significent
habitudines. Dico quoniam egestionuꝫ significationes
corporis habitudines minus cōmunes sunt: ꝙ que vrinaruꝫ
eē ostense sunt. Per vrinam nāqꝫ que ī venis epate queqꝫ in
vrine sunt organis passiones significantur. Egestio aūt eas
que in stomacho ⁊ itestinis sunt passiones ostendit: queqꝫ sit
in eis digestionis virtus ⁊ debilitas. Significatio autem
egestionis qua corporis significantur habitudines quatuor
ex rebus variatur: ex q̄ntitate: ex qualitate: ex egressionis tē-
pore: ⁊ ex ea cum qua egreditur habitudine: dico autem ha-
bitudinē hanc: quoniā aut cū sono egreditur: aut cū vnctuo-
sitate: aut cum viscositate vel similibus. Ex q̄ntitate quidē
variatur quoniam sua in q̄ntitate: egestio in tria seperatur in
multum. s. parum ⁊ medium. Horū autem quodqꝫ excollatio
ne iudicatur: aut ad ciborum. s. q̄ntitatem: aut ad qualitateꝫ.
Et hec ad q̄ntitatem cibi collatio est quoniam si multi sunt ci
bi ⁊ egestio multa: organorū cibi significat virtuteꝫ ⁊ saluteꝫ.
Sic ⁊ si cibus paucus est egestio quoqꝫ sequatur pauca. Qū
aūt multis comestis cibis egestio pauca est: debilitatem orga
norū cibi ⁊ expellētis significat virtutis. Quod si egestio mul
ta ex paucis fiet cibis expellētis significat virtutis fortitudi-
nem pascētisqꝫ debilitateꝫ virtutis: sed ⁊ superfluitates quas
expellit natura cū egestione: iuxta egestionis q̄ntitateꝫ q̄ egre
ditur eorūqꝫ que cū ea egerūtur: pariterqꝫ si persiterit portē
dit futuram matiem. Coll̄o vero eius ad qualitatē cibi: quo-
niam cibus quidaꝫ amplior ad corpus peruenit: ꝙ purgamē
ta eius egrediantur: vt musa ⁊ nuces. Aliusqꝫ est cuius pur-
gamēta plura sunt ꝙ ipse qui sumitur cibus vt pastinaca ⁊ se
lianū. Alius cuius purgamentorū q̄ntitas equalis est qui su-
mitur cibo vt farine mūde panis: caro agnorū annualis: ⁊ e
dulina. Significationes igitur harū sunt diuersitatū ex cibo
⁊ egestionis cōfiguratione ad cibi qualitatē ⁊ eius temperan
tia in liquore. Tēperate etenim qualitatis egestio ipsa natu-
ralis est: si iuxta ciboruꝫ fuerit q̄ntitatem. Que aūt ex qualita
te sumitur egestionis significatio in tres diuiditur partes: q̄
rum prima liquor est: scđa color: tertia odor. Ex liquore
quoniā liquor aut humidus est: aut siccus. Et humida signi
ficat egestio aut succositatem cibi ad epar non iti. Aut quo-
niam humores in stomachuꝫ influunt: ⁊ eius nō mittunt ad
epar succositatem. Aut certe humores ad itestina defluentes
qui egestioni mixti ipsaꝫ humectant. Hec autē ex egestionis
agnoscuntur calore. Si etenim eius sit color qui ⁊ cibi signifi
cat nihil ad epar missū. Si vero alicuius humorū colore tin
gitur humores significat ad interiora defluentes. Egestio au
tem sicca robusti significat caloris nimietatē qui in cibi orga
nis humiditatē eius ebibit. Aut quoniā nimiū cibo corpus
egebat: eparqꝫ fortiter cibi attraxisse succositatē. Ex colo-
re aūt egestionis sumitur significatio: quoniā alius quidē co
lor ad igneū declinat ⁊ alius igneus est ⁊ in alia nihil est cro
ceum: alius croceus: alius viridis: alius niger. Igneꝰ nō ple
nus egestionis ē naturalis que sanitatē significat: si circa sic-
citatem ⁊ humiditatē tēperata fuerit. Igneus vero choleraꝫ
rubeā significat dominātem eiusqꝫ multū ad intestina deflu-
xum. Si igitur in morbi appareat principijs: cholere rubee
significat multitudinem. Si in declinatione corporis purga
tionem. Et in qua non est croceus color egestio omnino si
gnificat quoniā nihil cholerarū ad itestina descēdit ꝑ meatꝰ
qui a felle ad ea sūt: aut qm̄ cholera ad aliū tēdit ⁊ īfluit locū
quēadmodū ī ictericijs fit. Crocea aūt egestio significat
cholerarū maiorē ꝙ oporteat fluxū ad itestina. Viridis
vero cholerā significat ziniaricā ⁊ calorē imoderatū qui do
minatur stō. Et si eius viror coloris porrei est minus maluꝫ.

Porro nigra egestio imoderatā significat cholerā nigrā
aut naturalis extinctionē caloris. Et hec egestionis pessima
ē: mortisqꝫ signū nisi forte paulatim euacuetur. Ex odo-
re quoqꝫ sumitur egestionis significatio. Si sit etenim odor
eius acerbus frigiditatē ⁊ phlegma significat acerbū. Qum
vero putridus putredinē ostendit. Et ex egestionis tēpo
re significationes sumūtur: quoniā eius egressus tēpora di-
uersa sunt: aut eni accelerat aut cōsueto exit tēpore aut imo-
ratur. Que imoratur virtutis significat expellentis debilita
tē. Aut qm̄ egestio ad itestina cito non descēdit: aut digestio-
nis morā. Cuiꝰ aūt accelerat egressus aut retinētis debilita-
tē virtutis. aut qm̄ aliquid virtutē mouet expellentē significat
que aut cholera est influēs ⁊ mordet stomachū aut cibus pū
gens aut pustule ⁊ vlcera que in stō sunt: que pūgit cibus. co
giturqꝫ virtus depellens ad motū alio ꝙ suo tēpore. Que āt
suo egreditur tēpore cōsueto: regentis corpus ostendit virtu-
tis sanitatē. Egreditur quoqꝫ varia habitudine egestio:
quoniā aut cū sonitu aut cū vnctuositate aut viscositate aut
cū spuma: aut certe leuis est ⁊ aque supernatans: aut eum ea

sanguis egreditur aut sanies. Et que cum sonitu emittitur si gnificat quoniã egestionẽ humiditas miscet in qua ventosi tas ẽ inflatiua. aut quoniã intestina frigiditatis cã densata sunt que illis dñatur. Unctuosa autẽ egestio adipis significat liquefactionẽ ꝛ pinguedinis. Et si simul viscosa sit membroꝝ principaliũ significat liquefactionẽ. Spũosa egestio calorem signat fortẽ quẽadmoduꝫ in cacabis fit bullientibus: aut vẽtositatẽ que illi cõmiscetur vt i mari ẽ ex vẽtorũ flatu videre ꝛ vndarũ motu. Leuis aũt egestio que super aquam natat: ventositatẽ significat imixtã quẽadmodũ colicis accidit. Cũ qua vero sanguis emittitur aut sanies. sãguis quidẽ vulnera significat: aut in intestinis subtilibus aut crossis. sanies vero intestinorũ vlcera. Et si sanguis ꝛ saniei ante fit emissio ꝙ egestionis: intestinorum significat crossorum vlcera. Si autem post egestionem intestinis in subtilibus ea esse ostendit. Qꝫ si imixta sunt simul omnia. mediorum significat intestinoꝝ vlcera. Hec õ egestionũ significatõe dicẽda videbant.

Capꝫ. xvij. de screatuũ ꝛ sputorum significationibus.

q Uod natura ab istis expellit anhelitus: i pleuresi ꝛ peripleumonia aut imaturũ ẽ ꝛ vocatur salina. Aut maturũ ꝛ dr̃ sputũ. Horũ aũt significatio qua passiones significãtur que i spũs fiũt organis quatuor est modis diuersa. Prio ex ꝙtitate. Secundo ex qualitate. Tertio ex tẽpore. Quarto ex mittẽdi modo. Ex quãtitate qm̃ sputum aliquãdo multum est: aliquãdo paucũ: aliquãdo mediũ: horũ nõnunquaꝫ aut nihil emittit patiẽs. Sputũ multũ maturitatẽ significat: ꝛ qm̃ morbi statũ attigit. Paucũ significat nãꝫ icepisse ematurationẽ: ꝛ qm̃ morbꝰ initium transijt ꝛ augmentum icepit. Qꝫ si temperatũ erit iter multũ ꝛ parum naturã morbũ maturasse significat quadam maturitate ꝛ morbũ adhuc i augmentis esse. Qum aũt nihil oino emittiẽ morbus i pricipijs ẽẽ significatur. Ex qualitate quoqꝫ dr̃ significatio. sꝫ hec in quatuor distribuitur partes: i liquorem. i colorẽ. in odoreꝫ in figuraꝫ. Et sputi liquor aut tenuis ẽ ꝛ naturam maturare significat icipientẽ debiliter. Aut crossus ꝛ hũoris significat crossitiem ꝛ maturationis dilatationẽ. Aut temperatꝰ iter vtrũqꝫ materiã optime maturatã demõstrat: ꝛ qm̃ morbi status icepit. In colore. qm̃ aliud croceum ẽ per multum: hicqꝫ cholere significat multitudinẽ ꝛ vires. Aliud albũ materiãqꝫ significat esse phlegmaticã. Quoddã aũt rubeũ materiã demõstrans ẽẽ sanguineaꝫ. Aliud rubeũ perfectum qͦ etiã materiã plurimi mõstrat esse caloris. Est quoqꝫ nigrum quod cholerã significat nigram ꝛ incẽdij adustiõisqꝫ magnitudinem i anhelitus organis. Quoddam qͦqꝫ ẽ liuiduꝫ qͦ aut magnum significat calorem aut frigiditatẽ ĩmoderataꝫ.

Odor quoqꝫ iudiciũ mõstrat: quoniam sputũ aliud fetidi odoris putredisqꝫ grauitatẽ significat. Aliud aũt odore caret quod a putredie salubre est. Et figura consideretur. qͦdam nanqꝫ sputum rotundum emittitur. materiamqꝫ crossam significat ꝛ viscosaꝫ que in pulmonis adunata est canali: caloremqꝫ validum cui tempus si perferatur in ptisim adducit. Ait aũt in epidimiarũ libro hypocras quoniam nõ se hrecitãtis sputũ rotũdũ cõsumptioneꝫ significat: vidisseqꝫ se hoiuꝫ ꝙplures qui hoc emitterẽt sputũ i ptisis deductos molestia. Et rursũ inquit quoniã sputũ emittens rotũdũ cum febre ꝛ malis signis alienationis mẽtis: mẽtis alienatio fit illi. Aliud aũt varie ẽ emissũ figure ꝛ fluit quod tenuitatẽ significat materie: paucitatẽ quoqꝫ caloris ꝛ maturitatis. Ex tẽpore autẽ signũ fit: quoniã sputũ quoddã in morbi emittitur primordijs qͦ morbi breuitatẽ ꝛ maturationis significat acceleratiõnẽ: cuiusdã emissio differtur in posterũ qͦ morbi significat prolixitatẽ. Modꝰ vero quo emittitur cõsiderat quoniã alicuius emissio facilis est nec per tussem fit: ꝛ si cum tussi sꝫ pauca qͦ maturitatẽ significat ꝛ virtutis robur. At vero quoddã difficulter expuitur ꝛ tussi graui qͦ maturitatis priuationẽ ꝛ virtutis ostendit debilitatẽ. Melius aũt oibus sputũ celeritatisqꝫ finiẽdi significãtius morbi qͦ albũ maturũ multeqꝫ quãtitatis continuũ facile emissuꝫ ꝛ sine tussi ꝛ sine odore eiusqꝫ a morbi pricipijs emissio fuit. Deterius vero ẽ huic ꝯriũtenue. s. paucũ imaturũ abiuicẽ disiũctũ cuius difficilis ẽ emissio ꝛ cũ tussi graui. color illi niger aut viridis: aut croceus p multũ: aut certe liuidus ꝛ odor fetidus. Oia hec reproba sunt signa ꝛ interitũ presignãt.

Capitulũ. xviij. quid in corpore sudores significent.

s Ignificatio sudoris circa corpis hiũditates quatuor ex rebus variatur. Primũ quidẽ ex mẽbro a quo emittitur. Secundo ex frequẽtia. Tertio ex quãtitate. Quarto autẽ ex qualitate. Ex mẽbro in quo apparet quoniã quocũqꝫ inceperit ex corporis mẽbro signũ est in eo morbũ ẽẽ. Ex frequẽtia quoniã cuius frequẽs ẽ egressus ꝛ spissus laudabile est. significat eni naturã ad expellendas roboratã superfluitates: corporisqꝫ purgationẽ. Et si eius est egressus intercisus. ab interpollatis. s. decurrẽs mẽbris: aut alia quidẽ minus alia sudãt amplius mẽbra: aut aliquãdo quidẽ exit: deide cessat ꝛ reuertitur: malũ hoc oẽ significãt nãqꝫ nature virtutẽ nõ ẽẽ qua se mel oia expellat. Ex quãtitate autẽ quoniã sudor quidaꝫ in mĩtũ ꝛ parũ tẽperatus ẽ, qui ꝛ laudabilior ꝛ meliora significãs ẽ. Aliꝰ ꝙtitate tẽperata amplior quꝫ emittiẽ imoderatꝰ hocqꝫ malũ. virtutẽ nãqꝫ dissoluit ꝛ debilitat. Quidãqꝫ tẽperato minor ꝛ nõ hꝫ materiã ꝙ morbũ adducit. hicqꝫ significat nature aliquid nocere: ꝛ ab expulsione debilitari materie. Ex qualitate vero propter sex res imutatur. Prima est calor ꝛ frigiditas. Secũda color. Tertia odor. Quarta sapor. Quĩta liquor. Sexta equalitas ꝛ inequalitas. Ex frigiditate ꝛ calore: qm̃ qum sudor in calore tẽperatꝰ ẽ ꝛ frigore laudabile ẽ: ꝛ si extra tẽperantiam malũ ẽ nisi ꝙ qum in frigus exit pessimũ: in calore aũt minꝰ malũ. Ex colore qm̃ q albus ẽ laudabilis: ꝛ qui croceus cholere significat dñationẽ: qui rubeus sanguis abũdantiam: q liuidus ꝛ niger ꝛ viridis cholere nigre dominationẽ. Et qum horũ aliquo humoruꝫ fit passio: ꝛ colorem hẽt sudor qui hũoris est. optimũ ẽ: significat etenim qm̃ natura humorẽ morbum generãtem purgat: ꝛ ab corpis emittit iteriorihus. Si aliter sit malũ est. qm̃ hũoris significat quem nõ oporteret egressum. Ex odore vero qm̃ alius odor acerbus ꝛ morbum facientẽ hũorẽ phlegma acerbum esse significat. Alius acuti odoris ꝛ cholericum significat humorẽ pungentẽ. Alius putridus humorem demõstrans putridum. Ex sapore quꝫ hic sit dulcis: iste salsus: ille acerbus. Amputatiõis aũt eius iudicium ꝛ eius nocumẽti qͦ ꝛ coloris ẽ ac odoris. Ex liquore vero qm̃ quidaꝫ tenuis est ꝛ hũorem significat subtilem: quidã crossus ꝛ humorem mõstrat crossum esse. Ex equalitate vero ꝛ inequalitate qm̃ quidam in oibus ẽ equalis ꝗlitatibus quas diximus: ꝛ lauda bilis est: quidã inequalis ꝛ malus. Hec sunt que de sudore dicenda videbantur: atqꝫ hic ẽ sermonis cõium signoꝝ morbos passionesqꝫ significantium terminus.

Sermo octauus hrime ptis libri cõpleti artis medicine qui dicitur regalis dispositio hali filij abbas discipuli abimeher moysi filij seian de morborũ manifestorũ significatiõibꝰ hẽns. 22. capitula translatio stephani phlosophie discipuli de arabico in latinum.

Capitulũ.i.de propriorũ signorũ diuisione.

Ommuniũ expla
nauimus signorũ scientiaz que est
pulsus: vrine egestionis: sputi sudo
e risqz scientia: ⁊ superest nobis de
signis speculari cuiqz morbo pro-
prijs ⁊ passioni. Dico ergo quoniã
proposuimus vnũquodqz signorũ
que sanitatẽ significant vel morbũ
vel neutrũ: aut quod trãsijt: aut qd
presens: aut certe quod futurũ significat. Et que presentia q-
dem circa sanitatem significant: iã a nobis explicata sunt qũ
de cõplexionũ naturaliũ diximus diuersitatibus. Que autez
ex significãtium sunt genere morbos: hoc dicemus loco ⁊ se-
quenti hoc sermone. Ea vero signa que preterita significant
⁊ transacta medico necessaria nõ sunt. Que vero futurorum
signa sunt: in decimo exponemus sermone que etiaz portẽdẽ-
tia vocantur. Que aũt nec sanitatem nec morbũ: qui sanita-
tis agnoscet signa ⁊ morbi in singulis corporibus diligenti⁹
facile intelliget. Qui etenim duarũ spetieruz harũ sigillatim
verã agnoscet ⁊ tenebit notitiã: ea certo discernere ⁊ intellige
re signa poterit que inter has duas cõtinentur species sanita
tis scil' signa ⁊ morbi in vno eodẽ corpore: quẽadmodũ in cu
ius corpore in visu: auditu: aut alijs inuenitur actionibus.
Et que actiones significant signa quibus nocumẽta nocent
morborũ vocantur signa: que autẽ salutem significant actio-
nũ: sanitatis signa. Potes aũt ⁊ signa cognoscere que nec sa
nitatem nec morbũ significãt ex eo loco: quo de signis futuro
rum dicemus qum de portẽdẽtibus morbos signis in sanorũ
corporibus: aut salutem in infirmis tractabimus. Signa ⁊
enim morbos portẽdẽtia: in sanis corporibus preteritã non
significant egritudinẽ: qũ sit morbi diffinitio ipsuz esse nocu
mentum actionis sensibile. Corpora aũt que iam in precipi
tio morboruz posita sunt: actiones eorũ sua in naturali super
sunt habitudine: nisi ꝙ quadam immutate sunt alteratione:
aut in q̃titate vt ciboruz appetitus si augeatur aut minuat̃.
Et egestio si aũt modum excedit q̃titatis ciborũ: aut ab ea i-
minuitur: aut in qualitate: vt si appetitus mutetur in dulcorẽ
aut acerbitatem: ⁊ egestio si in citrinitatem mutetur: aut ru-
bedinem: aut in tẽpore: vt si ciborum appetitus ante cõsuetu-
dinis horam moueatur aut differatur. Hec etenim signa ple
num nõ significant morbũ: sed nec perfectã sanitatẽ. Ideo er
go nec sanitatem nec morbuz significant. Sic quoqz ⁊ signa
que salutẽ i corporibus significãt infirmãtiuz sanitatẽ non si
gnificãt plenã eo ꝙ presentẽ significat morbũ: nec tamẽ mor
bos dicuntur significãtia: eo ꝙ nature significant virtutez ⁊
robur: ⁊ qua morbum superat vim: factaqz sunt neqz morbi
neqz sanitatis significantia signa. Sicquoqz ⁊ signa que ex
corporibus ab infirmitate surgẽtium sumũtur ⁊ senũ huius-
modi vocantur. In his etenim corporibus actiones i vltimo
nõ sunt cõplemẽti ⁊ virtutis: quẽadmodũ in sanorũ corpori-
bus: nec oio nocentur: quẽadmodũ corporibus accidit infir-
mãtium quin ĩminute sunt ⁊ debiles ex naturalis caloris de-
bilitate. Signa huius oia eo exponemus loco: quo de morbo
ruz fieri paratorũ signis expediemus. Hoc aũt loco de his ꝓ
posuimus tractatum signis que presentes significãt morbos
Dico ergo quoniaz morbi passionesqz que in corporibus
fiunt: quidã in ea mẽbrorũ fiũt parte q̃ sensui pz: eorꝫqz signi-
ficationes faciles sunt ⁊ leues: quidã i his que a sẽsu abscõdi
ta sũt accidũt q̃ sũt iteriora mẽbra. significationesqz eorꝫ dif
ficiles. Et nos p̄mũ qui sensui patẽt morborꝫ tractatũ texem⁹
qum sit magis discẽti oportunũ. Exercebitur etenim mẽs ei⁹
in his qui sensui manifesti sunt morbis ⁊ ab eis ad occultas
trãsibit cognoscendas passiões eritqz illi facilior scia. Di-
co ergo quoniã manifeste sensui passiones alie exterioribus
⁊ interioribus corporis sũt cões. febres. s. ⁊ apostema: quedã
in superficie sunt tm̃: ⁊ harꝫ alie ab interioribus fiunt cãis q̃
sunt. s. passiones superficiei corporis accidẽtes: quedã ab ex
terioribus. Heqz aut ex corporibus inaiatis vt lapis ensis ⁊
que similiter se habẽt. aut ex venenoso aiali vt percussiõe scor
pij morsura pũctura. Et nos de febriũ signis cãisqz primum
dicemus: subsequẽter aliorꝫ que sensui patẽt morboruz expli
cationẽ texentes.

Cap^m. 2. de febriũ generib⁹ ⁊ spẽbus signis quoqz ⁊ cãs.

Ebris est morbus ex mala cõplexione calida
f oi cõis corpori. Ideo ergo diffinitur eẽ
calor extranaturalis a corde procedẽs ⁊ per arteri-
as missus ad oẽs corporis ptes: eiusqz nocẽs actionib⁹. Hec
diffinitio ex ipsa febris sumitur substãtia ex calore. s. extrana
turali: nõ ex ipsam sequẽtibus accidentibus: quẽadmodũ q-
dã fecerunt medicorũ diffiniẽtes febrẽ ex longinquis accidẽ
tibus ipsam sequẽtibus. Aiũt eni nõnulli quoniã febriũ alie
sequũtur apostemata mollia: alie apostemata dura. Sunt ⁊
qui dicũt febres alias cũ rigore eẽ. alias cũ cõfractione. alias
cũ cephalea ⁊ alijs huiusmodi longinquis accidẽtibus: nec
diuidũt febres ex ipsa caloris extranaturalis nã: quẽadmo-
dũ hypocras in epidimiarũ libro quz dixit febres alias pun
gere. alias iocũdi eẽ tactus. Sũtqz hec due spẽs ex caloris q̃li
tate sũpte: q̃dã minime pũgẽtes que post augẽtur: ⁊ hec diffe
rentia ex caloris ducitur quãtitate. Ex ipso aũt earum motu
quz dixit febres alie calide sunt ⁊ manũ adurẽtes: quedã gra
uissimi a p̃ncipijs incendij: q̃daz inflamãtes. Differentie he
oẽs ex caloris sumpte sunt natura. Diffiniuit aũt eas ex ꝓ-
ximis accidẽtibus quz dixit. Febres alie sunt in crocei vltio:
alie in ruboris vltimo: quedã ãt ad virorẽ declinãt aut ad liui
ditatẽ. Differentie he ex primis sumuntur accidentibus que
ex humoribus febres generantibus fiũt: nõ ex longinquis vt
apostemata cephalea ⁊ similia. Sunt aũt febriuz genera
tria. Primũ ẽ febris que in spũ fit ⁊ ab eo incipit atqz ad cor
perducitur a quo per arterias mittitur in oia corporis mem
bra: vocaturqz huiusmõi febris diei vl' effimera. Spũs nãqz
quz calefactus fuerit ⁊ naturalis calor in igneũ fuerit altera
tus calorẽ cor calefit eaqz mittitur calefactio a corde per arte
rias quas ⁊ calefacit: mittiturqz ab arterijs calor hic ad oẽs
corporis partes ⁊ in eas dispergitur. Secũdũ ẽ genus que in
humoribus fit febris ⁊ ab eis calor incipit mẽbraqz hec post
illud calefacit donec ad cor perueniat a quo missus ad arte-
rias in oia diffunditur corporis mẽbra ⁊ putredis vocat̃ fe-
bris. Tertiũ sequitur genus febris que in mẽbris fit principa
libus a quibus qũ inceperit ad cor mittitur ⁊ ab eo per arteri
as in oia corpis mẽbra vocaturqz febris ethica. Hec sunt fe
briũ genera: que iõ tria sunt: qr nõ nisi in materia apparent.
Materie ãt corpis tres sunt spẽs: humores ⁊ mẽbra princi-
palia. Si ergo ĩfixus ⁊ ĩpressus harũ alicui calor fuerit mate
riarũ febris quẽadmodũ dictũ est exestuat. Dedit autẽ harũ
Galienus triũ exẽpla febriũ exẽplis oportũis ⁊ similib⁹: ita-
qz febris diei ex^m ẽ aer calid⁹ quo vter ipletur: calefitqz vter
aeris calore. Sic quoqz spũs si incaluerit cor calefacit ⁊ oẽ
corpus. Putride ex^m febris aqua calida est qua vas repletur
frigidũ. calefit aque calore vas. Pari mõ si humores calefiãt
eorũ transit ad cor calefactio ⁊ in oẽ corpus. Ethice vero fe-
bris ex^m vas calidũ inquit: si aqua fundat̃ frigida calefit va
sis calore. Eadẽ rõne si mẽbra incalescãt radicalia cor calefit
⁊ spũs. spũs quoqz ⁊ humores queqz in toto sunt corporꝫ: vñ
⁊ hec febris tolli nequit oino si roborata vires assũpserit.

Capitulũ. iij. de vnius diei febre. i. effimera cãis quoqz ⁊
signis:

Ffimera febris ea ẽ que in corpore vigintiq̃
e tuor permanet horis die. s. ⁊ nocte
deinceps finitur. Nõnunq̃ ãt ante hũc deficit ⁊ imi
nuitur terminus. aliquotiẽs vero amplius in corpore morat̃:
sed ⁊ vsqz quadraginta octo: ⁊ fit vt ad septuagintaduas per
ueniat horas. Hec febris ex manifestis fit cãis. Harũ cau
sarũ q̃tuor sunt genera. Primũ corꝫ q̃ ab exteriorib⁹ corpori
occurrunt que illud aut actu calefaciãt vt solis estus ⁊ ignis
ardor ⁊ balnei aer si diutius in eo fuerit imoratũ: aut potẽtia
liter vt aq̃rũ balneũ qb⁹ medicamia imixta sũt cal'a vt aluis
aq̃ ⁊ sulfuris: aut certe spissãt porros actu vt aq̃ frigida q̃ sup
fluitates recludit fumosas in corpis iteriora: aut spissant illos
potentialiter vt alumiose aque lauacrũ. Nec vero oia corpa
qum spissata fuerint febrez patiuntur sequẽtem diei vnius sz
a quibus humidi ⁊ calidi: aut calidi ⁊ sicci soluũtur vapores
si spissata fuerint ⁊ cõstipata eiusmodi prohibentur vapores
dissolui: coadunaturqz i eis calor. Si itaqz que in huiusmõi
sunt corpore materie minie putredini preparate sunt effime-
ra fit. Si aũt putredini apte sũt suscipiẽde putride ex eis ori-
unt̃ febres iuxta q i corpe ẽ humorẽ queqz ab huiusmodi fit
febris cõtinua ẽ acuta ⁊ grauis ac molesta ⁊ i ea periculum.
quẽadmodũ deinceps dicemus. Secũdum est eorũ gen⁹
que ad iteriora mittũtur vt cibi medicamia. Tertium genus
est motus imoderatus aut corporis vt exercitiũ laboriosum
aut anime vt ira. tristitia. cura. ⁊ similia. Quartũ aũt pas
siones que i mẽbris fiũt manifestis ex apertis causis. vt apo
stema ẽ calidũ qd i iguibus ex pedum fit vulneribus: perfer-
turqz calor ab iguinibus ad mẽbra vicina a quibus ad alia
vsqz cor: ⁊ a corde p arterias ad oia mittitur corporis mem-

bra. Quibus aūt febris significatur effimera qum in corpore fuerit q̄ qualisqȝ febris sit signa sunt hec. si aliqua precesserint manifestarū quas diximus cārum videatur. Febricitansqȝ in caloris principio dolorem nō patiatur: sitqȝ pulsus eius equalis: ⁊ aliquādo parū admodum varius sȝ non manifestus: qui ⁊ cito discedit: fit quoqȝ calor qum corpꝰ tangitur tranqllus: lenis ⁊ nō pūgens qualis balnei ē calor: ⁊ si infirmus facile patiatur morbū. Fit aūt in vrina hypostasis in fundo lenis in oībus febris tēporibus: nec fetor in ea multus erit: ⁊ si sit sȝ modicus ⁊ qum febris discesserit: aut cuȝ sudore aut cū effusione quadā: qumqȝ cesserit nihil oīo signoꝝ supersit febris: quēadmodū in putridis remanēt: ⁊ in pulsu ⁊ in vrina. Nec vero quȝ balneatur post discessuȝ febris infirmus sentiat in balneo rigorē: aut puncturas: sȝ ad suā reuertatur hitudinem naturalē: his signis febris significat̄ effimera. Signa aūt quibus ex cāis hec febris fcā sit huiusmōi sunt. Que ex adustiōe solis ⁊ aeris ē calidi febris: oculos facit patientis calidi tactus: caput inflāmatuȝ: cutem ⁊ faciem siccam: ⁊ si cuti supponatur manus calidam inuenis: pulsuȝ velocē ⁊ puum. Que vero ex cōstipatione fit porrorum signa hec habet: patiētis ē cutis reclusa repressa ⁊ densata cui quȝ apposueris manū primo caloreȝ modicum: ⁊ si diutiꝰ imoreris fortē senties calorē. Calor nāqȝ manifestari diligēter nō potest ꝑꝑ porrorum constipationē: ⁊ si diutius manꝰ sup cutem fuerit imorata: locꝰ calefit ⁊ pori dilatantur: estusqȝ patet caloris. Oculi quoqȝ ⁊ facies paululum intumescunt: pulsusqȝ paruus nō est: virtus nāqȝ in sua perstat habitudine: calor quoqȝ naturalis in profundo est corporis ⁊ nō dissoluit̄. Est aūt in eo varietas modica ⁊ occulta. Huius vrina febris aut ad croceū declinat aut ad alborē. Superfluitates nāqȝ aquose que prius in corpore purgabātur quȝ recluse fuerint corporis cōstipatione: vrinaȝ miscent ⁊ coloreȝ eius imutant vnde ⁊ rubor eius iminutus est. Quoniaȝ febris hec non nūꝙ in putridā adducit febrē si putredi in corpore apparati sint humores: opȝ diligentius discernere ea que dici est febris queqȝ in putredineȝ proculdubio vertitur febrē. Dico quoniā si febris cū irrigatione ⁊ sudore: vrinaqȝ multa laudabili quieuerit: ⁊ pulsus equalis est: signū est proculdubio febrē esse effimeram. Qū aūt febris in corpore imoratur nec post statum auferatur: nec calore eius mundatur corpus: ⁊ in pulsu varietas est: vrinaqȝ indigesta: ⁊ in ea fetor: certum est hanc in febrem putridā transire. Qū aūt accessio febris protelatur: nec primis quiescit diebus: ⁊ cōtinue similis est ⁊ pulsꝰ varius: vrinaqȝ putredinē nō significat: opinionem opȝ huic applices febri: caueasqȝ ne in ethicā ferat̄ magis: aut in continuam deducatur febrē: quoniaȝ putridus humor nec per sudorē dissoluitur: nec per dispersionem constipationis causa

Oportet itaqȝ eā regimine eo amputare: qđ qū de huius febris medela tractabimus exponemus anteꝙ humor putrescat ⁊ pessima oriatur febris. Que aūt febris ab in corpꝰ introeuntibus fit cibis ⁊ medicaminibus: q̄daȝ ex q̄ntitate eorum fit: vt si quis amplius ꝙ equm est comedat: quemadmodum que ex fastidiositate cū putredine ⁊ diaria fit febris: quedā āt ex q̄litate vt cibis calidis ⁊ calido medicamīe. Et que ex fastidiositate putrida fit: signa habet manifesta: ructatum scil' acerbum ⁊ fetiduȝ sitim: inflammationē propter cibi corruptionē: ⁊ que abinde fit febris quādoqȝ cū mollitie fit nature: nōnunꝙ cum cōstipatione. Et que cum mollitie fit minꝰ mala est: que cum conclusione difficilior: chimi mali ex cōclusione. Que vero ex calidorū fit porrectione ciborum aut medicaminum significatur faciei rubore ⁊ oculorū: q̄ tactu calida inueniūtur. Sicquoqȝ ⁊ epar si tangas calidū inuenis sentitqȝ patiens in epatis ⁊ stomaci ꝑtibus incendium ⁊ siccitatem in ore: amaritudinēqȝ ⁊ huiusmodi. Calor eteiȝ hac in febre a spū incipit naturali: cuius epar fornax ē: calidusqȝ primum stomachū ⁊ epar calefacit: cibusqȝ eius sūt fornax. estqȝ simul cum his vrina ruboris clari. Que vero ex motibus fit corporis febris ⁊ labore: si labor grauis fuerit cutis fit sicca ⁊ extenuata. duratqȝ siccitas hec donec febris finiat̄ ⁊ post: estqȝ pariter pulsus paruus ꝓpterea ꝙ virtus ex laboris fit dissoluta grauitate. Qȝ si paucꝰ labor fuerit siccitas in cute permanebit vsqȝ febris statū: ⁊ iam tunc a corpore vapores egrediētur subhumidi qui ab humoribus dissoluūtur. ⁊ humectāt cuteȝ: porros dilatāt: estqȝ parit̄ pulsus magnꝰ. Hac nāqȝ in habitudine virtus robusta ē ⁊ calor abūdans: quȝ non imoderatus labor calorem augeat corporis. Cutis vero tactus in labore iuxta aeris est qualitatē in quo fit exercitiū. Si etcim aer calidus ē vt vētorum ⁊ estꝰ solis tactꝰ cutis calidus ē ⁊ nimiū siccus. Si sit autē aer frigidus ⁊ cutis tactus frigidus erit ac paruȝ siccus. Et que ex aīe fit motu febris: quedā ab ira mouetur ⁊ his significat̄ signis. Oculi eminent. facies rubet ⁊ tumet. calorqȝ hac in habitudīe ad corporis egreditur exteriora nimia vltionis petitiōe in noctem. pulsus magnus ⁊ vrina rubea: sentitqȝ patiēs morsurā ⁊ adustionem caloris cā qum exijt vrina. Et in ea que ex tristitia fit ⁊ cura: oculi reprimūtur: facies sicca est ⁊ colore crocea: eo ꝙ spūs ⁊ calor profundo imersi sint corpis: pulsusqȝ paruus resilit in minutiōis ⁊ reductionis caloris causa vrīa vero rubea patiēsqȝ qum exit ardorē patitur. In ea vero febre que ex nimijs fit vigilijs patiētis oculi profundantur ⁊ humidi sunt dormitātibus similes palpebre graues ⁊ difficile mouētur facies ⁊ omne corpꝰ tumet: color ad croceū declinat: pulsus paruꝰ est: vrina fluit alba ꝑꝑ digestionis paucitatem: qum ciboꝝ digestio comitātibus difficilis fiat vigilijs. Qum aūt cibus non digeritur nec sanguis gnātur nec spūs naturalis: non generato vero sanguine color imutatur ⁊ vrine albedo digestiōis comitat̄ difficultatē. Febris aūt illiꝰ que ex apostemate fit glandularū q̄ in iguinibus sunt ⁊ alijs apostematicis mēbris: signa sunt grauis fatiei rubor ⁊ sanguinis a causa tumor ⁊ inflatio: ⁊ qui in corpore est calor nō pungens. Vt autē febris ad statum peruenit vapor ascendit a corpore calidus iocundi caloris: pulsusqȝ est magnus. velox. frequensqȝ ⁊ vrina ad alborem declinat. Magnus quidē est pulsus ⁊ velox ac frequens ex caloris robore ⁊ m̄titudine. Sunt naqȝ in patiente morbi duo calidi: apostema calidum ⁊ febris. Vrina autez alba fit quoniaȝ quarū est colorare vrinam cholere ad sanguinē qui in tenera est carne declināt. Qum sit oīs patientis mēbri materias attrahere subtiles. Hec est signorū assignatio quibus omnes effimerarū speties significantur.

Capitulum quartum de febriū putridarū assignatione ⁊ causis.

Vtride febres ex quatuor fiunt humorū putredine. Humores etenim si putruerint incalescunt: calefitqȝ in quo fit mēbrum putrefactio: ⁊ ab eo mēbruȝ illi contiguū propter vicinitatem: sicqȝ mēbra calefiūt hec post illa donec ad cor veniatur: a quo ad arterias surgit ⁊ in omne per ea corpus. Putrescunt aūt quinqȝ de causis humores que sunt: humoris multa q̄ntitas crossities eius: ⁊ viscositas. Oppilatio que ab eo fit anhelitꝰ priuatio que ex ipsa cōtingit oppilatiōe. Humor nāqȝ si anhelitu priuetur putrescit quēadmodum in exterioribus fieri videmus humiditatibꝰ si aere priuētur. Sūt aūt plures putredinis febris speties: ⁊ alie simplices sunt: alie cōposite. Simplices speties: que etiam pure dicuntur: quatuor sunt ex humorum numero. Prima speties febris continua quā sinochū dicunt que ex putredine fit sanguinis. Est aūt hec molesta febris quoniaȝ egrotus nō quiescit in ea. Secunda illa est que ex putredine cholere rubee ⁊ appellatur tertiana que die accenditur die nō. Estqȝ hec febris salubris ⁊ breuis. Salubris quideȝ quoniaȝ corpus in ea quiescit per diē: eiusqȝ accessio breuis est. Breuis auteȝ quoniaȝ ex quo mouetur humor subtilis ex materia: cite maturationis ⁊ facilis dissolutiōis. Tertia est speties que ex cholere nigre fit putrefactione ⁊ vocat̄ quartana. Hec vno accēditur die duobus quiescit: ideoqȝ salubris est sed longa. Salubris quoniaȝ corpus duobus quiescit diebus. Prolixa vero eo ꝙ ex quo fit humor crossus est: maturitatis tarde difficilisqȝ dissolutionis. Quarta seqtur speties ex putrido exestuans phlegmate que quotidiana nominatur que singulis accēditur diebus. Hec autē febris ꝓlixā habet moram comitāte molestia. Et longa est crossitiei humoris cā ⁊ viscositatis: vnde nec maturatur: nec dissoluit̄ cito. Molestia eius fit qm̄ singulis accendit̄ diebꝰ nec qescere corpꝰ patit̄. Harū āt febriū q̄tuor q̄qȝ i alias didit̄ diuersitates. Que ergo ex sangīe tuml'tuat i tres diuidit̄. alia nāqȝ a principijs vsqȝ finē in vna ē habitudine ⁊ dicitur equal': hecqȝ fit quȝ quod cōsumitur sanguis tantūdē est quātū ⁊ qđ putrescit. Alia aūt a principijs debilis incipit nec augeri desistit vsqȝ finē: tūcqȝ difficilima ē ⁊ fortis ⁊ vocatur augmentata: hecqȝ fit qum amplius putrescit ex sanguine ꝙ finiatur: alia vero q̄ in ꝑmordijs difficilis est ⁊ grauis: dehinc semꝑ iminuitur ⁊ in fine debilis ē: vocaturqȝ iminuta: hecqȝ tūc fit quȝ qđ ꝯsumitur sanguis amplius ē ꝙ qđ putrescit. Que āt ex triū sunt alioꝝ putredine humorū singule ī duas distribuūtur partes. Altera ē quȝ cōtinua ē ⁊ indiuisa: altera interpollata que quibusdā accenditur vt dictū ē tēporibus. Qui enī intra venas sunt humores si putrescant continuas faciūt febres. Quiqȝ extra venas sunt quȝ putrefacti fuerint inter-

polatas cõmouent. Ideo ergo que ex sanguine fit putrido cõ
tinua ē febris: quoniã is sanguis. s. venis semꝑ ⁊ vasis inclu-
ditur estqz sanguis febris ꝯtinua: qm̃ si sanguis cuiuis pars
putrescat in totũ diffũditur: vtiturqz calore equaliter nec cõ-
tinua desistit febris donec totũ qḋ putruerat finiatur aut cer
te maturetur aut reformetur aut vtrũqz simꝉ illi accidat. Que
aũt ex alijs fiunt febres humoribus cõtinue facte sunt: qm̃ si
intra vasa venasqz humor putruerit ꝓhibetur dissolui ⁊ eua
cuari aut per venas aut per quippiã aliud pp corporis vena
rũ densitatẽ ⁊ soliditatẽ. iõqz post accẽsiõis ꝑrie iminutionẽ
caloris supersũt reliquie que vsqz ħam durẽt. Sic quoqz ⁊ se
cunde supersunt accẽsioni reliquie caloris que tertie cõtinuẽ
tur accẽsioni vt fiat tanꝙ cõtinua. Si aũt extra vasa venas-
qz humores putruerint cũ accẽsionibus peridiocas generãt
febres. Humor nãqz qui putrescit non vno totus adunatur
tp̃e: sed paulatim ⁊ per tẽpora in locis quibus putrescit. cõgre
gatioqz eius fit inter duas accẽsiones febris. Accidit autem
sanguini ex vasa quoqz putrescere ⁊ venas ⁊ ꝯtinuã genera
re febrẽ. Hocqz tunc fit quz multa ex eo quãtitas in mẽbro cõ
gregatur aliquo facitqz apostema: ⁊ oppilationis que ex apo
stẽate accidit cã putrescit: calefitqz putredinis cã ⁊ apostẽa-
ticũ calefacit mẽbrũ: deferturqz eiusmodi calor per ꝯfinitatẽ
a mẽbris ad mẽbra per arterias que ad illud porrigũtur mẽ-
brũ donec ad cor veniatur. a corde autẽ per arterias in oĩa
mittitur corpis mẽbra: nec desistit inherere febris donec apo
stema maturatũ euacuetur. His ergo de cãis febriũ alie cõti-
nue sunt alie circulares. Ex quibus autem causis periodi
varij sunt circulariũ febriũ. si queris tres eẽ scias. Prima est
congregationis velocitas humoris qui putrescit ⁊ mora eiꝰ.
Secũda facilitas putrefactionis humoris ⁊ difficultas. Ter
tia euacuationis eius acceleratio ⁊ mora. Phlegma nãqz fe-
brẽ excitat que singulis accenditur diebus eo ꝙ cito ad putre
factionis conueniat locuz sue in corpore multitudĩe quãtitatis
⁊ putrefactionis acceleratione humiditatis cã: euacuatiõisqz
mora propter suã viscositatẽ. Cholera vero nigra febrẽ facit
que die accẽditur: duobus nõ: eo ꝙ tarde adunetur propter
sue ꝙtitatis paucitatẽ. difficile ãt putrescit pp suã frigiditatẽ
⁊ siccitatẽ: celerisqz euacuationis est quoniã minime viscosa.
Cholera autẽ rubea febrẽ generat que die accenditur die nõ
quoniã inter phlegma ⁊ cholerã nigrã media ẽ in huiusmõi
quas diximus habitudinibus. Minoris nãqz quãtitatis ꝙ
phlegma: maioris vero ꝙ nigra: sicciois quoqz ꝙ phlegma
complexionis humidior nigra ⁊ vtrisqz subtilioris substãtie.

His ergo de cãis periodicarũ circuitus febriũ varij vidẽ
tur. hisqz eisdẽ prolixitatis accẽsiõis febriũ tẽpus variatur.
Quotidiana nãqz febris ex maiori parte accensionẽ decem
⁊ octo extendit horis pp phlegmatis crossitiẽ ⁊ viscositatez:
neqz eteni cito dissoluitur. Quartana accensio in pluribus vi
gintiquatuor extenditur horis pp humoris crossitiẽ ⁊ siccita
tẽ qui minime cito putrescit ⁊ quz putruerit cito nõ dissoluit:
quoniã lapidis similitudinẽ gerit ⁊ ferri in quibus ignis ve-
locius nequit operari ⁊ quz fecerit nõ extingũtur nec refrige
rantur velociter. Tertiana autẽ febris pura secũdũ amplio-
rẽ partẽ duodecim feruet horis: pp humoris a quo fit subtili-
tatẽ ⁊ viscositatis paucitatẽ: vñ ⁊ celeriter putrescit ⁊ vacua-
tur velocius per sudorẽ. Est autẽ ⁊ cuiusqz febris accen-
sionis tẽpus ⁊ aliquãdo quidẽ minus: aliquãdo aũt longius
tribus de cãis. Prima ẽ humoris natura qm̃ qñ humor cros
sior est ⁊ maioris viscositatis frigidiorisqz cõplexionis: accen
sionis ẽ tẽpus prolixius. Qum autẽ minor ẽ ⁊ subtilior ac ca
lidior cõplexione ⁊ minus viscosus ⁊ accẽsionis tẽpus breuiꝰ
est. Secũda infirmi virtus. Qum eteniz virtus robusta ẽ ad
humorẽ pellendũ ⁊ per sudorẽ educẽdũ ⁊ accensio minoris ẽ
tẽporis: ⁊ si debilis accẽsio prolixior est. Tertia habitudo cor
poris. Si etenim corpus rarum sit ⁊ largorum pororum ⁊ ac
censio febris breuioris ẽ tp̃is: humor etenim facile ⁊ celeriter
dissoluitur. Si sit ãt spissũ ⁊ constipatum ⁊ pori stricti febris
est abinde accensio longior. Qum aũt abreuiatiõis cause sit
adunãtur oẽs ⁊ febris accensiõis tẽpus abreuiatur: qñqz ꝓ-
lixitatis cãe adunãtur fit prolixius. Qum aũt accẽsio febris
breuior est ⁊ febricitãs ab accẽsionis fine vsqz ad aliaz mun-
dioris ẽ corporis a calore ⁊ quiescit. Qum aũt prolixior non
mundatur febricitãs febre: donec secũda superueniat accẽsio
nec ẽ ei inter vtrasqz quies intãtum vt eiusmodi febris conti
nue similis sit. Et sciẽdũ circuitus periodicaꝝ febrium nõ
desistere ordine proposito ꝙdiu putridus superest hũor si nõ
a sua mutatur habitudine: si nõ illi aliꝰ hũoris misceaꝛ spẽs
⁊ in infirmi nihil peccaꝛ regimĩe. Si eteim hũor ĩmutatur a
sua hitudine patridus: ⁊ in aliã alteretur spẽm: queadmõm

sanguis quz adustus putrescit qḋ in eo subtile est in cholerã
mutatur: quod crossium in nigrã.. Quz aũt putridus illi mi-
scetur humor: aut alius putrescit hũor: febris iuxta eiꝰ excita
tur naturã. Sz ⁊ si eger malo vtaꝛ regimĩe: generãtur in eiꝰ
abide corpore hũores mali varias faciẽtes febres iuxta vnĩ-
uscuiusqz naturã: corrũpiturqz exinde circuitus febrium or-
dinatio. Aut eiz añ suum accelerãt tẽpus: aut alij fiũt circui-
tus preter eos qui fuerant: eritqz in illis augmẽtuz ⁊ diminu
tio iuxta imutationis humoris quãtitatez ⁊ ipsoꝝ actionũ.
Hec est simplicium febriũ putridarũ assignatio ⁊ cause vari
etatis quoqz earũ circuitus cause.

Capitulũ. 5m. de putridaruz febrium signis.

q **Ue autem** putridas significant signa fe-
bres: alia genꝰ eaꝝ alia spẽs
significãt. Que genꝰ hec sũt. Dico qm̃ que febres
significãt putridas signa quedã ex accẽsionũ sumuntur tem-
poribus: atqz hoc est ꝙ debiles incipiant: dehinc roborãtur
⁊ difficiles fiunt: ⁊ qum quieuerit accẽsio reliquie suꝑsunt ca
loris corpori: nec a corpore ꝑfectius auferũtur. Quedã autẽ
ex caloris sumũtur substãtia ꝙ calor earũ. s. pũgens est ⁊ in-
flãmans manũ: eiusqz iflãmatio tanꝙ ignis flãma. Quedã
ex sequẽtibus febrẽ: ꝙ eas scilz ⁊ horror in pꝛĩcipijs sequitur
varietasqz pulsus manifesta: ⁊ in vrina maturitatis ꝓuatio
⁊ hoc ẽ nõ eẽ in vrina hypostasim in fundo albã ⁊ equalẽ ac
leuem. Hec ergo cũ videris signa febrẽ putridaz esse iudica-
bis. Quibus autem queqz earum signis species significe-
tur abhinc collige. Febrium que circulariter accẽduntur ter-
tiana significatur: aut ex naturalibus aut non naturalibus.
aut extranãlibus. Ex nãlibꝰ qdẽ si egri cõplo ẽ calida ⁊ sic-
ca cui chola dñeꝛ rubea: etas iuuẽilis: tp̃s ãni pñs estas. aer
calidꝰ ⁊ siccꝰ. Nõnãlia sũt ꝙ eiusmõi febricitãtẽ ciboꝝ ⁊ po-
tuuz calidorũ precesserit ac siccoruz porrectio: aut adhesit illi
cura: aut vigilia vel labor grauis: aut lõgi ieiuniũ temporis
aut igni fuit ex arte cõtiguus: hec oĩa corpus calefaciunt ⁊ de
siccant: cholerãqz generant rubeã. Extranaturalia vero sũt
vt cum febre rigor sit grauis: ⁊ cũ eo punctiones: earũqz pun
cture tãꝙ acus: propter rubee acumen: inuenieśqz quz tetige
ris corpus calorem acutũ ⁊ pũgẽtem. Porro pulsus in acces
sionis principijs paruus singultuosus ⁊ rarus: nisi ꝙ hic diu
tius nõ durat: sed fit magnus fortis variusqz. Fortis quidez
quoniam rubea cholera leuis est ⁊ subtilis: virtutẽqz nõ gra
uat aut ledit. Et magnus propter magni refrigerationẽ calo
ris necessariaz. Uarius aũt quoniaz varietas propria oibꝰ
est febribus maxime putridis: nisi ꝙ in hac febre multa non
est varietas: quoniaz eam faciens humor subtilis est: lenisqz
virtutem nõ opprimens aut grauans. Est aũt vrĩe color hac
ĩ febre igneꝰ: odore putrido comitãte. Et cũ ipa sitis molesta
angustiatio: subuersio ⁊ cholere rubee vomitus: sudor propꝛ
humoris subtilitatem multus: ⁊ nõnũꝙ choleras expellit ru
beas natura. Qum signa hec: aut eorum plurima videris fe-
brem tertianam iudicabis purã. Maximeqz si hoc eo tem-
pore ꝙpluribus hoĩum acciderit febris. Quartane vero
febris significationes: aut ex naturalibus: aut nõ naturalibꝰ
aut extra naturalibus sumũtur. Ex naturalibus quidẽ si ho
minis cõplexio egri frigida ⁊ sicca fuerit: ⁊ in quo superabun
det cholera nigra: etas sit grandiorum: anni presens tẽpꝰ au-
tũnus: ⁊ aer eo tẽpore frigidus ⁊ siccus. Ex nõ naturalibus
si in antecedẽtibus infirmus multos sũpserit cholerã nigraz
generãtes cibos: vt lẽticulã carrubũ caules caprarũ carnes.
Extranaturaliũ aũt quedã precedẽtia sunt: vt si febrez hanc
varie precesserint febres: ⁊ splenis durities. Quedaz presen-
tia accẽsionis tempore: in eius quidẽ principio si cũ rigore sit
⁊ grauitate cõfractione forti in omnibus mẽbris: pulsusqz est
tardus singultuosus rarusqz ⁊ multe varietatis. Et in ascen-
su calor est non acutus nec pungẽs vt tertiane calor: pulsus
velocior ⁊ frequẽtior: ꝙ in accẽsionis fuerat principijs: sed q̃
si tertiãe pulsui ꝯferaꝛ paruꝰ fit ⁊ rarꝰ sitis pauca: vrĩa fetida
⁊ idigesta. In declinatõis aũt tp̃e frigꝰ minꝰ ẽ ꝙ in tertiana
fuerit ⁊ finis hora: pulsꝰ tardꝰ ẽ ⁊ rarꝰ variusqz vrĩa coloris
diuersi ⁊ indigesta. Quz itaqz hec signa aut eorũ plura cũ fe
bre inueneris certus esto febrẽ purã eẽ quartanã. Qḋ si cum
his que diximus quartane signis febris hoc eo tẽpore pluri-
bus acciderit hoĩum validius erit argumẽtũ quartanã esse.

Signa quoqz quibus quotidiana significatur febris aut
ex naturalibus aut nõ naturalibꝰ aut extranãlibꝰ trahũtur.
Ex naturalibꝰ si cõplexio sit egri frigida ⁊ humida: cui phleg
ma domineꝛ. Etas puerilis aut senilis: puerilis quoniã mul
ti ⁊ fluxi sunt appetitus pueri ⁊ humiditates in eius generã-
tur: senũ vero quoniã multũ in eis est phlegma. Anni tẽpus

hiems. Aeris cõplexio & regionis frigida & humida. Ex nõ naturalibus si sua in sanitate qui infirmatur plurimũ sumpserit cibũ potũq3 plurime fuerit quietis & otij: & multuz balneo post prandiũ deditus. Extranaturalibus quoniã infirmus dolorẽ sentit in stomaci ore: humiditatẽ in lingua: inflationẽ in lateribus: color alteratus: sitis pauca: & in ea horror: frigus graue in extremitatibus & diuturnior aliquãtulũ. Si corpus accensionis tetigeris hora nõ apparet calor in principijs donec locus incalescat manus & pori dilatentur ac humor subtilietur phlegmaticus tenueturq3 & calor subsistat. Estq3 cũ calore humiditas: & cũ humiditate acumen: hocq3 phlegmatis cã. Et aliquãdo nõ ẽ cũ ea sudor: & aliqñdo paucus: & eius accensio longa intantũ vt calor in corpore vsq3 se quẽte duret accẽsionẽ. Est ãt his pulsus pulsu minor quarta ne & multo crebrior. Paruus quidẽ quoniã phlegma debilitat virtutẽ sua frigiditate: dissoluiturq3 & sua multitudine infirmat vnde & magis varius fit: frequẽs vero quo magni supleat ad aeris trahendi necessitatẽ locuz. vrina aliqñ tenuis alba: aliquãdo spissa turbida rubeaq3. Tenuis & albe tenuitas ẽ oppilationis que ex phlegmatis crossitie fit & viscositate cã. Albedo ex phlegmatis cõplexionis frigiditate. Crosse ãt turbide & rubee crossities ẽ: qm̃ natura quãdoq3 oppilationes aperit & humiditatẽ illã crossã expellit viscosam que oppilationẽ faciebat eiusq3 rubor quoniaz phlegmaticus huor quz diutius imoratus fuerit putrescit & calefit. Dum ergo sic oia hec signa aut plura apparuerint aliqua in febre quotidiana ẽ pura: maximeq3 si multa fuerit eo tẽpore phlegmatis febris in hoibus. Oz ãt te cũ his que dicta sunt scire: quoniam si ex phlegmate salso ẽ: eius in principio horror est. Et q̃ ex phlegmate acerbo in principijs frigus sẽtit: quũq3 ex phlegmatis vitrei putredine rigorẽ hz in principijs paucũ. Queq3 ex phlegmate dulci nihil hor hz in principijs. Ex his q̃ diximus signis: queq3 febriũ simpliciũ cognoscitur putridarum que per circuitus accẽdũtur. Et sciendũ febriũ rigorem omnium in mulieribus a dorso incipere: in viris aũt a manuum & pedũ extremitatibus. Continua ãt febris signa hẽt hec coia: quoniã post vigintiquatuor horarũ spatiũ nõ recedit nec in eis rigor est aut horror: nec aliquid oio signorũ que in febribus apparẽt circularibus dũ accẽdũtur & pulsus in ea est varietatis multe. Vrina indigesta qq3 perfecte nõ aufertur nisi quz oio finitur & deficit: nec ẽ cũ ea sudor curãdus nisi qñ oio finitur & abit. Quz signa hec in febre inueneris cõtinuã nõ dubitaueris febrẽ. Cuiusq3 autez diuersitatis febriũ continuarũ signa hec sunt. Que ex sanguinis fit putredine significatur quoniã egrotans in corpore inuenit grauitatẽ: pigritiã: frequẽtivtitur anhelitu angustiationẽ patit: scissiones: sitim: oculi eius rubei: veneq3 & facies & oẽ ipsius corpus ad ruborẽ declinat: tumido simile: vene quoq3 plene sunt: pulsus magnus & multe varietatis: vrina rubea spissa. Que aũt ex aliorũ fiunt humorũ putredine per eas significatur intercisiones que tẽporibus accidũt earũ accẽsionũ: queãdmodum in febre cõtinua fit que ex putredie accidit cholere rubee quã causon. i. incẽdiũ dicimus. Interciditur nãq3 calor & frangit die diuisionis sue. roboratur aũt & fortior fit die accessionis: sequiturq3 eã calor grauis. sitis molesta. angustia. acumen & interitui propinquitas. vigilie. mẽtis alienatio que quãto acutior ẽ & crisis eius velocior. Maxie aũt febris hec accidit cui in venis cholere adunãtur multe: magis vero in venis que i cõcaua lateris sunt epatis & pulmone ac stomaci ore vnde & amplius his nocet mẽbris q̃ alijs. Sitis autẽ oẽm sequitur causon: vnde & magis horũ mẽbrorũ refrigeratio necessaria ẽ q̃ aliorz. Quotidiana aũt febris que a phlegmate fit si continua est tamẽ singulis diebus remittitur hora dimissiõis sue confortaturq3 calor accẽsionis tempore. Et quartana que ex putrida fit cholera nigra si cõtinua fiat interpollatam sentit tamẽ remissionẽ: difficilisq3 fit & calor confortatur die accensionis. Hec sunt que diximus signa quibus queq3 putridarz si fuerit simplex significatur febriũ que intelligas oz.

Capitulũ. 6m. de cõpositarũ febriũ signis & cãis.

c **Ompositarum** diuersitates febriuz multe sunt. aut eniz componitur tertiana cum continua aut cũ circulari hecq3 aut quartana aut quotidiana cum continua aut quartana aut cõtinua quotidiana: aut quartana accedens cum quartana continua: aut tertiana ꝯtinua cũ quotidiana iter pollata & alia huiusmodi. Aliquotiẽs aũt harum tres cõponũtur febriũ. nõnũq̃ quatuor & alie huiusmodi varie cõpositiones. Est aũt harũ adinuicẽ cõpositio duobus modis aut per cõmixtionẽ. aut per confinitatem. Si ergo humores duo duas generãtes febres cõmixti sũt & cõtẽperati: & accẽsiones earũ & fines eodẽ fiẽt tẽpore. Per cõfinitatem vero si humor quisq3 simplex est & a socio purus ac seperatus: accẽsiones earũ duabus fient temporibus diuersis: ideq3 in finibus fient. Et cõpositi humores aut equales erunt in q̃titate: aut certe alter altero amplior. Cõpositarũ aũt febriũ: que dã proprijs cẽsentur noibus quibus agnoscũtur quedaz nõ. Et cui nomen est febris emitriteus vocatur: id ẽ dimidia tertiana. Hec febris ex cõtinua cõponitur quotidianã: & tertiana interpollata per circuitus si simplex fuerit. Que vero pura non est cõponitur aut ex tertiana cõtinua & phlegmatica interpollata: aut ex vtrisq3 & tertiana & phlegmatica continuis. aut tertiana & phlegmatica circularibus. Nõnunq̃ aũt febris hec ex duabus cõponitur equalibus in virtute febribus. aliquotiens ex duabus quaz altera fortior est altera. Hec est compositarũ assignatio febrium. Signa vero quibus significatur huiusmodi sunt. Quarũ est cõpositio ex cõfinitatis modo cognitio eaz facil' est: ex accẽsionum cuiusq3 tẽporibus & tẽporis prolixitate: febris etenim que ex cõtinua cõponitur & interpollata. significatur interpollata quidẽ ex rigore & horrore que accẽsionis fiunt tẽpore: cõtinua aũt sua cõtinuitate. Qũ vero cõpositio per cõmixtionẽ fit & cõtemperãtiã eius cognitio difficilis est. & scidẽs propter signorum cõmixtionẽ aliorũ cũ alijs: maximeq3 si mixtura hec cõtẽperantie fuerit equalis: tunc eteniz difficilimũ est & grauissimũ. Quod si humorz alter dominatur in cõpositione cognitio eorum facilior est quoniam dominãtis signa humoris manifestiora sunt. Oportet aũt discretionis & inditij vtaris diligentia in huiusmodi & speculationis decentia. Nec multũ cures in compositis febribus caruz accẽsiones: nec initaris ill' ad significandũ: nõnunq̃ etenim due febres cõponuntur tertiane singulis diebus oppinãturq3 medici quotidianaz esse. Et aliquotiens due sunt quartane que tertio accedunt die & existimat q hec intuetur tertianã: vtiturq3 ad eã que nõ oz curãdam: vnde & febris augetur virtus: fortiorq3 fit intãtum vt nõnunq̃ ea ex cura eger peat qũ cõtrarijs quã opz ad eaz vtatur curandã. Ideo ergo febrẽ ex ipsius natura & ex ꝓprijs significare oportet accidentibus: queadmodũ in antecedentibus dictum est: quo & significatio vera fiat & cura qualis expedit sit: nec offendatur quis ex circuitibus. Febris itaq3 ex rubea composita & phlegmate quam emitriteum diximus si pura sit quatuor intelligitur signis. Primum est si cõtinua sit. hocq3 phlegmatice febris continuitate. Secũdũ si singlis sint illi accẽsiões diebus & vno qdẽ die lenis & facil' accẽsiõis altero autẽ fortis & difficilis. Leuis quidẽ quoniã phlegmatica continua quz mouetur febris suarũ accẽsionũ tẽporibus singulariter rigorẽ nõ patitur: quoniã humor intra vasa est & venas. Difficilis autẽ secũdo die quoniã accẽsionis tertiane accẽsiue dies ẽ & cũ ea rigor fit grauis cuius ẽ cũ tertiana fieri: mouetur q3 pariter & phlegmatica febris cuius ẽ singulis accendi diebus: vnde roborata difficilis fit. Tertiũ est signũ si accẽsionũ difficiliũ tẽpore rigor fiat grauis & nõnunq̃ rigor hic & horror multiplicatur in diebus ter vel quater. Quartũ sequitur signũ quoniã accẽsiones eius equales sũt: graues quidẽ grauibus: leues vero leuibus. Non purus aũt emitriteus quidã ex equalibus in virtute cõponitur febribus: q dã ex altera maiori. Et cuius in cõpositione equales sunt si ex tertiana & quotidiana circulariter accensis fiat: rigor in singulis erit diebus: nisi q̃ die quodã cũ horrore & extremitatũ graui difficilis est frigore: die alio accensio cum rigore fit graui tremore quoq3 morsura & acumine. Que vero ex continua cõponitur tertiana & continua quotidiana rigorem nõ hẽt aut horrorẽ. Et que ex tertiana cõtinua & quotidiana piodica simili s est pure: nisi q̃ ab ea differt: eo q̃ qui in ea est rigor grauis nõ ẽ: quoniã que in hac est febre rigor phlegmatice fit cã febris: quiq3 in phlegmatica fit febre rigor difficil' nõ est sed horrori similis nec est cuz diminutione sed repletioni similis. Quz autẽ febris huius ẽ cõpositio ex inequalibus. s. humores illas generãtes inequales sunt dñantis signa febris manifestiora erunt & clarius patebũt: debilioriq3 occultiora. Hec est cõpositarũ ex putridis febriũ signorũ assignatio. Accidunt autẽ in febrib9 simplicib9 siue cõpositis habitudines quedã ab inuicẽ diuerse: aut caloris cã varietatis aut materiei: vocaturq3 earũ queq3 noibus ab habitudinibus denominatis quibus accidũt. Quibusdã etenim multa ẽ imixta humiditas & vocatur londinis. Cuiusdaz calor grauis est adurens: vocaturq3 incendium vel causon quam grauis sequitur sitis & in lingua nigredo: & in stomacho morsura cui9 quz tãgit corpus sentit tanq̃ si vrat. In alijs calor & fri

ꝙqꝫ paruz a crossis caueāt cibis: ⁊ multo vtuntur post cibū
motu: vnde ⁊ eiusmodi eorum sunt vrine ac propter eorū cō-
plexionē humidam crosse. Secūda quoniā vie ⁊ meatus q-
bus a renibus ad vesicam decurrit vrina. caloris eorū natu-
ralis causa largi sunt. ⁊ expellēs valida virtus: ideoqꝫ mate
ria simul tota subtilis ꝑtransit ⁊ crossa ad vesicā facile: ⁊ qm̄
meatus quo a vesica ad virgā fertur vrina collū scilicz vesice
strictū ē. ꝑꝑ eorū ꝑuitatē etatis ⁊ mēbroꝝ: nec ꝑeū maticī trā
situs ē crosse. Transeūte itaqꝫ subtili vrina ꝑs remanet cros-
sa in vesica que durescit ⁊ in lapidez vertitur calore vesice: fi-
untqꝫ calculi ⁊ lapides quēadmodū in renibus dictū ē. His
itaqꝫ de causis in iuuenibus lapides nō generantur: eo ꝙ eo
rum vrina tenuis ē: qm̄qꝫ amplior in eis calor ꝙ humiditas
⁊ ciborum maiorē habēt regiminis cautelā ꝙ pueri: ⁊ vesice
eorum collum largū ē qꝺ ⁊ subtile ⁊ crossam emittit vrinam.

Hac ēt de causa in mulierū vesicis calculi nō generantur:
quoniā vesicarum earū colla larga ⁊ breuia sunt crossaqꝫ fa
cile ꝑ ea transit vrina. Harum ēt cōtrarijs cāvum ⁊ renuz ve
sicarum passiones in senibus difficile curātur propter mea-
tuum eorum arctationē ⁊ cōplexionis frigus. Tradunt āt
nōnulli in epate calculos ⁊ orbo gnāri īteſtino ac colon ⁊ dis
gregationibus. Galienus aūt se vidisse cōmemorat hominē
cui tussis erat cōtinua: qui qum emisisset lapidē: tussis ab eo
cessauit. Horuz autē cā est caloris magnitudo ⁊ in his mem-
bris crossorum gnātio ac viscosoruz humorum. Et signa
quibus arena significatur ⁊ calculi renū sūt hec. Vrina pau
latim egreditur ⁊ cū ardore: ⁊ in ipsa arena appꝫ: grauitatē
sentit ⁊ dolorē patiēs in ilijs qua ē cōfinitas lumborum loco
scilicz renū: ⁊ nonnunꝙ cum dolore ē punctura: ⁊ nonnunꝙ
pariter testiculorum fit egrotatio qui apte infirmātis ē renis
dolor quoqꝫ in cruribus ⁊ pedibus que ab illo sunt latere cū
dormitatione propter pedū cum renibus cōparticipationez
ꝑ venas pulsantes. Arene aūt que egreditur color varia
tur: alius etenim color croceus ē nimiuz. Alius qui sandara-
cinus rubeus: alius qui ⁊ arene ⁊ cuiusdā cinericius. Oz
autē medicū speculationē adhibere diligentem hac in passi-
one ⁊ indiciū roborare. Nōnunquā ⁊ enim in intestinis pas-
sio est ilijs confinibus ⁊ in renibus eā opinatur. Refert autē
galienus accidisse ei dolorē in vētre iliorum in confinio intā-
tum vt terebello locū opinaretur ꝑforari: maximeqꝫ in loco
per quem vrina ad vesicā transit a renibus. Adhibuit autez
olei clistere: egressusqꝫ est chimus cū oleo vitro similis liqui-
do: ⁊ dolor cessauit. Opinabar autē ait calculū in meatu eē:
qui a renibus est ad vesicam: eratqꝫ in quodam crossorum.

Apostema āt qꝺ i renib⁹ ē qꝺdā calidū: qꝺdā fri
gidū. Calidi signa: dolor. grauitas. ⁊
ī lūbis ardor. a latere rēis īfirmātis sitis. febris. cephalea. vi
gilie. cholerarū vomitus rubearū strāguria. Vt autez emis-
sio fiat apostema: fiūt febres pariter variorum circuloꝝ: hor
rores varij. dolor fit maior: ⁊ qum huius passiōis dominus
super latus iacet sanū rem sentit qui egrotat tanꝙ suspēsuz.

Frigidi signa apostēatis grauitas quā īfirm⁹ ī lūbis sen
tit ilijs cōfib⁹ sine dolore ⁊ ī apostēatis ꝑncipijs. Fallunī āt
medicoꝝ qdā qb⁹ ñ ē ī morboꝝ specl'atiōib⁹ ꝯsuetu°: opināt
qꝫ hāc passionē colicā eē. Differūt autē q: renū passio ad lū
borum substollitur partes: dolorqꝫ in codē perstat loco: ⁊ qū
qui renuz patitur dolorē clistere adhibetur dolor augetur eo
ꝙ intestina clisteri repleātur: ⁊ renē cōprimāt patientē. At ve
ro colica a loco transfertur ad locū. Vlcera que in renib⁹
fiunt: aut ex causis exterioribus vt percussione ⁊ casu que cō
terunt ⁊ rūpunt: aut ab interioribus fiūt vt humore acuto q
incidit ⁊ corrodit. Vlcera renū significantia signa: dolor est
quē patiēs in lūbis sentit ⁊ post ilia sine grauitate ⁊ distēsio
ne. sanguis emissio ⁊ sanici ac vlcerum squamaruz in vrina.
Nonnūꝙ frustrum exit quasi carnis qū caro comeditur re-
num. Est aūt in renū vlceribus vrine exitus facil' ⁊ sine dif-
ficultate eiusqꝫ liquor tēperatus. Sāguinis vrina aut ab
interioribus fit causis: aut ab exterioribus: ab interiorib⁹ fit
qum imutās debilitatur que in renibus est virtus: nec sāguis
īmutatur aquositas bene. aut qū que inuenis retinēs est debi
litatur virtus: que qū sāguinē nō retineat: cū vrinā egreditur
sanguinis quedā pars. Non est aūt cū huiusmodi habitudī
bus dolor ⁊ siquis sed modicus. Nōnunꝙ aūt a renibus sā
guinis emissio circularis est. quēadmodum ⁊ in sanguis ab
ano egressione cōtingit. Et hāc habenti circuitus passionem
accidit in lūborum ꝑtibus egritudo que qū sāguis circuitus
exierit tēpore mitigatur. Fit autē hec ex venarum quoqꝫ
corrosione vt diximus: exitqꝫ sanguis pedetentim. Aut certe
multa est eius effusio a venarum renū aliquarū scissura: que
⁊ sanguinis fit multitudine ⁊ multa venarum tenuitate. Et
huiusmodi sanguis emissio subita ē sine cā ⁊ multe ꝙtitatis.
Sāguis autē propter exteriorē emissio cām fit vt ꝑꝑ casum
aut percussionē: que rumpit ⁊ cōterit: significaturqꝫ his que
hui⁹modi precesserint causis. Que vero diabetes vocatur
passio ⁊ circinalis a quibusdā cōtinua est vrine assuefactio
⁊ vocatur stillatio. Fit autē ex virtutis attrahentis magni-
tudine qua renes sanguis attrahunt aquositatē vrinā. s. ni-
mioqꝫ in humiditatū renū appetitu. Hoc aūt īmoderatione
male cōplexionis calide fit que in renibus domīatur: ea que
de causa aquositatē plurimū desiderāt: quo qui illis accidit
ardor extinguatur ⁊ refrigeretur ⁊ calor: attrahitur itaqꝫ ad
eos ⁊ ab epate ⁊ omnibus corporis membris humiditas: fit
itaqꝫ sitis molesta ⁊ mēbrorū ardor ad aquosā humiditatez.
Et ex virtutis debilitate retinentis que renibus inest qua aq̄
sitatē retinere non ꝑualet quā ad eos mittit epar: mlta nāqꝫ
ē ⁊ eos grauās ⁊ expellit̄. Et q̄ hāc signa passiōez significāt
sitis molestia est sine febre ⁊ siccitate que in corpore appareat
et vrine emissio sine ardore cōtinua: quodqꝫ vrina tenuis ē al
ba aque similis. Hō nāqꝫ quz aquā biberit velociter eā min-
git: quoniā renes ab epate illā attrahūt nec in eo īmorat̄. In
his quoqꝫ nulla facta mora expellit̄ eo ꝙ ipsā ꝑꝑ eius copiā
retinere non preualerant. Et sciendū qm̄ si cui grandiorū do
lor acciderit renū incurabilis ē. Morbi nāqꝫ prolixi si gran
dioribus fiant sepius in eis moriūtur sicut ait hypocras.

Capitulū. 35m. de passionibus vesice cāis ⁊ signis.

Vesice que accidūt passiones sūt lapis in ea ge
neratus. apostema. vlcera. stranguria: ⁊
eius sine velle exit⁹. Lapis ex illis generatur cāis
quas apud renes diximus. humor. s. crossus ⁊ viscosus: ⁊ cor
poris vesice calor ⁊ colli eius angustia. Fit autem passio hec
maxime in pueris ꝑꝑ eorū humiditatē cōplexionis ⁊ appeti
tū. appetitus fortitudine in cibos quēadmodū dictū ē: ꝙqꝫ
plurimū cibus vtantur superfluitates generātibus crossas.
Accidit aūt ⁊ iuuenib⁹ qui regimie crossos generante vtunt̄
humores ⁊ viscosos. Et que hāc significāt passionez dolor
qui in vesice fit loco ⁊ eius cōfinibus: ꝙqꝫ virge fit prurigo ⁊
erectio eius aliqñ ac eneruatio sine cā: vrie cruditas ac tenui-
tas: albedoqꝫ: ⁊ q: cū vrina exit arena: ⁊ excūtis vrine diffi-
cultas. Hec quz videris signa in vesica lapides esse intellige.
Qz si ambigis ⁊ vrine durat difficultas: expedit egrotāti im
pes supinū iacere: cuius erigas pedes: ⁊ ipsū fortissimo cōcu
tias motu: dehinc calidā rores aquā super vesicā cū oleo: ac
manu linias tua: ⁊ moueas ad superiora: quo suo lapidē am
moueas loco. Dehinc egrotāti impera migere: ⁊ si nō hñ mi
xerit lapides repelle cū cathatiro. Recedit etenim a meatu ⁊
patiens post hec optime minget. Hec quz videris intelliges ī
vesica lapides cōtineri. Apostema ea significāt que ⁊ re-
nū apostemata nisi ꝙ hoc loco dolor ē in pene: apparetqꝫ in
eo apostema sub tactu: ⁊ hac in passione vrie difficultas ma
ior ē: queqꝫ ex vlcere egreditur sanies maior quaz seqtur nāe
cōclusio eo ꝙ vesica apostēatica intestina cōprimat. Que
aūt in vesica fiunt vlcera ab eisdē oriūtur quibus ⁊ in renib⁹
cāis eadēqꝫ eorū sūt signa nisi ꝙ in vesica ⁊ circa eā sunt cum
vrine difficultate ardore ⁊ fetore. Nōnunꝙ ⁊ in vrina lami-
nule apparent tenues ⁊ quidā furfuri simile. Strāguria
aūt ⁊ still'o vrine ex cāis ē quas diximus in renibus ⁊ vesica
ac passiōibus vt calculis: ac ex virtutis debilitate expellentis
qum vesice eneruatur corpus: ⁊ ab reprimendo debilitatur ⁊
reductione super vrinam: nec reprimit illam. Significat au-
tem hec signum huiusmodi. Egrotum supinum iacere preci-
pe ⁊ ⁊ eius exprimere vesicam. Et si vrina in ꝑtes pellit̄ virge
egredietur ⁊ patiēs quiescet. Fit ex apostemate quod ī vesice
nascit̄ collo: aut in lacerto qui illū circundat. Fit ēt ex visco
so humore qui meatui inuiscatur vrine a vesica ad virgā ⁊ op
pilationē facit: significaturqꝫ ciborū regimine crossorū ac vis
cosorū quiete quoqꝫ ⁊ otio que precesserunt. Fit qꝫ ex sanie
aut sāguie ī meatu coagulato. Accidit etiā strāguria ex acu-
to humore qui in vesicaz pūcturam facit: aut ex acuta quali-
tate que in ipsa est vrina que vesicam pūgit: ideoqꝫ illā natu

ram expellit q̃si nocẽtẽ. Fitqȝ ab inde vrĩe stillo: significatur qȝ vrine rubore ⁊ ardore: quẽ sẽtit in virge extremo patiẽs ⁊ ex calefacienti regimine quod precesserat. Urine preter volũtatẽ egressio ẽ quẽadmodum illi accidit qui in lecto mingit. Hoc aũt aut ex eneruatione accidit lacerti: qui collum circundat vesice ⁊ retinẽtis debilitate virtutis. Humiditatis causa qui illi accidit. Accidit hoc maxime pueris eo ꝙ eoꝝ hũida sint mẽbra: aut ex spõdilis vesice oppositi suo discessu loco i exteriora: incidũtqȝ vesice ligamẽta ipsaqȝ eneruatur: ideoqȝ ⁊ vrinã retinere nequit. Hec est passionũ assignatio que vesice fiunt. Et sciẽdũ passiones has qũ in senib⁹ oriuntur difficiles esse sanationi: vt hypocras testatur.

Capitulũ. 36 de passionibus siphacis causis ⁊ signis.

p Assiones que siphaci accidũt vẽtris sunt scissura ⁊ ruptura raritas fitqȝ ab inde thirbi egressus: aut intestinorũ extra siphacem ad eos qui vicini sunt vẽtris lacertos ⁊ vmbilici acumẽ. Hec aũt ruptura ⁊ scissura aliquãdo in vmbilici cõfinib⁹ est ⁊ que sub ipso. Fitqȝ thirbi ⁊ intestinoruȝ in eas egressio partes apostemati similis ⁊ vocatur crepatura. Aut scissura in partibus inguinũ i meatibus qui ad testiculos tẽdũt. egrediũturqȝ thirbus ⁊ intestina in eas partes. Et si in iguinib⁹ steterint inguinaria vocatur hernia: si in casulã descẽderint testiuȝ hernia vocatur intestinal' aut thirbi. Hec aũt passio aut ex nimio fit motu aut saltu vociferatione maximeqȝ post cibũ: ⁊ alicuius põderis subleuatione: aut percussione que super vẽtreȝ ⁊ intestina. distẽditurqȝ siphaos rũpiturqȝ ⁊ rarescit. Fit etiã ex viscosa humiditate que itestina lubricat: ac ad inguinũ attrahit partes. Differt aũt inter passioneȝ hanc ⁊ apostema quare patiẽtẽ facias supinũ iacere: acutũqȝ qui est inter vẽtrẽ ⁊ testes opprimes locũ manu ⁊ ad interiora repelles. Et si ad interiora reuertitur ⁊ profũdatur acumẽ: passio hec scissura ẽ siphacis vocaturqȝ crepatura. Q̃ si nõ ingrediatur nec occultetur ex apostematis esse genere nõ dubitabis. Et sciẽdũ qm̃ q̃ sup vmbilicũ crepatura ẽ paꝝ nocẽs ẽ ⁊ molesta: illic enĩ subtilia sũt itestĩa. Si ĝ egressa fuerit opprimũt ciboꝝ supfluitatib⁹ q̃ i eis sũt: fitqȝ hoi dolor angustiatio ⁊ nõnunꝙ̃ qui einsmõi ẽ fimũ euomit. Que autẽ multum sup vmbilicũ ẽ molesta nõ ẽ eo ꝙ locus hic ab itestinis remotus sit: ⁊ thirbus ab ea solus egreditur. Et que sub vmbilico in principijs nõ leditur quȝ in loco hoc intestina sunt crossa. Ipsa itaqȝ sua crossitie ⁊ magnitudine nõ emittuntur in p̃ncipijs: ⁊ ideo molesta nõ est donec tẽpore abeũte crepatura dilatat̃ ⁊ tũc intestina egrediuntur ⁊ oppressio fit ac molestia.

Umbilici auteȝ acumẽ ex siphacis fit scissura in vmbilici loco ⁊ thirbi: aut intestinorũ egressione extra siphacẽ quẽadmodũ diximꝰ. nõnunꝙ̃ ãt ex hũiditate fit viscosa phlegmaticaqȝ que ad vmbilicũ tẽdit: aut carne que illic oritur. Et nonnunꝙ̃ ex vena ẽ que scindit̃: aut artaria que disrũpitur: egrediturqȝ illis sanguis ad loca que sub cute sunt: aut apostema quod vocatur aporisma: ⁊ aliquãdo ex vẽtositate fit. Et qd̃ ex siphacis fit scissura: apostematis color idẽ ẽ qui ⁊ corpis ⁊ tactus eius mollis ac sine dolore. Et si in intestinũ exit ⁊ manu presseris ad interiora repellitur: ac redit ⁊ est cum eo rugitus. aliquãdo huiusmodi hõ quȝ balneũ fuerit igressus vmbilicus crescit. Et si vmbilici crepatura ex humiditate ẽ tact⁹ eius humidus erit: nec p̃ssa reuertitur nec augetur. Si auteȝ eius acumẽ vene scisse aut arterie cã ẽ: loci color violace⁹ erit aut niger. Et si pp̃ carnẽ que illic est orta durũ erit: nec auget̃ nec minuitur. Q̃ si ex ventositate tactus erit mollis.

Capitulũ. 37ᵐ. de genitaliũ testiculorũ. s. passionib⁹ cãis quoqȝ ⁊ signis.

s Enitalibus in mẽbris que oriũtur passiones: alie in testiculis: alie in virga: in matrice: alie in mãmillis fiũt. Et que in testiculis: quedã in ipsorũ corporib⁹: quedã in eorũ siphacẽ substantiãqȝ: quedã inter siphacẽ ⁊ cutẽ eorũ: alie aũt in venis: alie in cute exteriori. Et que in ipsa eorũ substãtia: coit⁹ appetitus ẽ recessus. generandi priuatio: spmatis fluxus ⁊ paucitas: apostematũ diuersitates: ⁊ vlcerũ q̃ illis accidũt. Et coitus appetitus discessus aut ex vulsione fit que his accidit mẽbris quẽadmodũ in palisi: aut ex paucitate spermatis. Et spermatis paucitas aut cibi fit priuatione que euacuationis cã fit multe corpi accidẽti: aut ex mala cõplexione calida ⁊ sicca que testibus dominatur: ideoqȝ que ad illos peruenit materia in substãtiã nõ mutatur spermatis. Generãdi priuatio ex imoderata fit in testiculos cõplexiõe mala: que aut calida ẽ ⁊ materiã exurit spermatis: aut frigida ⁊ coagulat: aut humida ⁊ tenuat: aut sicca ⁊ spissat. Spermatis fluxus ẽ eius egressio sine voluntate ⁊ membri erectione quod ex retinẽtis fit debilitate virtutis que in testibus est ⁊ virtutis robore expellentis: que in eis est cum calore ⁊ humiditatẽ multa q̃ illoꝝ dñatur cõplexioni. fit ẽt hoc ex mẽbroꝝ organicoꝝ spasmo spermatis: quẽadmodũ epilepsie accidit tẽpore. Hec etenim si spasmẽtur mẽbra motus illis extranaturalis fit: idqȝ quod in eis est sperma emittitur. Apostema quod in testibus accidit aliud calidũ est eiusqȝ cognitio ipsorũ fit magnitudine ⁊ coloris rubore doloreqȝ ⁊ calore. Aliud frigidũ phlegmaticũ colorisqȝ significatur albore ⁊ mollitie tactus dolorisqȝ paucitate. Q̃ si melãcholicũ duritie ⁊ liuiditate coloris. Quod inter testiculorũ corpus ⁊ siphacẽ ipsos circũdantẽ accidit: aut est humiditatis cõgregatio aquose frigideqȝ inter testium substãtiã ⁊ siphaceȝ eorũ. quẽadmodũ in hydropisi significaturqȝ inflatione ⁊ distẽsione: coloris albore ⁊ splẽdore ⁊ aqua ipsa sub tactu apparet. Aut est thirbi in hec loca descẽsus qd̃ aut ex siphacis fit crepatura qui viscẽa circũuestit ⁊ ei⁹ scissura loco inguinũ: aut ex intestinorũ euulsione ⁊ ligamẽtorum ruptura que illa ligat. Aut ex siphacis distẽsione ⁊ raritate. Et his cõmunes rebus cause sunt salt⁹ percussio vociferatio fortis maxime post cibũ. Ex humiditate quoqȝ fit que meatus laxat ⁊ dilatat qui i inguinibus sũt ad testes lubricaqȝ facit intestina ⁊ descẽdere in testiũ casulã accidit aũt maxime pueris eo quod ipsorũ humida sit cõplexio: iuuenibusqȝ qui maioris sunt humiditatis. Et cõmunia que significant signa ꝙ huiusmodi ex siphacis est scissura ⁊ extẽsione ⁊ euulsione intestinorũ: apostema ẽ in testibus manifestum: ⁊ si qui hoc patitur exercitio fuerit vsus: aut saltu: aut anhelitũ concluserit: aut aliquid simile fecerit apostema fit maius ꝙ̃ fuerat: ⁊ si prematur ad superiora redit tarde: ⁊ descẽsus quoqȝ tardus erit: remanetqȝ intestinũ superius in propria figura ⁊ suo in loco: donec stans patiẽs surgat. Quã sepe aũt ad hũc tẽdunt stercora locũ ⁊ ꝯcludũtur illic: sepeqȝ ab inde mors fit: multotiẽs dolor fit ab inde ac rugitus: maximeqȝ si prematur. Cuius aũt passio ex distẽsione ẽ apostema ⁊ intestinorũ descẽsus semel nõ fient: sed paulati ⁊ i lõgo tẽpore: ⁊ apostema equalis ẽ profũditatis: qm̃ siphac intestinũ cõprimit: quod per eius scissurã egressũ ẽ. Significat̃ aũt quod ex siphacis scissura fit: quoniã intestinũ semel in saculũ descẽdit testiũ: ⁊ apostema eiusmodi est a principio magnũ ⁊ figure varie ac sub cute manifestũ: propter intestini ingressum extra siphacẽ. Quod inter cutẽ testiũ accidit ⁊ siphacẽ hernia ẽ carnosa: que aut ex materie crosse influxu i hec loca fit: aut percussione: aut hernie aquose cura qũ non vt opȝ exhibetur. accidit aũt ⁊ in iguinib⁹ quiddã hernie simile quod ex siphacis fit distensione ⁊ intestini euulsione: ac in illum transitum locum. Quod autem invenis que i cute sunt ⁊ substãtia testiũ accidit varices sũt: q̃ eadẽ fiũt d̃ cã q̃ ⁊ q̃ i crurib⁹ oriũt̃ ex materiaꝝ. s. d̃cursu crossaꝝ i has vẽas que in corpore sunt testiculorũ. Significãtur aũt venaꝝ manifesta repletiõe que implicite inuicẽ ⁊ intorte sunt tanꝙ̃ vitis ligamina: testiũqȝ eneruatione ⁊ motus eorũ difficultate ambulãdi quoqȝ duritie. Fit autẽ hoc sepius in testiculo sinistro eo ꝙ testiculus hic debilis ẽ ⁊ minoris caloris. Q̃ autẽ in testium accidit cute. pustularuȝ sunt spẽs. vlcera. prurigo: aliaqȝ huiusmodi que in corpe accidũt exteriori: ⁊ cutis eneruatio ab interioribus sine corpis interioris eneruatione.

Capitulũ. 38ᵐ. de virge passiõibus causis eoꝝ ⁊ signis.

q Ue in uirga fiunt passiões. alie in ipi⁹ corpore: alie in meatibus accidũt. Et que in ipius corpore passio que vocatur priapiscus erectiõis. s. multitudo virge. titillatio que illi accidit. apostemãta. vlcera. Q̃ autem in meatibus oppilatio est.

Et erectiõis priapi multitudo ac perseuerãtia: aut ex ventositate fit que in ipsa gnãtur virga ex humiditate crossa ⁊ viscosa. caloreqȝ temperato: significaturqȝ comitãti titillatione: aut quȝ ad ipam ventositas p venas tendit pulsantes: significaturqȝ erectione titillationẽ non habẽti: ⁊ coitus quaȝ fecit homo abstinẽtia longo tẽpore ⁊ pungẽtium comestione assidua. Priapi titillatio ex vẽtositate fit forti que in ipi⁹ concluditur virge substãtia: fitqȝ hoc maxime cũ apostemate calido ⁊ erectione multa. Sepe aũt ex passione hac vasoꝝ fit spermatis eneruatio ⁊ euulsio. ⁊ nõnunꝙ̃ spasmus a passione hac generatur. Et quicũqȝ passionis hui⁹ dñs ad spasmum fertur velocius moritur qum venter eius tumidus fit ⁊ sudorem emittit frigidum. Apostemata vero ⁊ vlcera q̃ virge accidũt ita quoqȝ quẽadmoduȝ ⁊ in reliquis oriuntur mẽbris manifestis eadẽ habentia signa. Oppilatio autẽ que meatui accidit aut ex humore fit crosso viscoso qui ei in-

uiscatur. aut ex vlcere. Significaturqꝫ vrine ardore ⁊ exeundi difficultate: ⁊ humore qui exit crosso aut sanie ⁊ sanguine vlcerisqꝫ squamis que cū vrina egrediunt̄ sine saniei mixtura.

Capitulū. 39m. de matricis passiōib⁹ causisqꝫ ⁊ signis.

MAtrici que accidunt passiōes fluxus ē menstruorū ⁊ cōstipatio. dissolutio. suffocatio. passio dicta matricis inflatio. vētositas. apostemata. furūculi. sciliros. cancer. durities. cōgregatio. veruce emorois. fissure. pustule. vlcera. egressio eius foras. ⁊ in latus inclinatio. oris matricis cōclusio. cōcipiendi cessatio. abortiēdi copia. pariēdi difficultas. ⁊ que ad ea fiūt vlcera. Oportet itaqꝫ primū naturalem intelligere mēstruorū promotionem ⁊ amputationem. Mulieribus menstrua icipiūt in decē ānorū cōplemēto ⁊ vltra q̄rtūdeciū ānū nō differūtur. Amputāt̄ āt i q̄busdā qd̄ i tricesi° ⁊ sexto an°: i q̄busdā ⁊ deiceps vsqꝫ sexaginta complementum. Hermaphroditus autem mēstruis caret. Et menstruorum circuitus longitudo sana quidē ⁊ vitio carēs duorū est dierū: ⁊ vsqꝫ septimū lōgior ꝓtenditur. Quod amplius est nō naturale iudicatur. Mulieris autē corpus grauatur: qum mēstruorū accessionis prope fit tēpus. Et quibus mulierū mēstruorū tēpora remotiora sūt molesta illis accidunt icōmoda: purgātur eteniꝫ simul subito ⁊ multū. Tēpus autē quod inter duos est circuitus a viginti diebus ⁊ supra vsqꝫ mēses duos. Que post hec fiūt mēstrua naturalia nō sunt: ⁊ mēstruorū vocātur constipatio. Hec autē constipatio: aut passionis causa fit que in matrice ē aut sanguinis crossitie aut percussionis que suꝑ matricē cecidit aut passiōis alicuius cā que i toto ē corpore: aut mēbro vno. Matricis quidē causa: aut apostemate: aut quia matrix torta est ⁊ incurua. Aut aborsu plurimo: aut percussione que super matricē cecidit. aut sāguis est crossitie: aut oppilationis causa que venis accidit ad matricē sanguinē ferētibus. Oppilatio aut ex mala fit ꝯplexione frigida que matricē spissat ⁊ ora venarum stringit: aut ex humore crosso qui meatibus inuiscatur aut apostemate: aut vlceris macula qū cicatrizat̄. Accidit etiā mēstruorū cōstipatio ex sāguinis ꝑ anū egressione ⁊ qū narium imoderatus fit fluxus. aut ex sāguinis fluxu ⁊ emissione a pectore. Cā passionis alicuius que in toto fit corpore: aut febriū cā fit aut cōplexionis corruptione vt hydropisi. Que aūt ex vno ē mēbro: aut a passione que in pectore est: aut in stomacho aut in epate. Fit etiā corpulētie corporis cā imoderate que venas opprimit ⁊ arctat. Et q̄ mēstruorum cōclusionē significāt signa sunt grauitas in vētris iferioribus ⁊ corpore omni: in dorso dolor ⁊ collo: vrine cōstipatio ⁊ egestionis ⁊ nōnunq̄ vrina nigra est: appetitus quoqꝫ ciborū recedit: ⁊ aliquotiens cibos cupit malos mulier. Sepe autem patientibus hāc passionem morbi fiūt pessimi: vt defect⁹ subuersio mēs mala: accidit quoqꝫ rigor ⁊ in iguinibus emissiones. Fluxus autē multa est sanguis egressio a matrice quod fit aut ex imoderata mēstruorū euacuatiōe hocqꝫ: aut ex virtutis ē debilitate retinētis: aut sanguis tenuitate ⁊ subtilitate ac acumine: aut vero ex multitudine sanguinis. Et venarum matricis propter humorē acutū: aut corrosione: aut ruptura. Fit etiā sanguinis fluxus ex imoderata sanguinis ꝑtus euacuatione: aut fetus mortui egressione qū fiat aborsus. Et si sanguinis fluxus immoderatus fuerit coloris fit immutatio corporis ⁊ estuatio ipsius pedū iflatio digestiōis corruptio ⁊ si imoderatus oīo fiat: nōnunq̄ mulier deperit.

Dissolutio vero humiditas ē que ab ore defluit matricis. Hec humiditas aut in ipa generatur matrice qū virtus debilitatur nutriēs. Aut ex sup̄fluitatibus que ad ipam ab omni influunt corpore purgationis ⁊ euacuatiōis modo. Significaturqꝫ huiusmodi spēs superfluitatū ex humiditatis colore ⁊ substātia. Aliquādo eteim rubeus est: ⁊ sup̄fluitatē significat eē sanguineam. Aliquādo albus ⁊ phlegmaticā esse significat. Quādoqꝫ croceus ⁊ cholera eē rubea significatur. Aliquotiens autē niger ⁊ cholera esse nigra monstratur. Et quādoqꝫ aquositas ē plurimū fluēs: aliqn̄ crossa viscosaqꝫ.

Et superfluitatis huius spēs significatur sic. Mulieri precipe pāniculum sibi supponere mūdum: dehinc panniculum hunc intuere donec siccetur: ⁊ si color rubeus ē mundus sup̄fluitas ē sanguinea: si clarus aut croceus: superfluitas ē cholerica: si albus superfluitas ē phlegmatica: ⁊ si niger aut liuidus: sup̄fluitas ē melancholica.

MAtricis suffocatio anhelitus ē cessatio ex matrice facta. ⁊ ē passio pessima. Acciduntqꝫ per cōparticipationē cerebro ⁊ cordi passiōes multe ⁊ pessime. vt cephalea grauis. apoplexia. epilepsia. defectus grauis ⁊ alij huiusmodi morbi ⁊ passiōes quas suis diximus in locis. Sepe autē quibus hec accidit passio mulieres difficultatis passiōis hora intereūt. Sunt eteim illi tēpora quibus molestior fit ⁊ roboratur: tēporaqꝫ quibus leuiatur. Et nōnunq̄ illi fiūt circuitus. quēadmodū ⁊ epilepsie. Fit autē passio hec ex repletione que in matrice ē ex spermatis cōstipatione. qum que coitū assueuerint ab vsu remouētur concubit⁹: multiplicaturqꝫ in vasis sperma ⁊ condensatur. calorēqꝫ immergit naturalem ac extinguit: matricisqꝫ refrigeratur ꝯplexio. Sꝫ ⁊ ex sanguinis menstrui cōstipatione qū eius longi⁹ fit tempus ⁊ multiplicatur in matrice: accidatqꝫ illi quēadmōm ex spermate ostensum ē naturalis suffocatio caloris ⁊ extinctio. Ideoqꝫ passio hec iuuenibus accidit magis mulierib⁹ ⁊ viduis propter nimiū earum ad coitū desideriū. qm̄qꝫ mēstrua in eis plīma fiūt q̄ qū cōcluduntur fit hec passio. Rarissime vero maritatis oritur mulieribus. Neqꝫ eteim in earum matricibus sperma cōcluditur qum spermatis cōclusio maior sit huius passiōis cā. Accidit ēt plurimū ⁊ nonviduis que nō pariunt propter incōmodum aliquod qd̄ ex spermatis accidit instrumētis aut venis per quas mēstruorū decurrit sanguis. Concludūtur itaqꝫ ⁊ sperma ⁊ mēstruū: maxieqꝫ si mulier nō concipiat medicamīs alicui⁹ cā qd̄ ad amputādā porrectū ē gn̄ationē. Fit āt passio h̄ certis circuitib⁹ quēadmōꝫ i epilepsia accidit. Et passionē hāc significātia signa añ accessiōeꝫ ⁊ añq̄ difficil' fiat ⁊ molesta ifimatiōeꝫ pāniuntur mētis: pigritiā: debilitatē in cruribus: coloris citrinitatē: oculorū humiditates. Ut aūt accessio roboratur ⁊ molesta fit: mētis accidit alienatio: defectus: sensus: cessatio: vocis amputatio: pulsus frequētia ⁊ varietas ac debilitas: eiusqꝫ i vltimis cessatio intm̄ vt patiēs mortua esse extimet̄: probetur autē cū bābace subtilissimo qui narib⁹ apponit̄: quo per ipsū anhelitus vtrū moueatur ꝓbetur nec ne. Dehinc autē facies ad ruborē cōuertitur: ⁊ tanq̄ turgida est: matrix sursum trahitur: sicqꝫ cruriū lacerti. Ut aūt leuiari incipit accessio ⁊ mitigari: matrix eneruatur ⁊ ad inferiora descēdit: a qua pauca defluit humiditas ⁊ in vētre fit rugitus: ab inferioribusqꝫ ventositatis emissio. Inflatio autē ⁊ vētositas que matrici accidūt: aut ex mala sūt cōplexione frigida ꝓꝑ quā naturalis debilitatur calor. ⁊ qui ad illū peruenit dissoluitur cibus in vētositatē: aut ex aborsu aut ex sanguine matricis os oppilante: aut exꝑtus difficultate: aut ex matricis oris coadunatione. Nōnunq̄ autē vētositas in matricis ē profundo ⁊ aliquādo inter eius partes raras. Accidit patiēti hec tumor in pēne ⁊ que illi vicine sunt vētris ꝑtibus duritiesqꝫ ⁊ cū distensione dolor: ⁊ attingit vsqꝫ inguina ⁊ stomaci os ac diaphragma. Et ꝓpriū hui⁹ passiōis signū ē q̄ qū que sub vmbilico sunt pulsantur partes vētris vox auditur eorū tanq̄ timpani.

Apostemata matrici accidūt ⁊ magis calꝫ apostēa aut durū. Et calidū q̄dē matrici accidit apostēa: aut ab exteriorib⁹ vt percussione: cōpressione: aut ab interioribus ⁊ ē aut ex mēbrorū cōcussione: aut sanguinis part⁹: aut ex fetus aborsu: aut pariēdi difficultate ꝓꝑ granē qui huic accidit mēbro motū dolorēqꝫ trahiturqꝫ ad illud materia. Hoc aūt apostema aut i oībus ei⁹ ē ꝑtibus ⁊ febris significatur acuta continuaqꝫ capitis dolore: ⁊ colli maxime in vertice: oculorum grauitate: extremorū eneruatione: stomaci corruptione: siti. egestiōis incarceratiōe. vrine duritie ⁊ stillatione quēadmodū dixit hypocras in aphorismorum libro. Cui in ano aut in matrice apostēa accidit: strāguria comitatur. Accidit eteni vesice ⁊ collo eius compressio ex oris matricis coadunatione: aut apostematis cā: aut in parte est ⁊ in parte nō: significatur accidentibus ei⁹ ꝑtis ⁊ confiniū dolore. s. Si eteniꝫ in posteriori ē parte matricis accidit dolor in dorso: egestionis cōstipatio. Si in anteriori fit cū eo pēnis dolor: duricies vrine ⁊ strāguria. Et si in sup̄ioribus dolor accidit super vmbilicum ac stomaci confinibus. Et si in altero laterū dolor inguinibus ⁊ femoribus accidit ac cruribus. Et si in inferioribus ⁊ dolor sub vmbilico ē. Et si in matricis ore dolor his que podici vicinātur accidit: ⁊ si matricis os digito tāgatur inuenitur durū. Furūculi aūt fiūt qū apostēa emissio fit: ⁊ que diximus accidentia fiunt grauiora ⁊ fortiora: adducūturqꝫ illis febres variorū circuituū. horror: ⁊ vt approximat ad eruptionē dolor roboratur ⁊ febres confortātur ⁊ accidit punctura. Et si ab inferioribus ē apostema matricis: sentit homo si locū tangat penis saniē manifeste. hocqꝫ fit qum emissio multa est. Sic quoqꝫ si emissio in matricis fit ore: sanies sub tactu apparet qū digitus matricis imittitur ori. Apostema vero durū quod matrici accidit ipm̄ ē qd̄ sciliros vocatur: acciditqꝫ plurimum in cōfinio

colli eius qum calidū illud precedit apostema aut aliq̃ alia passio post quā durities accidit: generatur autē ex materia melēcholica que in matrice gnātur: sequit̃qʒ apostema hoc matricis in latus iclinatio: ꝛ si nō acceleretur curari. accidit hydropisis. Huius apostematis signa durities est que in penis sentitur loco ꝛ matricis ore: loci grauitas. motus mēbrorum confusio maxie cruriū ꝛ a motu segnities. Transit autē apostema hoc in illud quod cancer vocatur: quod ē apostema durū ꝛ lapideū: quod ex materia fit nigra quēadmodum diximus: aut cholera nigra que eodē generatur in loco Fit autē maxie circa matricis os. ꝛ aliquādo cū vlceratiōe est: aliquādo sine vlceratione. Et qđ sine vlceratione ē dolore significatur molesto in inguinibus ꝛ sub vētre ac in pene. ac dorso ꝛ crossitie dura: que in pene apparet sub ventre ꝛ in matricis ore: estqʒ color eius tanq̃ fecis vini ꝛ nōnuq̃ niger. Qui aūt cancer cū vlceratione est cū his que dixim⁹ signis: accidit ꝛ accidētibus corrosio ꝛ varie feces ac sordes colorqʒ eius ad albū declinat: ꝛ nōnuq̃ sine sorde est: ꝛ eius ad ruborē declinat color. aut viriditatē aut nigredinē. ꝛ nonnuq̃ aquosa fluit ab eo hūiditas fetida odore: colorqʒ eius aut in albū aut nigrū aut rubeū vergit: accidūtqʒ plurima pariter apostematis calidi accidētia.

Durities autem matricis passio dicta apostema est durum. qđ autē in parte eius aut in toto accidit. fitqʒ matrix abinde dura ꝛ lapidea. Passionē hanc que accidit corpori significat debilitas. coloris obfuscatio: ciborū appetitus iminutio. menstruorū cōstipatio. mammillarum tumor ꝛ vētris: intātum vt cui hec accidit passio arbitretur in pricipijs se pregnātem esse. Abeūte autē tēpore hydropicā se putat. Differūt autē passio hec ꝛ hydropis duritie ꝛ soliditate que in ea est: qđqʒ que in hydropisis speciebus appparent signa hic non videntur: ꝛ tamen passio hec si diuturnior duret in hydropisim adducit. Passio que vocatur congregatio coadunatio ē oris matricis nimia cū duritie: acciditqʒ ex apostēate calido qđ dr̃ phlegmō. si circa matricis os acciderit ab exterioribus qū quod in eo subtile ē dissoluitur: quod crossū remanet idurescitqʒ ꝛ lapis fit passionē significat hanc quod p̄cessit calidū apostema: quodqʒ tactu appet oris matricis durities ꝛ coadūatio. Verruce que in matricis accidūt ore ex humore fiunt crosso ꝛ melancholico: agnosciturqʒ passio hec si matricis os aperiatur eo quo aperitur organo. Patebit eteni sensui tactus ꝛ visus simil' si aperiatur.

Emorrois ex melācholico fit humore: quēadmodū accidit ꝛ in ano. Et huius quoqʒ passionis cognitio fit per visus sēsū si matricis aperiat̃ os videbitur eteni manifeste. Et qū sanguinis fluxu tēpore dolor est: color illi rubeus est. Et si quietis sit tēpore humiditas fluit feci similis: ꝛ eius color in nigrū declinat. Fissure ex partus fiūt difficultate: nec in pricipijs apparēt eo q̃ ptus tēpori vicinia sint: ꝛ doloris qui ab eo factus est magnitudini. Post hec aūt egritudinē sētiūt paulatī: ꝛ qū illas digito tāgūt: aut in coitus tēpore qū sāguis ab eis fricatiōis egrediatur causa: apparent aūt manifestissime si matricis apperiat̃ vulua. Pustule ex humorib⁹ fiūt sanguieis: aut materijs quibus imixtus est sanguis. Accidit aūt hoc maxime matricis ori quarū habetur cognitio aperta vulua i matricē directo intuitū: ꝛ tactus sensu si cū digito tāgātur. Vlcera aūt aut ab exterioribus fiūt vt percussione ꝛ pressura que sup matricis cadunt loca: vnde aut rūpitur aut cōteritur. Aut ab iterioribus fitqʒ hoc ex partus difficultate ꝛ magnitudine expressionū: aut ex secundine extractione vel fetus mortui: quibus ex rebus cōtritio accidit aut ruptura. Est ꝛ ex humore acuto cholerico qui incidit ꝛ corrodit. Aut ex apostēatis eruptione: aut pustularū: aliquando sanies hec i matricis ē ore significaturqʒ ipso sensu: qū vulue os sue apitur organo. Significatur aūt qualitas ei⁹ ꝛ substātia humiditatū que egrediuntur varietate. Qū eteni quod matrice egreditur multū est: ꝛ feci simile cū dolore emissionē significat que erupit. Et si sanguis niger ē ꝛ fetid⁹ cū molesto dolore corrosionē significat. Et si qui egreditur rubeus est sanguis rupturā significat aut cōtritionem. Et si emissio aut vlcus sordidū est: ꝛ qđ egreditur carnis aque simile ē: ꝛ dolor est minor. Et si vlcus mūdū ē ꝛ emissio: sanies egredit̃ spissa alba ꝛ q̃titatis pauce: ꝛ cū pūctura ꝛ odore caret.

Matricis egressio foras: aut ab interioribus: aut ab exterioribus fit causis. Et exterioris aut ex secundine extractione si difficil' fiat eius exitus: aut fetus mortui si aliter q̃ opteat educatur: trahiturqʒ ideo simul matrix ꝛ foras egreditur: aut qm̄ mulier ab alto ceciderit loco super clunes. Aut propter pulsationem grauem: ex qua debilitas acciderit ꝛ eneruatio in mēbris ideoqʒ lubrica fit matrix ꝛ foras exit: quēadmodū mulierib⁹ accidit qb⁹ terrores ingerūtur queqʒ in alto nauigant: aut quibus filiorū nuntiātur mortes. Ab interioribus vero humiditatis fit cā phlegmatice ac viscose que lubricā facit matricē quēadmodū mulieribus accidit que iuuētutis trāsierūt tēpus: pp hi⁹ humiditatis que in earū coadunatur corpibus humiditatē. Matricis vero incuruatio ꝛ cōtorsio aut in lat⁹ inclinatio ex chimo fit crosso ꝛ viscoso qui in altero multiplicatur matricis latere inclinatqʒ illā ꝛ a cōceptu prohibet. Et q̃ spermati recta nō fit suscipiēdo. Conceptionis priuatio aut pp mulierē aut certe propter virū fit. Et que culpa est mulieris: aut pp malā matricis cōplexionē: aut morbū organicum: aut humorē qui in eius defluxit cōcaua. Et mala cōplexio si imoderata ē sterilitas fit: ꝛ si nō imoderata cōceptiōis fit priuatio. Hocqʒ aut ex mala cōplexione calida que sperma adurit ꝛ corrūpit: aut frigida q̃ spissat matricē ꝛ coadūat venarū ora pp quas sperma ꝛ sanguis decurrit mēstruorū ad matricem ad quā qū sperma accesserit refrigerat illud ꝛ coagulat: sed nec in testiculis sperma generatur multū: ideoqʒ in ea nō cōpletur generatio. ꝛ si mala cōplexio humida ē sperma nō continet qđ ad ipsā peruenit: eo q̃ nimiū lenis sit lubricāsqʒ exit. Et si mala cōplexio sicca ē semen retinet sed siccitate corrūpit ipsā: ꝛ qđ in ea generatur sperma crossū ē ꝛ durū nec cum generanti distēditur virtute. Morbus aūt organicus qui i matrice est ꝛ cōceptū prohibet: aut ex oppilatiōe ē que venis accidit per quas mēstruus decurrit ad matricē sanguis aut in meatibus spermatis: aut apostemate ꝛ alijs huiusmōi matricis passionibus quas diximus: significaturqʒ signis que in singulis proposuimus. Cōceptus aūt priuatio que humoris fit cā: qui ad matricis defluit cōcauitatē: aut ex humiditate est phlegmatica: aut cholera nigra aut rubea significaturqʒ his que egrediuntur hūiditatibus foras. Plurimū aūt accidit cōceptus priuatio pinguedinis multis cā: eo q̃ iburibus matricis os cōprimat: nec ad ipsū masculi perferat̃ sperma: aut meatus certe cōprimit spermatis ꝛ sanguis mēstrui fitqʒ abinde mēstruū nō decurrere nec sperma ad matricem ꝛ si decurrat paucus certe ac debilis. Ideo ergo hypocras in aphorismorū libro ait. Quecūqʒ preter naturā crasse sūt nō cōcipiūt quoniā opimētū vētris os matricū obturat ꝛ vt extenuētur cōcipiēt. Cōceptus aūt priuatio q̃ viri fit culpa aut mala spermatis ē ex cōplexiōe: aut morbo organico. Ex mala quidē cōplexione spermatis: quoniā aut calidū ē ꝛ adustū: aut frigidū ꝛ coagulatum: aut humidū ꝛ fluxū: nec stabilitur i matrice. aut siccū ꝛ nō dilatatur in ea. Hocqʒ fit si mľieris spermatis cōplexio aut matricis temperata est aut spermati consimilis circa has habitudies virili. Qū aūt muliebris spermatis cōplexio ꝛ matricis virilis cōplexiōi spermatis est cōtraria: multa fit generatio: quoniā qū calidū sperma cū frigido: ꝛ siccū cum humido miscētur: tēperantur ab inuicē ꝛ sic ab eis fit generatio. Organicus vero morbus qui virū a generatione prohibet curuatio est meatus virge. Qū eteni nō egreditur semē recte ꝛ sine mora i matricis non dirigitur finē vltimūqʒ: sed ad matricis descēdit os. Hoc aūt intelliges si qū vir mingit vrina eius recte nō emittitur sed ad inferiora descēdit qū nō torqueatur in lōgū. Et attēdēdū tibi vtrū ne mulieris culpa cōceptus fit priuatio aut viri: per eā quā p̄cipit hypocras approbationē i aphorismorū libro quā dixit. Si scire vis vtrū cōceptus priuatio fiat mulieris culpa aut viri mulierē super scānū sedere fac: ꝛ vestibus operi suis ꝛ aromatibus subuapora. Et si vapores i eius pētrat corp⁹ ꝛ ad narres peruenerit ꝛ os intātum vt eorū saporē in ore iueniat: intellige conceptum ex muliere non ipediri: sed ex viri parte. Qum eteni in matrice oppilatio est ꝛ obturata sunt venarū ora per quas mēstruū ꝛ sperma decurrit ad matricem frigoris aut siccitatis causa: aut morbi organici: aromatum fumus ad mulieris nō penetrat corp⁹. Sicquoqʒ ꝛ si illic humiditas est vaporē extinguit: quēadmodum ꝛ spermatis calorem. Quod si magnus ꝛ fortis illic calor est vaporem alterat ꝛ corrūpit. Et tradunt sapientū quidā qm̄ oportet viri semen super aquā mittere: q̃ si' super aque expāditur faciē ꝛ ꝛ dissoluitur frigidū est ꝛ tenue nec p̄dest. Et si aque imergit̃ ꝛ non supernatat: vtile significat esse generationi. Sē ꝛ si matrix remota sit in loco suo a vulua: aut colli longi aut magni ꝛ masculi virga breuis ē matrix sperma nō potest attrahere ad se nec conceptus fit: ꝛ est viri causa conceptus priuatio. Potes autem hoc ipsū agnoscere ex signis q̃ malā diximus

significare cõplexioné naturalem ⁊ in viro ⁊ in muliere: in te
sticulisq; vt exilitate ⁊ pinguedine: nigredine: albedine: duri
tie ⁊ mollitie: spermatis multitudine: ⁊ paucitate eius crossi-
tie ⁊ tenuitate. Et sciendum mulierez concipere: donec eiꝰ au
ferãtur mẽstrua ⁊ virum generare: donec vite eius transeant
anni septuaginta ⁊ vsq; nonagita ⁊ iuxta naturalis fortitu-
diné caloris in vnoquoq; hoïum ac testiũ eius cõplexionis
calorez. Et ẽ iuuenis qui nõ generat: qui qũ ad etaté accidit
ampliorem generationé celebrat ⁊ e cõtrario. Est aũt causa
quoniaz ꝙdiu corporis eius ⁊ testiũ cõplexio frigida ẽ ⁊ hu
mida anteꝙ̃ ad iuuentutis statũ accedat paruz generat: ad
qué vt peruenerit ⁊ calor confortatur naturalis in corpore te
stesq; calefiunt generationi conuenit. Nonnũꝙ̃ aũt fit hoc
trãsitu a regimine refrigerãti ⁊ humectanti ad calefatiens ⁊
desiccãs vnde ⁊ ꝯplexio téperaẗ. Qui aũt sua ẽ i adoloscétia
generatiõis multe: ⁊ qum in etaté dimittitur non generat: fit
hoc quoniã corporis eius cõplexio ⁊ testiũ in adolescétia ca
lida ẽ ⁊ humida: ⁊ vt ad etaté peruenerit iuuẽtutis: ac gran-
diorum cõplexioni corporis ⁊ testiũ calor dñatur ⁊ siccitas:
aduriturq; spma ⁊ desiccatur nec gñationi prodest. Qui ãt
gñationis ẽ parue in adolescétia ⁊ qum ad etaté peruenit iu-
uentutis ⁊ grandioruz vtilior ẽ: fit hoc qum cõplexio eius ca-
lida ẽ ⁊ sicca ⁊ magni ardoris: ⁊ qum ad etaté ꝑuenit ampli
orẽ calor iminuitur ⁊ téperatur complexio ac sperma: ideoq;
tunc generationi cõpetit: ⁊ nõnunꝙ̃ cã fit transitus a regimi
ne imoderati caloris aut frigoris in téperatum regimé. Hac
quoq; de cã in multis ẽ videre viris. ꝙ in adolescentia femi-
nas generant: in iuuẽtute ⁊ grandioruz etate masculos. Te-
sticulorũ nãq; eorum complexio i adolescétia frigida erat ⁊
humida qum ad iuuẽtutis ꝑueniunt statum ⁊ grãdiorum te
stium fit calida cõplexio ⁊ modicũ sicca: ideoq; masculos ge
nerant. Et nõnunꝙ̃ hoc idé cã fit trãslatiõis regimis. Et
hoc nos oz cõmemorare loco. qd̓ his cõueniés ẽ ⁊ consimile.
vtrũ ne mulier pregnãs sit an nõ: quibus agnoscatur signis.
Sunt auté hec: ꝙ vir coitus tépore matricé sentit veretri ca-
put suggenté: quéadmodũ hyrundo sanguinez suggit: nec a
matrice quicꝙ̃ egreditur spermatis: deinceps os eius coadu
natum sentit ⁊ nimium cõstrictũ. vt tm̃ stibij extremũ nõ pos
sit imitti sine apostemate tamé ⁊ duritie. Hoc autez nimia fit
matricis dilectione in sperma ⁊ desiderio ꝑmaximo. Nõnũ-
ꝙ̃ accidit mulieri horror in coitu paucus ⁊ modica molestia
a subumbilico vsq; ad vuluam confinia. Nec vero mulieris
meustrua decurrũt quéadmodum naturaliter consueuerunt
nec coituz vt ante mulier gliscit. venarũ que in corpore sũt co
lor viridis ẽ. mãmille plus solito stãt: oculorum albũ liuiduz
ẽ ⁊ in viride declinans: itidéq; fatiei color cuz lẽtigibus: sub-
uersio illi accidit: appetitus ciboruz paucitas: ⁊ ad appetitꝰ
declinat malos. Et qd̓ signum cõceptus corroborat: Hypo-
cras in aphorismorũ cõmemorat libro qum dixit. Mulieri
dormitum eunti mellicraté propina: cui si tortio circa vmbi-
licum accidit pregnãs ẽ: sin minie. Facit aũt hoc aqua mel-
lis quoniã iflationem parit ⁊ vẽtositatem: matrixq; compri-
mit itestinum rectũ: eo ꝙ pertransire vẽtositas nequeat: sz in
itestino circũuoluitur. vnde ⁊ tortiones generãtur. Opz aũt
mellicraté crudũ eẽ quo multã generet ventositaté. Ex q-
bus aũt itelliges vtꝝ masculus ẽ. color mulieris pulcher est:
⁊ motus illi facilis. venter subrotundus ⁊ vberum mammil-
larum color rubeus ad nigrum declinans. Si autem mulie-
ris color turpis est ⁊ indecens: motus tardus: venter oblon-
gus. suntq; ei lẽtigies. fetꝰ femia ẽ: ⁊ nõnunꝙ̃ i cruribꝰ eiꝰ tu
mores fiũt. aposteata. ⁊ vlcera. q̃ si fuerit femina ẽ fetꝰ.

Abortiẽdi fetꝰ mľtituͦ aut ab iterioribꝰ fit cãis
aut ab extioribꝰ. Ab iteriõibꝰ ꝓpter
humiditaté viscosã q̃ in matrice ẽ ⁊ fetũ lubricat: aut ex cõple
xionis matricis malitia: qua virtus debilitaẗ retinés: vt fe-
bre aut apostemate quod in matrice fit: aut menstruorum flu
xu cõceptus tempore: vnde fetus iminuitur cibus: ⁊ moritur
ac mortuũ natura pellit ⁊ emittit. Cãe exteriores vt saltus ⁊
saltatio. vox grauis. timor. molestus. ira nimia que semel fit
⁊ subito: sternutatio si perseuerauerit. percussio si super vte-
rum ceciderit: aut dorsũ medicamé laxatiuũ phlebotomia q̃
anteꝙ̃ fetus maior sit fit: aut quz magnus ẽ: aut ab alio quo
uis loco sanguis imoderatus fluxus corporis. Pariendi
difficultas aut matris fit cã: aut hine: aut fetꝰ: aut aliquaꝝ q̃
exterius accidũt rerũ. Ex matre qd̓ si pinguis ẽ: aut vulua il
li parua: aut virgo: aut formidola: aut debilis virtutis: nec fe
tũ põt expellere. Aut apostema illi ẽ i matrice: aut alie matri
cis passiones: aut alicuius alterius mẽbri passio: aut partus
ipse nõ suo fit tépore. Propter fetũ si magnus est aut pin-
guis: ideoq; nõ descẽdit ad inferiora: aut caput illi magnum
ẽ: aut capitũ duũ: aut mortuus aut plures vno sũt fetus. Aiũt
eteni quidã se vidisse mulieres quinq; peperisse tres aut qua
tuor ipse vidi. Sed ⁊ si fetus nõ vt oportet egrediatur: nec ea
qua decet figura. Eius auté egressio naturalis ⁊ cõpetẽs
ẽ vt caput eius egrediatur primũ: sintq; manus eius sup co-
xas vtrasq; expanse ⁊ in nullũ declinet latus: aut vero pedes
eius exeãt prius in nullã inclinatione facta parté. Quz ergo
fetus alio ꝙ his egreditur mõ eiꝰ egressio ẽ aliter ꝙ̃ expedit.
Et partus ꝓpter secũdinã fit difficultas: aut quoniã non
dissoluitur ꝑꝑ suaz crossitiẽ: aut qm̃ anteꝙ̃ oporteat dissolui
tur: aut ꝑꝑ tenuitaté eiꝰ. Et difficilis fit partꝰ ꝑꝑ ea q̃ ac-
cidũt exterius: aut ꝑꝑ aeré frigidũ: que partes adunãtur ma
tricis ⁊ densantur: aut calidũ qui corpus rarescere facit ⁊ vir
tuté dissoluit nec fetũ põt expellere. Et in oïbus his acciden-
tibus ⁊ habitudinibus si sternutatio accidat mulieri facilis
fit eius partus: quéadmodũ in aphorismorũ libro testaẗ hy-
pocras. Si mulieri in matrice passio ẽ ⁊ partus difficultas:
sternutatio fiat: signũ laudabile. Aiũt auté obstetrices: qm̃ fe
minarũ partꝰ lõgior sed debilior ẽ: parere auté masculos acu
tius ⁊ grauius. Et si partus tépore ante partũ sanguis egre-
ditur difficilis fit partus: si differtur leuis.

Capꝫ. 40ꝫ. de mãmarũ passiõibꝰ cãis quoq; ⁊ signis.

Mammillis q̃ accidũt passiões: alie cõmu
nes sũt: fiũtq; i eis quéadmo
dũ ⁊ i reliqs extioribꝰ mẽbris vt mala ꝯpľo ⁊ apostéa
tũ diuersitates ⁊ hoꝝ cognitio eisdẽ fit. q̃ dcã sũt aľs. alie illis
ꝓpe sũt vt apostéa caľz qd̓ ex lactis fit: coagľatõe i eis signi
ficaturq; inflatione ⁊ duritie: dolore ⁊ coloris rubore: aut sã-
guinis nodatio: significaturq; inflatione sed modica duritie
⁊ sanguis in vberibus manifestatione quz exprimiẗ. Ait ãt
hypocras hoc insaniã significare. Gal. aũt ait hoc nõ semꝑ
eẽ sed raro: quz sanguis ascẽdũt vapores ad cerebrũ. Accidit
aũt mãmillis vnã reprimi eaꝝ: aut vtrasq; dũ pregnãs ẽ mu
lier. Hoc aũt fetus significat nocumétũ: aut certe futurũ abor
sum. Et si vterq; cõprimẽtur ⁊ fetus vnus ẽ aut duo qcquid il
lud ẽ mulier emittit. Et si altera tm̃ ⁊ fetus gemellus ẽ alteri
us fit aborsus: ⁊ si dextra deprimitur masculus abortitur: si
sinistra femina. Est ãt cã qm̃ sanguis iminuitur ⁊ paucus fit
in venis que ad mãmillas tẽdũt a matrice: ⁊ sanguis ad ma-
tricis declinat partes: ꝑꝑ eã q̃ accidit nature ad expellenduz
fetũ ⁊ emittẽdũ violentiã. Ideo materia a mammillis in ma
tricis declinat partes ⁊ ad eas descendit. Accidit ãt mamilľ
grauidationis tépore durities: significaturq; dolore qui pre-
gnãti in genibus ⁊ vertebris oculisq; fit quéadmodũ testaẗ
hypocras. Sanguis eteni si in mamillarũ vasis multipliceẗ
expellit illũ: aut ad inferiora corꝑis versus genua ⁊ anchas
natura: aut ad superiora: fit abinde in oculis dolor vt obtal-
mia ⁊ ardor. Hic est tractatus cõplementũ de passionibus q̃
genitalibus accidũt mẽbris.

Capitulũ. 41ꝫ. de ancharũ passionibus ⁊ pedũ causis
quoq; earũ ⁊ signis.

Passiones que anchis ⁊ pedibus accidunt
sũt sciatica. arctetica. podagra.
Et sciatica spẽs ẽ quedã arctetice ⁊ disgregatio-
nis doloris. Hec eteni passio in disgregatiõe oritur coxe. Dif
fert aũt sciatica ⁊ arctetica: quoniã hac in passione dolor in
exterioribus ẽ ossis coxe ⁊ vsq; genu disgregationẽ attigit ⁊
aliqñ ad cauillã vsq; descendit ⁊ pedis vltimuz a ꝑte extra-
nea. Fit auté aut ex humore phlegmatico crosso ⁊ in anche
disgregatione cõcluso: ⁊ nõnunꝙ̃ ancha euellitur hac in pas
sione ꝑꝑ huius humoris viscositaté. Q: si huiꝰ prolixius fiat
passionis tépus retrahitur pes ⁊ claudicatio fit: neq; eteniz
ad pedé cibus penetrat quéadmodũ oporteret: ideoq; atte-
nuatur ⁊ deficit. Ideoq; hypo. in aphorismoꝝ libro ait. Cui
dolor est in ancha ⁊ diuturnior vertebrũq; resilit: pes eius to
tus cõtrahitur ⁊ claudus fit: peior ãt passio hec quz acciderit
in sinistro fit latere. Artetica apostema ẽ qd̓ in disgrega-
tione fit mẽbrorũ ⁊ nõnunꝙ̃ in disgregatione fit pedũ: vt dis
gregatione fit cauille ⁊ articulorũ maximeq; in pollice voca
turq; podagra. Si ãt in alijs fiat disgregationibus vt genu.
manuũ. cubitoꝝ. ⁊ oïbꝰ corꝑis disgregationibus artetica vo
caẗ. Et nõnũꝙ̃ passio h̃ i maxillaꝝ fit disgregatõibꝰ ⁊ auri-
bꝰ. spõdilibꝰ epatis ⁊ splenis. alijsq; mẽbris intm̃ vt nõ agno
scatur cã ex qua passio generatur. Fit ãt hec ex disgregatio-
nis debilitate materiaq; que ad illã ꝓfluit repletq; illã ⁊ di-
stendit neruos ligamẽtaq; que in ea sunt vnde ⁊ dolor fit mo
lestus. Dolor hac in passiõe grauis fit duabus ex cãis. al-
tera ẽ ꝑꝑ sensus virtuté que in ligamẽtis est ⁊ neruis. Altera

De signis malis que a morbi sumuntur habitudine. Que aūt ex morbis ducuntur signa hec sunt que assignamus. Morbus qui post alium fit precedentē morbū: si difficilior est primo. aut ī nobiliori mēbro malū ē. Si dolorē capitis senserit patiēs granē ꝛ ꝑseueret cū febre: ꝛ quoduis modicū malum appareat signum malū est: significat eteniꝫ ꝓculdubio mortē. Dolor eteni ī capite grauis cū febre apostēa significat calidū in cerebro ꝛ opimēto eius quē si malū comitet̄ signū virtutē a morbo significat superatā. Q si malū nō appareat signū patiēs liberādus cū sāguis nariū fluxu: aut emissiōe significat̄. Nariū aūt fluxus hac accidit ī hītudīe ei qui iuuenis ē nec in morbo vigīti fuit adhuc diebus. Q si vicesimū morbus trāsijt diē ꝛ grādior ē eger aut senex saluatio eius per emissionē fiet. Et si perseueret cephalea ꝛ capitis grauitas ac colli phrenesim patienti spasmus illi fiet cōgelatus ꝛ cholerarū vomitus veneno similis: nec morabitur mori. Cephalea nāqꝫ a cholerarū fit ascēdentiū acumine in cerebrū. Cōgelatio aūt cerebri fit ex siccitate ꝛ operimenti eius. Vomitus ex cholerarū fit multitudine crocearū que male sunt ꝛ corpi domināt̄ur: mortis eius acceleratio ex morbi malitia ꝛ quꝫ passiōis hꝰ locus nobilis. Et si patiēs debilis est virtutis statim vt vomitus accidet vel congelatio morietur. Si robustus ē in dieꝫ differetur mors tertium. Si mens percussionis cā in capite aliēata sit aut corrupta signū ē cerebro ꝛ vētriculis eius incōmoda facta. Si in cerebro fiāt emissiones ꝛ ad vētriculos eius penetrēt mortē significāt: vētriculi nāqꝫ cerebri spūꝫ cōtinēt aīalē. Si ergo incōmodū illis acciderit spūs cessat ꝛ vita deperit. Si ex vini potu alienatio accidat mētis ꝛ horror malū ē: ꝑpea ꝙ vaporibus vini cerebri vētriculi repleti sunt ꝛ calefacti. Q si horror pariter fiat significat quꝫ sua vinū multitudine calorē submergit naturalē ꝛ coagulat. Si apoplexia ebrio subito fiat spasmatur ꝛ moritur nisi forte febris illi accidat hora q̈ crapule vini habēt dissolui: apoplexia nāqꝫ in huiusmōi hītudīe ex cerebri vētriculorū fit repletione neruorūqꝫ a vino. Et qum in vino subtilitas ē queqꝫ ab ipso facta ē repletio dissoluitur hora q̈ ebrietas dissoluēda ē: febris quoqꝫ quꝫ accidit materiā subtiliat ꝛ dissoluit: fit quꝫ nō accidit ebrietatis sua solo hora: nec febris superuenit ipsū spasmari ꝛ mori passionis magnitudine. Cui dū sanus ē subitus fit capitis dolor ꝛ statim tacitus fit ꝛ stertere illi accidit in septeꝫ moritur diebus nisi forte febris illi fiat. Apoplexia nāqꝫ vt diximus ex cerebri vētriculorū fit repletione a crossis hūoribꝰ. Stertere aūt si in apoplexia fiat eius significat ꝛ vires ꝛ magnitudinē. Egritudo nāqꝫ sua virtute lacertis pectus accidit mouētibus quēadmodū ait hypocras: apoplexia si fortis ē ꝛ diē nō trāsit septimū. Et in alio ait aphorismo: apoplexiā fortē sanari impossibilium: debilem difficilium. Quoniam apoplexia acutorum est quiddam morborūꝫ: cuius finis in die quarto est ꝛ. vijº. qm̄ q̄ passio in mēbro est nobili tp̄s hoc ꝑtrāsire nequit nec potest cerebrū ampliori ꝙ hoc tēpore difficilē perferre passionē. Et si febris accidat superfluitatē dissoluit ꝛ subtiliat ꝛ morbus recedit. Et si cū continua febre forti: dolor fiat molestus ꝛ grauis intra aurē: signū ē malū. Dolor nāqꝫ hoc in loco grauis apostema approbat esse calidū quod neruis accidit auditus: dolorqꝫ ꝛ egritudo cerebrū vsqꝫ pertrāsit eo ꝙ illi proximū sit. ideoqꝫ pariter mētis accidit alienatio ꝛ interitꝰ sequitur. moriuntur autē nōnulli quibus hec accidit subito quēadmodū in apoplexia fit. Et si patiens iuuenis est prima morit̄ ebdomada: qm̄ hac in etate febris fortior ē propter caloris virtutem ꝛ cholerarū hac in etate multitudinem. Q si egrotans senex est post hoc morietur longe. febris etenim calor in corporibus senuꝫ debilior ē: propter caloris debilitatē ꝛ cholerarū in eorūꝫ corporibus paucitatē. Hac itaqꝫ de causa in senibꝰ ꝑiculū minus ē: qm̄ ex morbi lōgitudine nōnunꝙ aures eorū saniē emittunt ꝛ liberātur. At vero iuuenes anteꝙ in saniem vertantur moriuntur: propter eā quā diximus causam. Qm̄ si sanies fiat ꝛ auribus emittatur signūqꝫ illis bonū appareat salus illorū speratur. Si in lingua pustule appareant magne: vt cicer ꝛ extrema frigescant mortē significant proximā. Significat nanqꝫ pustulas has meri stomacho eiusqꝫ confinibus accidisse. Si in collo apostema appareat nigrum ꝛ turgidū cū mētis alienatione: aut vigilijs: aut mālo anhelitu: signū est malū: quoniā que illud faciunt apostema cholere male sunt. Et si in gurgulione vlcꝰ appareat cū febre continua est malū: maxieqꝫ si pariter signum apparuerit malū ꝛ reprobū significat nāqꝫ periculuꝫ: quoniā hoc vlcꝰ in loco transglutionē prohibet doloris causa: respirationemqꝫ prohibet aeris: vnde ꝛ patiens suffocat̄ ac moritur. Quꝫ qui suffocatur multo egeat aere caloris causa. Sic ꝛ si febricitanti suffocatio accidat repentina: nec transglutire preualꝫ aliquid mortis est signū. Sed ꝛ si febricitanti colli accidat curuatio ꝛ difficilis est transglutio illi: nec in collo eiꝰ tumor apparet mortē significat. Hoc etenim accidēs significat aut in meri: aut in lacertis illud subinuoluētibꝰ apostēa esse. Apostemaqꝫ neruos ꝛ nuchā contrahit: trahunturqꝫ cuꝫ eis spōdiles ꝛ collū curuatur. Si iugulatio homini insit: nec cū ea aut in collo: aut in gurgulione apostematis aliquid ap̄eat aut ruboris ꝛ dolor difficilis est: ꝛ qū anhelitū vult surgit ad sedendū nec iacere pōt p̄ria moriet̄ septimāa: aut aā. Si eni apostēa ā ap̄eat ī gurguliōe loco q̄ meri ē trāsitꝰ ꝛ meatꝰ ac gutturis significat apostēa ītus guttur eē: ꝛ qū āhelitꝰ oppilatur meatus: ideoqꝫ necessario patiēs suffocatur. Orthomia autē hac in passione fit: quꝫ patiēs si supinus iacet mēbra añriora sup posteriora cadūt anhelitusqꝫ oppilat̄ meatꝰ intantum vt eger collū erigere habeat necesse: apiturqꝫ parū gutturis meatus: ideoqꝫ patiēs deperit ꝑꝑ meatuū. s. oppilationem. Quinātia aūt que huiusmōi est. sꝫ tm̄ eiꝰ rubor ī gurgulione ꝛ apostema ap̄et: mortifera est: sꝫ mors eius tardior. Hac eteiꝫ quinātia apostema ī gutturis ē extremo ꝛ meri ideoqꝫ dolor minor ꝛ orthomia nō difficilis: vnde ꝛ huiꝰ differtur iteritus. Qū autē colluꝫ rubore suffunditur ꝛ pectꝰ lōgioris est tp̄is ꝛ sperāde patiētis saluti magis proxima: nisi forte subito rubor ad iteriora occultetur. Rubor nāqꝫ si ad exteriora missus appareat ī pectore ꝛ collo: significat qm̄ natura materiā ad exteriora pellat: ꝛ gutturis liberātur interiora. Quꝫ aūt occultatur rubor ad iteriora conuersus semel significat qum passio ad guttur cōuersa est ꝛ pulmonē. ꝛ exitiosum est. Et si occultatio ruboris creticoꝝ aliquo fiat die: ꝛ in corporis exterioribus emissio ap̄et: aut patiēs aliquā reijcit sanieꝫ: significat a morbo liberationē. Q si occultatio fiat ruboris hoꝝ nullo apparente signorū: ꝛ videris patientē esse tāꝙ eius si sit sedatus dolor: morteꝫ significat aut morbi redituꝫ. Sentit aūt a dolore quietē. qm̄ apostema ad pulmonem transit cui sensus nō est. ideoqꝫ qui egrotat molestiā nō sentit. Si hōi quinātia fiat ꝛ sanatur ab ea: ac materia ad pulmonē declinat: in septē moriet̄ diebus. Si fune homo suffocetur aut alia re: nec ꝑficiatur suffocatio appareat autē eius in ore spuma nō liberatur a morte. Suffocatio eteiꝫ qū super gurgulionē ceciderit ꝛ guttur cōpresserit ac pulmonis canaleꝫ aer intrare prohibetur: ꝛ sup̄fluitas egredi fumosa: densaturqꝫ fumosa sup̄fluitas super cor ꝛ pulmonē: cuiꝰ emissionem facere nitit̄ pulmo ꝛ suis instat viribus. Emittit itaqꝫ parū quid vaporū: ꝛ cū his humiditatē subtilem. atqꝫ abinde fit spuma. Spuma nāqꝫ ex humiditate fit ꝛ ventositate hac in habitudine. quēadmodū maris accidit in vndis. qū illas ventus ꝑcusserit. Et cui pleuresis ē nec aliquid expuit: ac orthomia illi accidit intātum vt anhelare iacens nequeat moritur: ꝛ eīm apostematis magnitudinis fit cā ꝛ virtutis a maturatiōe debilitate ꝛ expellēdis q̄ in eis sunt: ꝛ quꝫ pectoris partes dū iacet eger sup̄ apostema cadūt: ideoqꝫ meatus oppilātur anhelitus: vnde ꝛ orthomia accidit. Et cuius pleuresis dolor nō mitigatur per sputū ꝛ excreationē nec per phlebotomiam ꝛ medicamē soluens: nec ꝑ cataplasmata ꝛ alias curas ac regimē malū est: qm̄ in saniē vertitur. Omne eteiꝫ calidū apostēa si medicamibus prohibentibus ꝛ dissoluentibus nō mitigatur: in sanici transit coadunatiōeꝫ. Si in peripleumonia ꝛ pleuresi fiat sanies. ꝛ post cholere in sputo ducūtur. vt aliqñ saniē spuat ꝛ simul vtrūqꝫ. signū est malum. Naturam etenim significat ab apostematis maturatione deficere: ꝛ qm̄ totā nō pōt materiaꝫ in saniem alterare propter humoris malitiam. Et si saniei sputum septimo incipiat die patiēs quartodecimo moritur. Septimus nāqꝫ dies creticus ē ꝛ morboꝝ ē in eo finiri aliqua euacuatiōe quēadmodū alias dictū. Si ergo malū in eo ap̄uerit signū ꝛ mala infirmi hītudo angebitur mortē significat quēadmodum si materia hoc deficeret die bonū significaret ꝑꝑ eā quā diximus cām. Ideo ergo quartodecimo die moritur: quoniā huiusmodi signū hoc in die mortale. Et si infirmo signū quod liberationē significet apparuerit mors eius in septimūdecimū aut vicesimū trāsfertur diē iuxta signa bonū significan-

tis vim. Et si malū boni loco signū appareat eger nono aut
vndecimo morit̄ die. iuxta signi malū significātis fortitudi-
nē ⁊ debilitatē. Si lateris locus pleuresiꝫ patientis nigre
scat mors illi velox adest. Materia nāqꝫ mala sua magnitu
dine ad exteriora fertur ab interioribus: ⁊ nigredo materiei
signū ē malitie. Ex pleuresi peripleumonia facta maluꝫ ē
signū. Malus eteniꝫ humor a quo pleuresis facta ē eo ꝙ mlˀ
tus sit: nec pectus ei sufficiat capiēdo ad pulmonē ps eius tē-
dit ⁊ incōmodū in hoc crescit nobili mēbro. Et sciēdū qm̄
saniē habētiū qui moriūtur que fit ex pleuresi ⁊ peripleumo-
nia grādiores sūt ⁊ senes. Relique saniei spēs vt ptisis vlcus
⁊ apostēata q̄ sub hypocūdrijs sūt adolescētes amplius inte
rimūt. In pleuresi nāqꝫ ⁊ ꝑipleumonia patiens virtute eget:
qua que in pectore ⁊ pulmone adunata sūt emittat. Senū āt
ē debilis virtus nec horū per sputū ꝑualet purgare loca: nec
febris in eis fortis ē: vnde nec tm̄ gdē vt iuuenes molestant̄.
Adolescētes vero ex pleuresi ⁊ peripleumonia liberātur qm̄
fortiores: possūtqꝫ emittere pectoris ⁊ pulmonis saniē facili-
us. Qm̄qꝫ coꝝ fortis ē calor ⁊ reliqua eorum apostemata fe
bris comitatur difficilis q̄ in mēbra trāseat radicalia: ideoqꝫ
coꝝ ꝯsumit̄ hūiditas ⁊ virtꝰ dissoluit̄. Cui pleuresis ē aut
ꝑipleumōia si dissolutio fiat vētris illaudabile ē maxieqꝫ si se
ptimo acciderit die. Solˀo eteni pectꝰ nō purgat ⁊ pulmonem
sed virtutē debilitat nec p̄t morbi pellere materiā per sputū.
Nō si ante septimā fiat solutio signuꝫ ē naturaꝫ nōdum con
fortari ad materiei maturationē ⁊ morbi: sꝫ virtutis fit h̄ de-
bilitate retinētis. Sic ⁊ si cui ptib̄ ē fiat solutio morit̄: eius
qꝫ cā retinētis est debilitas virtutis ⁊ qm̄ mēbra liquefiūt ra
dicalia ⁊ dissoluūtur. Et si pleureticis vel ꝑipleumonicis
emissiōes fiāt in peduꝫ partibus: qōqꝫ spuēdo emittitur diffi
cile exit ⁊ parue ē quantitatis ⁊ īdigestūqꝫ: ⁊ in vrina hypo-
stasis nō appar3 laudabilis. significat qm̄ in qua illud factū
est disgregatio extirpabitur qum sua est in malitia materia.

Et si emissiones occultētur ⁊ ebris nō deficit. ⁊ sputuꝫ vt
prius est difficile emitti ⁊ paucuꝫ f infirmi alienabitur aīus ⁊
morietur. Hec eīm accidētia significant qm̄ materia pessima
est ⁊ ad suum reuersa locū. Si corriça pleuretico fiat aut
peripleumōico. signū est maluꝫ: eo ꝙ hac in passiōe materia
multa est ⁊ ad pectus descendit ac pulmonē: innititurqꝫ loco
patienti ⁊ malū augetur. Cui sanies ē in pectore ⁊ vritur:
si sanies vini feci aut luto similis exeat: moritur. qm̄ materiā
natura nō decoxit: nec alteratur in mēbrorū radicalium nāꝫ
sꝫ in sua remanet malitia. Si qō ptisicꝰ expuit fetet odore qū
super prunas mittitur ardētes mortem significat. Fetor eteiꝫ
sputi putredinē significat pulmōis. aut humorū putrefactio
nem. Et si pulmo corruptꝰ ē ⁊ interitus seq̄r. Si ptisici
concludatur sputum mortē significat quoniā virtutis oñdit
debilitateꝫ. Sanies vero si nō emittatur pulmonē corrodit ⁊
ad cordis tēdit partes. Si hōi cuipiā solˀo ē mala vt egō ni
gra ⁊ viridis ⁊ fetida: debīc cōstipetur ⁊ nō exeat: mēbra cor
rumpuntur. Alienatio mētis in ptisicis malum: accidens
nanqꝫ est alienū. Et si ptisicorum defluāt capilli ⁊ fluxus
illis fiat ventris: mors illi ꝓxima est. Hec eteīm duo accidē
tia virtutis significāt retinētis debilitatē ⁊ humiditatis defe
ctum. Ptisicis cephalea si fiat signū est maluꝫ. qm̄ accñs
est alienū materiarū significās malarū in cerebrū ascensuꝫ.

Ptisicus si multū emiserit sudorem maluꝫ. qm̄ humidita-
tis significat cōsumptionem que inter mēbrorum est partes.

Si quod ptisicus expuit multū est ⁊ faciliter: vita illi pro-
lixior est ⁊ tardatur mors. Multuꝫ ⁊eīm ⁊ facile sputum vir
tutem significat validam. que pulmonē a sanie purgat. ⁊ ma
teria matura pauce crossitiei ⁊ viscositatis. Sputuꝫ auteꝫ
paucū ⁊ qō difficile emittitur ex virtutis est debilitate q̄ pul-
monē mundare non potest: ⁊ materiei crossitie ⁊ cruditate.

Cui defectus sine manifesta fit causa sepius subito morie
tur. Sincopis etenim sine manifesta causa ex humoribus fit
malis qui ad cordis influūt ꝑtes. Si vero prolixius fiat hu-
ius materiarum fluxus tempus cordis augetur debilitas. ⁊
materia ad ipsum influit fortis: calorem infundens natura-
lem ⁊ extinguens. Si tremor cordis homini grauis accidit
continuus morietur subito. Tremor nanqꝫ mala fit ex com-
plexione q̄ cordi accidit ex mala materia. ꝙ si cordi diutius
instet eius dissoluitur virtus ⁊ calor extinguitur. Si in pecto
re vulnus fiat qō ad cōcauitatē eius penetret ⁊ cordis partes
mortē sine dubio significat quꝫ pectus ⁊ cor vite sint fornax.
Si vomitū habēti singultatio accidat ⁊ in oculˀ rubor signū
ē malū. Singultatio nāqꝫ spasmꝰ ē qui stomacho accidit: q
ex repletione ⁊ euacuatiōe fit. Et si cū vomitu fiat significat̄
ex euacuatione eē qui spasmus peior ē eo qui ex repletiōe fit.

Si aūt ⁊ oclˀi rubeāt significat passionē ad cerebrū ascēdisse.
Sic ⁊ si singultatio ex solutiōe fiat alijsqꝫ ex euacuationibꝰ.

Hydropisis que post morbos fit acutos si cū ea febris sit
⁊ molestia malū ē ⁊ mortale. Quꝫ enim hydropisis ex epatis
fit frigore ⁊ virtutis debilitate generātis: fit curatio eius per
calefactionē ⁊ medicaminū vsū calidorū. Et si huiusmōi vta
tur quis febris augetur ⁊ molestia: quꝫ molestia aut apostēa-
tis cā sit calidi aut caloris febris pūctura: quꝫ āt refrigeranti
bus vtimur vt febris minor fiat hydropisim augemus. iōqꝫ
infirmus circa hoc sepe deperit. Hydropico si tussis accidat
grauis signū est pessimū. Hocqꝫ si tussis dominātis in pul-
monē humiditatis cā fiat: ꝙ si ab alia cā minus malū. Si hy
dropico cholerica accidat solutio malū est. Qum etenim hy
dropisis ex materia sit frigida fit quꝫ a corpore materia eua
cuatur calida morbi augeri ⁊ roborari materiā: iōqꝫ eger de
perit. Si sub hypocūdrijs apostema fiat calidum pariterqꝫ
subuersiones sepiꝰ moueātur ⁊ frequēter insaniaꝫ significat
futurā ⁊ periculū. Hoc eiꝫ apostema ⁊ passionē in ore signifi
cat eē stomaci ⁊ diaphragmate: vnde ⁊ mētis prefert aliena-
tionē ex horū duū mēbroꝝ cū cerebro cōparticipatiōe. Si
in epate aut stō aut splene apostema fuerit calidū malū ē ⁊ si
magnū interitū portēdit. Hec eni mēbra excellentia sūt ⁊ ma
xime vtilitatis per q̄ mēbra stāt ⁊ corpis ꝯstitutio. His itaqꝫ
si icōmodū accidat malū ē: ⁊ si magnū actiōes eorū deficiunt
⁊ patiēs perit. Et si ab epatis apostēate singultatio fiat ma-
lū ē signum. Apostema nāqꝫ huiusmōi epatis magnū ē calꝫ
⁊ vsqꝫ stomachum molestia fertur. Iōqꝫ i eo cholere gñant̄
multe que ipsū pungunt ⁊ singultatio oritur. Si quod sub hy
pocūdrijs est apostema in lacertis fuerit ventris periculum
nō minatur nisi magnū sit: tuncqꝫ propter magnitudinē ⁊ na
ture debilitationē a resistendo. Et omnia que sub hypocun-
drijs sunt apostemata in principijs habent periculum. Et si
.xx. trāseāt dies ⁊ febris durat: ac apostema nō dissoluit̄ sa-
niem facit. Hoꝝ apostematū saniez habentium cui rotundū
nō est caput ad exteriora declinans: sed caput eius latum est
⁊ magnū periculuꝫ portendit: Cuius eteni caput acutum est
materiā significat subtilē tenuitateqꝫ ⁊ calorē. vnde cito ma-
turatur ⁊ sanies fit. Et eius inclinatio versus cutē: nobilis si
gnificat mēbri saluteꝫ ab eo. Quod aūt magnū ⁊ capitis lati
multitudineꝫ significat materie ⁊ crossitiem: naturāqꝫ debili-
tari ab ipsius maturatione propter crossitiē eius: ⁊ ab eiꝰ ex
pulsione ad exteriora propter multitudinē. Si erupit apo
stema ad interiora anime fit cōturbatio ⁊ virtutis casus ac
periculū fit magnuꝫ. Et si eius ad exteriora ⁊ interiora fiat
eruptio mortē significat. Eruptio nāqꝫ ad exteriora ⁊ interio
ra morbi significat magnitudinē. Oia apostemata si magna
sint ⁊ molesta. duraqꝫ periculū significāt ⁊ mortē ꝓpter mor
bi magnitudinē ⁊ virtutē quoniāqꝫ naturā deuincit. Si hoi
in epate fit hydropis ⁊ rūpit aqua ad operimētū quod voca
tur siphaces eius interiora aqua replētur ⁊ moritur: hydro-
pis ⁊enim que in epate est tumor est qui in operimento ipsuꝫ
inuoluenti fit aqua repleto. Si ergo tumor hic eruperit: aq̄
ad siphaceꝫ vel thyrbū defluit replenturqꝫ loca hec rubigino
sa aqua que operimētū comedit exuritqꝫ ⁊ infirmꝰ ꝑit. Qui
hydropicoꝝ inciditur aut coquitur: fluitqꝫ ab eo saniei ⁊ aq̄
multū quid semel interit. Omnis eni semel facta multa eua-
cuatio: virtutē dissoluit ⁊ debilitat intātum vt restitui nō pos
sit. Egreditur nāqꝫ cū aqua ꝙtitas sp̄s multa. Cui sub hy-
pocūdrijs apostema est in stomacho aut alijs inferioribus
mēbris si erūpat ⁊ sanies ab eo similˀ exeat feci vini aut amur
ce exitiosum ē signum. Natura nāqꝫ nihil agit i materia: nec
maturat eā vt sanies fiat alba. Ictericorū epar si durum sit
malū est signū: durū eteni apostema significat: apostema au
tem epatis duruꝫ in hydropisim sepiꝰ defert. Si que sub hy-
pocundria sunt ventris supplano tenuia sint ⁊ macida: in
solutionem patientibus cronicā malū est: humiditatis nāqꝫ
instrumētorū cibi significat consūptionē ⁊ desiccationē qum
huiusmodi res est. Si ex colica que vocatur ileos vomitꝰ fiat
⁊ singultatio malū est: que si spasmus comitetur īteritus por
tenditur: hac enim i spetie colice intestina oppilātur subtilia
nec potest emittere natura egestionē ad īferiora: quare ad su
periora pellit ⁊ stomacū ac cū vomitu exit. Quare stomacho
fit molestia: incōmodūqꝫ hoc vsqꝫ ad cerebrū defertur ⁊ trā-
sit ac spasmus accidit ⁊ mētis alienatio. Hec aūt duo accidē
tia exicialia sunt. Cui stranguria in colica ileos dicta
fit in septē moritur diebus: nisi forte suꝑuenerit febris ⁊ vrina
defluat multa. Hoc inueni caplˀo. vj. aphorismorū hypocra-
tis sermone quē Galienus hypocratis negat eo ꝙ cāꝫ intelli
gere nequiuerit. Si hoi cuiꝙ lūborū sit dolor cū febre ascēde-

ritqz dolor ad diaphragma ⁊ ab inferioribus quiescat locis: mortale ē signū maximeqz si q̄duis modicū maluz appareat signū. Tūc eteni mortē proculdubio portēdit. his etenim in locis dolor cū febre ex apostemate fit calido: apostema hoc quz ad diaphragma ascēderit alienatio fit mentis ꝑꝑ diaphragmatis ⁊ cerebri cōparticipationē ⁊ hoc mortale. Et si vel modicū fiat simul signū malū mors proculdubio fiet. Et si laudabile accidat signū virtus ad morbū cōfortatur maturādū ⁊ in saniē vertitur. Quz in vesica durū fuerit apostema: ⁊ q̄ nō dimittit febris comitatur mortale ē. apostema nāqz durū si vesice accidat intestinū cōprimit ⁊ egestio non exit. Et si febris sit continua ac dolor mortale ē: nisi forte eger vrinā mingat digestā in qua sanies sit ideoqz liberetur. Et si hoꝝ nihil ē ac febris nō deficit mors proxia ē: aut prima aut certe ebdomada secūda aut ante. Si pregnāti inascitur herisipila mulieri i matrice mortis ē signū. Si i epate stomacho renibus aut vesica vulnus fiat magnū mortē portēdit qum āt paruū ē sanari patiens poterit. Vidi vulnꝰ i crossis intestinis ⁊ egrediebat̄ ab eo egestio ⁊ qui patiebatur liberatus ē Et vidi vulnus q̄ð in capite factū ad operimētū penetrabat tenue curauiqz patiētē ⁊ sanatus ē. Galienus aūt refert se in epatis partibus plagā vidisse ⁊ extremitas quedā epatis abscisa ē ac patiēs sanatus ē. Quz autē vulnus aut in conicū aut in gibbosū cadit epatis latus patiēs nō viuit. Et vesice ad cōcauū si vulnus penetret incurabile ē quz substātia eius neruosa ē ⁊ vix cōsolidatur. Et renes quz carnei sūt si vulnus illis incidat nō magnū quo eorū nō cessat actio cōsolidatur. Si in continua fiat febre rigor sepius ⁊ virtꝰ debilis ē mortē significat. Rigor nāqz si multus fuerit ⁊ sepe in debili corpore concutit illud ⁊ frāgit ac laniat ac debilitas eiꝰ augetur ⁊ virtus oīno cadit. Si in febre stō incēdiuz accidat ⁊ tremor: signū est malū. Palpitatio nāqz ori accidit stomaci per cholerarum multitudinē ⁊ vim. Si in membrorum aliquo apostema sit aut dolor: ⁊ post hoc āgustiatio exestuet ⁊ sitis mortem significat. Calor nāqz ad interiora conuertit̄ corporis ⁊ cordis partes. stomaciqz ⁊ vtrūqz incendit. Cui i acuta accidit quidē febre per quod habet fieri crisis: dico autem euacuationū aliqua ⁊ nihil prodest si tertio apparuerit malum die signū ꝓculdubio peribit. Et si quartꝰ tertio simil̄ est dies: eius interitus sexto occurrit die aut septimo. In causon si tetanꝰ fiat aut spasmꝰ signuz est maluz. Hac ⁊ eīm i habitudine spamus fit ex euacuatione humiditatis ⁊ desiccatōne eius vnde ⁊ malus. Si in aliqua fiat euacuationuz singultatio multa vt sanguinis vomitus: solutionis ⁊ aliarum: signum est maluz: singultatio nāqz spasmi speties est que ex repletione fit aut euacuatione: ⁊ qui ex euacuatiōe fit spasmꝰ exitial̄ est ⁊ difficilis est ad curāduz. Cui tetanus accidit in quatuor moritur diebus quos si transierit sanatur. Tetanus nāqz iter acutissimos numeratur morbos: eiusqz crisis in quarto fit die: qū virtus laborē nō ferat distēsi mēbri tēpore longiori. Si ex sanguinis fluxu alienatio fiat mētis ⁊ spasmus illaudabile est. Sanguis nāqz si nimius in euacuatōne fuerit siccitas fit ⁊ ab hac spasmus: ⁊ si passio ad cerebrum ꝑferatur: mens alienatur ⁊ patiētis mors timetur. Si i corpore emissiones fiāt magne ⁊ apostema ab eis nō oritur malum est: quoniā apostema in corporis est interioribus. Si infantibus vlcera fiant pessima ⁊ neqꝫ interitus est signū. Infantes nāqz non ferunt molestiā nec medelā tollerant. Si in febre palpebra fiat turgida superior redituz significat morbi Hoc eni ex caloris fit debilitate naturalis: ⁊ quz mēbra que morti proximāt intumescūt vt mortuorū cadauer. Cui in lūbis antecedens est molestia: ⁊ in latere pustule oriūtur putride: signū est malū: eo ꝙ materia a mēbris trāseat inferioribus ab nobiliora. Si morbus infirmi nō cōuenit nature etati ⁊ tēpori anni presenti maluz est: ⁊ qui patitur periclitatur. Morbi nāqz cōplexio horū resistit omniū cōplexioni: ⁊ illā reuincit ac illis sua dominatur virtute ⁊ viribus. Ideoqz piculum significat: qū natura morbo neqt obstare. Hec de malis dicenda videbantur signis: que periculū significant ⁊ interitum portendūt.

Capitulū. xi: de signis a morbo liberationē portēdētibꝰ.

e Et quoniaz omnia signa ostendimus mala que periculū significabant queqz interituz portēdebant iā nūc salutē portendentia exponamus signa: quibus in morbis apparentibus infirmus a morte fit securior. Hec etiā signa quēadmodū diximꝰ alia ex corporis sumuntur habitudine ⁊ figura ⁊ virtute: alia ex actionū bonitate. Alia ex his que corpore emittunt̄ alia ex morbi natura. Et que ex corporis sumuntur habitudine hec sunt. Quz infirmantis fatiē sani faciei homini videris similē: maximeqz sue que fuit in sanitate signū est salutis a morbo illo. Sepe eni faciei infirmi figura naturalis sicca est attenuata: ⁊ nasus acutꝰ color plumbeus aut alicuius coloris mali: ⁊ si eiusmodi fuerit in morbo nec muttatur habitudinem significat timendam sed salutem. Et si calor in egrotātis corpe equalis ē oīno minime diuersus salutē significat quz viscera ab apostemate oī sana demōstret. Si septio fiet die icteritia aut post illū in diebus creticis: a morbo significat salutē. Significat nāqz naturā cōfortatā ad expellēdas superfluitates cholericas in corporis exteriora. Et si que sub hypocūdrijs sūt oī vacua sint crossitie: ⁊ pinguia salutē significāt a morbo: hoc nāqꝫ signū sanitatē approbat cibi organorū ⁊ virtutē.

De signis salutē portēdentibus sumptis ex actiōibus aīalibus.

Que aūt salus ab actionū significatur bonitate: alia ex actiōibus sumitur aīalibus. alia ex vitalibus. alia vero ex naturalibus. Et que ex aīalibꝰ vt mētis sanitas: cōsiderationū bonitas: sensuū claritas: facilitas motus infirmi ⁊ reuolutiōis: ꝙqꝫ vt decet iacet maxime pro sua cōsuetudie. Oīa hec signa sunt salutis a morbo: ⁊ infirmū securū reddūt. Significant nāqz cerebri salutē ac robur ⁊ eoꝝ q̄ ab ipso prodeūt: mouētis volūtarie virtutis bonitatē: natureqꝫ valitudinē ad cōsueta querēda. Sed ⁊ si patiēs nocte dormiat die excitetur experrecto a sōno i seipo melior hitudo appeat virtusqꝫ ⁊ hoc signū ē bonū. Si sit eteniz patiēti mētis alienatio ⁊ experrectꝰ ad se sentit animū redijsse laudabile ē signū. Sōni nāqz tēpore materiā morbi superauit natura ⁊ sua digessit virtute. Et sciēdū nō in oī tēpore mētis bonitatē bonū eē signū. diariā eteni qui patiūtur ⁊ ptisici: pereūt ac mētes eorū sane perstāt. Sed in morbis hoc intuēdū acutis ⁊ qui capitis sunt. Mētis aūt corruptio omni ē malū in morbo signū quz significat cerebrū icōmodū pati. Si phreneticis sternutatio accidat laudabile ē sigꝰ. Cerebrū nāqz ad expellēdā ꝯfortatū ē materiā ⁊ nocētē superfluitatē. Iō ergo gal̄s in passionū ⁊ accidētiū libro ait. Sternutatio si ex coriça nō sit: est eoꝝ que magis repleto ꝓsunt cerebro a vaporibus nisi ꝙ oībus in pectoris morbus illaudabilis est. Concutit enim pectus ⁊ materias ad ipsum contrahit. Cui dolor capitis ē ex apostemate sanguineo aut humiditatuz indigestarū que in cerebro cōgregate sunt: si ab eius naso aut naribus sanguis fluxerit aut sanies aut aqua: dolor ille sedatur ⁊ passio finitur.

De signis salutem significantibus sūptis ex actionibus vitalibus.

Ex actionibus quoqz vitalibꝰ signa ducūt̄: qm̄ ābelitus si bene cōpositꝰ ⁊ optimꝰ nō frequēs nec rarꝰ aut itercisus ⁊ pl̄sus fortis ac ordiatꝰ: fortiꝰ ē signū securitatis salutis ⁊ libatōis quēadmōz ecōtra pulsus malitia signum est in omni morbo malū: significat eteīm vitalis debilitatem virtutis.

De signis sumptis ex actiōibus naturalibꝰ salutē portēdentibus.

Ex naturali sumpta signa virtute sunt hec. Si appetitus ciborū ifirmi ⁊ cupiditas fortis est: digestio bona: salutis a morbo signum ē bonū. Significat nāqz cibi instrumētorū salutē ⁊ nature regentis corpus ꝙqz cupida est eoꝝ que morbus dissoluit restituere.

De signis salutez significātibus sumptis ab exeuntibus a corpore.

Et ab his que corpus emittit significātia salutē sumūtur signa. Qū egestio in tenuitate ⁊ crossitie tēperata dissoluta que aurei sit coloris non multū citrina: signum salutis ē infirmi qū digerētis bōitatem significet virtutis ⁊ stomaci virtutē ac itestinoꝝ Et si longi egressi fuerit lumbrici cū egestiōe: aliquo creticorum die. signum ē laudabile. qm̄ natura ad materiā cōfortata est expellendaz malā: expullitqz lūbricos hos pariter cum alijs sua virtute. Sic ⁊ si per vrinaz superfluitatē expullerit nā die quouis cretico: ⁊ post hoc patiens leuitatē senserit ⁊ quietem: signū salutis egroti ⁊ morbi finis. Cui ex acuta surditas fit subita febre superueniēte cholerica solutione: surditas recedit. Hec enim surditas ex choleraꝝ ascensu in caput fit: que quz ad iferiora descenderint ⁊ surditas cessat. Sic ⁊ si hōi sanguinea sit iferior solutio ⁊ surditas aduenit: solutio hec amputatur. Et in hoc indiciū superiori cōtrariū ē. Si melancholiam patienti sanguis fiat fluxus a venis ⁊ earum ore que in ano sunt. signū est bonuz: quz nigra materia ⁊ melancholica que in capite erat ad vētris descēdit partes. Sic ⁊ si splenis arctatio doloribus cōtigerit sanabitur. Si cui hydropicꝰ ē solutio phlegmatica ⁊ humiditatis aquose morbus eius dissoluitur. Et si cuipiam antiqua est solutio vētris

⁊ vomitus fiat: solutio iciditur. Materia naq3 que per solutionem emittebatur ad superiora conuertitur ⁊ per vomitū pellitur. Si homini obtalmia sit ⁊ solutio vētris illi fiat. signum laudabile. qum que morbum faciebat inferius vemititur materia. Urina vero coloris si fuerit cōpetentis non pleni crocei qualis ē citri color: ⁊ in ea nubecula alba ⁊ ad iferiora tendens vasis salutē amorbo significat. Excellentius autez hypostasis est alba ⁊ in vasis fundo inferius sita. Hia etenim hec significāt naturam morbi decoxisse materiaz ⁊ mēbris fecisse radicalibus similez. Et sciendū vrine malitiā omni i morbo malaz eē: nec tamē bonitas eius ⁊ qualis decet esse cōpositio signū est salutis: nisi in febribus ⁊ viscerū apostematib9 ac epatis passiōibus. Porro in cerebri passionibus ⁊ cordis nō. Materiaruz nocentiū descensus ad corporis inferiora ⁊ maturitatis in vrina apparētia signa inter maiora ⁊ meliora sunt: que a morbo salutē portendūt. Si pleuretic9 ⁊ pipleumōic9 i morbi pricipijs sputum emittūt album tēue ⁊ subtile: p9 hō paulati icrossat ⁊ facilis ē ei9 emissio sine āxietate ⁊ vtuose expellit: illō nec mal9 ei9 color fuerit: vt niger aut viridis vel croce9 nimiū nec odor icst abōinabil: signū ē morbū em aturatū ⁊ salutis ab eo breuitatisq3 ei9. Etsi emissio eruperit in pleureticis aut peripneumonicis saniesq3 cū robore emittitur: ipsaq3 alba ē ⁊ mūda ⁊ ab ea sedata est febris die: patiēsq3 cibū appetit: signū ē bonū salutē ⁊ liberatione portēdēs ifirmi. Hec eteni signa nature significāt robur pq3 morbū vicit. Sudor si febricitāti cōtinua febre cretico appareat die ⁊ caloris fuerit tēperati velox ⁊ equalis in oī corpe ⁊ tpis eius lōgitudo tēperata color albus: odor nō abominabilis: a morbo salutē significat ⁊ finē eius. Narium sanguis fluxus qu3 in aliquo ē creticorū die in sanguineis febribus que ex apostemate accidūt quod in cerebro est: aut viscerū aliquorū apostemate: morbi significat salutez ⁊ infirmi virtutem.

De signis que ex passionibus ⁊ morbis sumūtur. Sciendū qm̄ morbus qui post alium ē si fuerit primo lenior ⁊ in loco minus nobili salubris ē. Cui cephalea ē aut dolor in capite molestus si ab auribus eius aut narib9 sanies fluxerit aut aqua curat. Hec eni significat dolorē apostematis cā fuisse ⁊ vt sanies ⁊ aqua egressa sunt dolor sedat. Si phreneticis ⁊ melācolicis emoroides accidant laudabile ē: materia eteni a superiorib9 ad inferiora descendit. In qnāticis si in pectore rubor appareat ⁊ apostema nec occultatur ⁊ nihil borū ad interiora redit salutis ē signū qu3 naturā apostematis materiā foras expulit. Sic ⁊ si in gurgulione ⁊ lingua apostema appareat salutē significat a iugulatione. Sic ⁊ si semel apostema ⁊ rubor occultētur: debēc reuertuntur ⁊ apparēt: significāt vt dictū ē salutē. Si diuturniorez hūti tussē apostema in testibus oritur: tussis finitur eo q intér pectoris ⁊ genitaliū mēbra sit cōparticipatio. Trāsit eteni per quā tussis fiebat. materia ad testiculos. Si in magni pipneumonia piculi emissiones in pedibus appareāt ⁊ qo p sputū mūdatur maturū ē ⁊ facile emittitur: ⁊ in vrina hypostasis apparuerit lenis ⁊ in fundo: oportunū ⁊ approbās salutē ē signū. Natura eteni vires ad materiā assūpsit pellēdā a mēbris remouit nobilibus ad ea que nobilia nō sūt: ⁊ qū emissio sedabitur ⁊ finietur breui tpe. Et si cui pipnemonia ē cronica. emissiones in auriū apparuerint radicibus ⁊ pectoris ptibus ab exteriorib9 aut sub hypocūdrijs salutē significat ⁊ liberationē pq3 emissiōes hec fistule fiēt: passio naq3 pipleumonie ⁊ alie plixioris fiūt tpis pp humoris crossitiem ⁊ viscositatē. Et si huiusmodi fuerint materie: nec maturare possit eas natura ⁊ in meli9 reformare qum salutis apparuerint signa: superfluitates has pellit ⁊ ad hec mittit loca. Et qm̄ materia hec mala ē ⁊ emissionū tempus prolixius fit q̄ ab ea fiunt intātum vt fistule fiant. Si cui febris ē ptinua creticorum aliquo rigor accidat die: signū ē febris finis. Cōtinua naq3 febris ex humore est putrido inter vasa ⁊ venas statuto rigorq3 fit qum humor a vasis emittit ⁊ venis: ⁊ ad mēbra defluit sententia. Si tertia narijs vlcera in labijs fiant ⁊ naribus febris finis significatur. Nocturna febris salubris ē. Alopitiā hēnti si passio que varices vocatur fiat capitis redeūt capilli: qm̄ a cerebro ad pedes materia transfertur. Si varices podagra laborātib9 fiāt ⁊ artetica ac freneticis morbi eorū abinde finiūtur. Si lieteria molestato diuturna ructatus fiat acidus. signū ē laudabile: lienteria etenim queādmodū diximus alias eorū est emissio que comedūtur eodem tpe sine aliqua imutatiōe. Si itaq3 ructatus fiat acidus significat cibū in stomacho imoratum ⁊ ad acerbitatem transijt. Cui spasmus ex repletiōe est si febris superueniat spasmo sanat. Hic naq3 spasmus ex humore fit crosso: quē superueniēs febris subtiliat ⁊ dissoluit. Si spasmum habēti quartana fiat sanatur spasmo quia calor ⁊ putredo i materia operātur spasmi ipsamq3 exurāt ⁊ psumāt. Sic quoq3 quartana epilepticum sanat ⁊ epilepsiā aduēire arcet ⁊ ē cā quā in spasmo dixim9. Si hoi sit singultatio ⁊ sternutatio superueniat singultatio terminatur. Cui dolorē in epate grauis ex mala cōplexione frigida si febris superuenerit dolor soluitur. Sic ⁊ si stomaci aut intestinis aut spleni ex vētositate aut mala fiat cōplexione frigida dolor: debic febris accidat dolor ille per cā soluitur. Si in virge meatu pustule exieriint ⁊ eruperint dolor finitur. Acumen etenim vrine qu3 sup vlcus trāseat cicatrizat illud ⁊ desiccāt. Si ab egritudine surgenti aut corpus habēti nō mundū pustule accidant aut prurigo vel petigo naturā significat confortatā ad malā expellēdā superfluitatē a membris nobilioribus ad subiectiora. cutē. s. ideoq3 salutē significat corpis ⁊ sanitatez.

Et sciendū pueros sepius a difficilibus liberari morbis eo q corpora eorū crescant citius qum a morbo surrexerint. Senes aūt ⁊ cuius virtus debilis ē parū a forti liberātur morbo. Et si infirmū videris nihil eorū que oz facientē ⁊ morbū eiusdē hitudis: morb9 ei9 salubris ē ⁊ cito sanādus.

Capitulum. 12 9. quid oporteat scire volentez annuntiare infirmantis salutem vel mortez.

q **Ue de** signis laudabilibus salutē portēdentibus ⁊ morbor fines: illaudabilib9 quoq3 ⁊ interitū portendentibus dicta sunt: volenti portendere morituro mortē: ⁊ saluādi a morbo salutē ⁊ morbi finem tā in acutis q in prolixis morbis ⁊ alijs sufficiunt. Oportet aūt volētē hec adipisci vt cōtinue sit speculatiōis ⁊ discretionē acuat: cogitationē prolonget: collationeq3 inter bona vtatur ⁊ mala signa: videatq3 que plurima sunt numero ⁊ ad significādum fortiora: ⁊ que pautiora sunt numero: ⁊ ad significandū debiliora: queādmodū per duplicationem ostēdimus dicentes. qm̄ hoc mortē significat: ⁊ q procul dubio mortē portēdit: aut qum mortē significat proximā. In quibusdā vt diximus maluz absoluta orone ⁊ multū malum. Sic ⁊ in salutis signis. Hoc signuz laudabile est valde: aut hoc fortis ad salutē significationis. Examinet igitur signa hec virtutis eorū notitia: dehinc de morbo p plura ⁊ superantia iudicet signa ac fortiora. Et sciendū qm̄ que ad iteritum fortiora sunt signa: nō adunantur cū his que ad salutis significationē sunt valida: qum borū qōq3 in extremo sit cōtrariorum. Contraria vno eodēq3 in loco non cōgregātur. Signorū quoq3 non imutatur significatio i oibus regionibus etatibus ⁊ tēporibus. Que igitur laudabilia sunt bonum significant: ⁊ que illaudabilia malū. Ideo ergo si infirmum videris alleuiatum ⁊ quietū esse cū malis signis nullis apparentibus bonis vt pulsus virtute ⁊ anhelitus. vrine bona digestione. ⁊ alijs huiusmodi: nō expedit te alicui eorum spem accōmodare: nec leteris in eo s3 patiētis portēdas interitum. Sic ⁊ si infirmuz videris in quo signa apparuerit bona: vt pulsus robur: anhelitus bonitas: vrine digestio: aliaq3 huiusmodi: ⁊ accidentia videris illi accidisse difficilia: vt molestationē mētis alienationem. pbātasias. visus obscuritatem: precordiorum dolorē nō oportebit his turbari. Horuz nanq3 accidentiuz recessus velox erit p infirmi a morbo suo salutez. Ideo itaq3 hypocras in aphorismorū ait libro. Nō credendū aleuiationi que infirmo preter rōnem fit: nec res verende difficiles que preter rōnem accidunt. Plurima eteiz huiusmodi sic facta non durant nec plixa sunt. Ait aūt hoc: qm̄ signa bona semp bonū portendunt: mala semper malum significant: nec oio hec cessat regula. S3 tñ cum his que dcā sunt nō est hoiem inuenire qui nō fallatur: magni nāq3 medicorum peritissimi nōnunq peccauerūt maxime in acutis peccatur morbis pp trāsitus eorum accelerationē ab hitudine vna in alias. In prolixis vero morbis ⁊ cronicis vix incidit peccatū i morborū iuditio. Idcirco igit ait hypocras qm̄ in acutis iuditiū morbis vite ⁊ mortis pfectiōis nō ē i vltio: nec ad mortez nec ad sanitatē. Hoc aūt pp materie subtilitatē ⁊ motus accelerantiā ac trāsitus ab hitudie i hitudinē. S3 qum medicus pitus ē ⁊ in librorū cōsideratiōe diuturn9 exercitijq3 circa infirmantes longioris ⁊ prolixi tēporis ⁊ ei9 speculatio sana est: vix peccabit in iudicadis nisi per raro. Ioq3 ergo medicū oz infirmorū visitationes frequentare ⁊ que diligenter intuitus fuit custodire: discretionez ⁊ iuditiū acuere ⁊ collationes optime cōparare ⁊ eorū que nostro diximus in libro hoc frequentare ordinationē. Que si fecerit: multa erūt recte dicta factaq3 ⁊ pauca peccata. Et sciendū in morbi

principijs primo die posse te ⁊ saluādi salutē ⁊ morituri mortem iudicare: sed hoc in morbis quorū quarto aut septio die finis occurrit: horū nāqꝫ morborū signa in principijs patēt. Quorū autez finis in quartodecimo est: aut vigesima ⁊ que seqūtur salutē nō poteris aut interitū in primis agnoscere: sed intuenda omni quarto die tibi erunt signa morbiqꝫ considerabis imutationē ⁊ motū: ad quā imutabitur habitudinem. Horū nāqꝫ morborꝫ status remotior ē: ⁊ motus tardus ꝓpt eorū materiei crossitiem nec ipsorū apparent signa dieb⁹ primis differunturqꝫ iuxta morbi longitudinis q̄ntitatem: ideo circa vnāquāqꝫ spetiem eorū necesse est habitudinē singulis inuestigare diebus. Hec sunt que de portendētib⁹ volebam⁹ ostendere signis et est prime partis nostri libri vltimum finis Et deo cū laude gratia.

Finit sermo decimus prime partis libri cōpleti artis medicine qui dicitur regalis dispositio hali filij abbas discipuli abimeher moysi: filij seiar. In cuius fine ⁊ prima huius libri terminatur pars. Translatio stephani philosophie discipuli de arabico in latinū: die. 7ª. octobris feria tertia. Anno a passione domini millesimo centesimo vicesimoseptimo alduini manu.

Inuenimus aūt in latino capitulū qddā quod arabica nō habet veritas: post capitulū octauū sermonis decimi qui intueri velle fatigatur ab veteri requirat trāslatione: quoniā nos eorū tantuz que in arabica erant veritate translatores sumus. Id autē capituluz ponitur a constātino in pantegni: decimo theorice capitulo nono ⁊ ē tale.

P Ost ordinationem quidez totius huius libri: qū viderim hoc supradictū capitulū octauū. s. nō plenū neqꝫ planū eē introducēdis placuit istud subseqūēs intromitti vt planior intellectus daretur docēdis: vt quz illud superi⁹ qualiter antiqui ⁊ quā acute senserint exposuerit: istud prosequat̄ quomō. s. ⁊ quā plane sentiāt moderni. Dies cretica duobus ē modis: aut eni laudabilis ⁊ significatiua ē salutis. aut pessima ⁊ nō venit crisis in ipsa: ⁊ si crisis veniat malum significat. Dies laudabilis ē. iij. iiij. v. vij. viiij. xj. xiiij. xx. xxj. Illaudabilis. ij. vj. viij. x. xij. xvj. xviij. horū dierū crisis mala ē: qꝛ motus inter naturā ⁊ morbū ē his diebus non ex natura sed ex virtute morbi naturā cogētis: ⁊ si bonā hēat significationē morbi significat reuersionē. si malā hēat mortem appropinquare demōstrat. xiij. autē ⁊. xv. sunt inter bonū ⁊ malū mediocres: qd post in loco suo dicturi sumus. Dies bona qdā crisis ē propria: quedā vero eius nūtia. Que vere crisis sūt. vij. xiiij. xx. ⁊. xxj. Nūtij ei⁹. iiij. xj. post has. v. viiij. xvij. post has. iij. ⁊. xviij. Aliqñ tamē in die cretica venit nuntia ⁊ dies cretica in nūtia. horū cā crossitudo ē ⁊ durities materie ⁊ leuitas subtilitasqꝫ. Si eni materia fit grauis tardat̄ morbus ⁊ dies cretica preteritur venitqꝫ in die nuntia que eā sequitur. Si vero matia sit subtilis ei⁹ crisis preuenit diē creticā: venitqꝫ in die nūtiā ipsam precedētē. Dies illaudabilis peior est. ij. ⁊ post. vj. huic vicinatur. viij. Cā vnde. ij. ceteris sit peior ē qꝛ materia ē cruda ⁊ nō cocta ⁊ nōdū eā incepit digerere natura neqꝫ subtiliare eā pōt ante diē. iiij. Quz autem accidētia videris ⁊ significatiōes ante materie decoctionē intelliges nature disturbationē ⁊ humorū in ipsam coactionez ante materie decoctionē cū sua acuitate ⁊ pessima qualitate. vnde nō laudat hypocras in febribus sanguinē die. ij. effluere de naribus. dicit eni ꝙ malū significat. vj. dies defectionē nature ⁊ morbi significat fortitudinē qꝛ sexta septie ē vicina. Quz autē natura virtutē nō hēat vt ad. vij. idest creticā perueniat sui defectione morbi in ipsam significat dominationē.

Cā diuersitatis imeracriseos duobus ē modis: aut enim ex diuersitate nūeri in se: aut ex cursu lune. Itē ex luminis acceptione a sole. Ex nūeri nature diuersitate tribus mōis. Primus qꝛ cā numerādi est numerus. vnū vero elementalis causa est numeri. Numer⁹ eni nihil ē aliud ꝙ collectio vnitatis: vnde vnū propriū ē magis iparitatis ꝙ paritatis qꝛ palā inuenimus iparitatē in ipso. Par vero in duo diuiditur eqles vnitates. Duo due sunt equales vnitates. Impar vnitate superat similia in vnitate. ergo imparitatē inuenies que sibi ē propria: vnde si vnū multiplicemus in se fit ipsum: verbi gratia vnū multiplicatū semel in vnū idest vna vice cōputatum nō exit se. Sed in sui natura integrū existit. ergo palam ē qꝛ vnū lineare ⁊ vnū superficiale ⁊ vnū corporale ⁊ vnuz per se nō diuersatur neqꝫ mutatur. Si autē multiplicatur semp i se ⁊ nunꝙ se exit. Impossibile ē ergo vt augmētetur sicut par numerus: imparitas ergo paritate prior. Secundus modus ē qꝛ vnitas cōpositionis ē cā ipariū ⁊ pariū. Impar itez est cā diuisionis pariū ⁊ impariū: qꝛ impar diuisus in duas partes in parē. s. ⁊ imparē diuiditur: ⁊ par nō similiter facit. Quia si diuidatur in duo similia diuiditur siue sint paria siue iparia. ergo par numerus pariū ⁊ ipariū insimul diuidendo rūnō. eē cā probat̄: vnde palā ē ꝙ ab vnitate par remouetur.

Tertius modus qꝛ numerus aut in parē aut in iparē diuiditur. Si aūt vnū scorsū ponamus ⁊ vnūquēqꝫ iparē numerū naturalē scorsū ⁊ post partē parti secūdū ordinamētū nature iūgamus numerus ex his adiunctus inuenietur circulatus ⁊ quadrāgulus lōgitudie ⁊ latitudine equalis. verbi gratia. Si vnū ponam⁹ qui cā ⁊ principiū ē iparitatis ⁊ iparē sibi vicinū iūgamus. i. tres fit q̄tuor. Quatuor āt ē quadrāgulus. duo enim in duo multiplicātur. longitudo ergo ei⁹ duo ⁊ latitudo eius similiter duo. Itez si quatuor his iūgam⁹ impar illud qd vicinat̄ naturaliter tribus idest quinqꝫ fit. viiij. ⁊ his numerus similiter circulatur. longitudo eniz eius tres ⁊ latitudo eius tres: ⁊ itidē imparibus iūctis rō vsqꝫ in infinitū procedit. ergo palā ē ꝙ impar ē cā ois numeri circulati. Qd par pari cōpositū nō facit. Si eni vnū quod ē cā numeri tollamus ⁊ sibi par primū naturale iūgamus. i. duo. iij. tantū inde reddūtur qui neqꝫ ē circulatus neqꝫ quadrāgulatus sed potius est triāgulatus. Si aūt. iij. secūdo pari idest. iiij. iūgamus fiūt. vij. Qui numerus nō circulatur qū lōgitudinez latitudo superet. Et similiter vno pretermisso si paria iūgamus. sicut. ij. ⁊. iiij. fiūt. vj. Qui ab hac re fit alienus qꝛ lōgitudo eius ⁊ latitudo diuersantur. lōgitudo enim eius ē. ij. ⁊ latitudo eius ē. iiij. Imparib⁹ ergo digniꝰ vnitas cōnumerabit̄ Etenim iparia numerabilis rei cōposite plurimuz sunt causa. Qd cū ita sit necesse ē vt quecūqꝫ dies cretica imparibus cōprehēdatur quz ad perfectionē securitatis nos deducat ex fortitudie quā diximus sua: qꝛ paribus diuiditur ⁊ iparibus qd paribus solis nō attribuitur. Aut eni intm̄ paria diuidūtur aut in iparia: vnde paria non adeo per se sunt perfecta. Crisis ergo pari attributa numero ex sui iperfectione nō ita reddit nos securos: vnde hypocras dixit. Quecunqꝫ crisis in numero fit impari securiores nos reddit ꝙ pari. Diximus prout oportuit de fortitudine ⁊ debilitate cretice diei ḃm numerū. Oportet nūc dicatur vnde eadē cretica ḃz lune cursum diuersetur. Dico ergo. Sciūt oēs philosophi ⁊ cōfirmāt qꝛ sol ⁊ ceteri planete cā sūt ꝯstructiōis ⁊ dīstructiōis isti⁹ inferioris nr̄i mundi. Sz tamen fortior ⁊ stabilior ⁊ rectior atqꝫ imutabilior in his est sol. Scimus eni qꝛ veris estatis autūni ⁊ hiemis ipse solus: ⁊ nō alius causa sit in actionibus rerꝫ: vt per ea fiunt. i. generare animalia que elemētoruz sunt partes: ⁊ cōplere fructus in suis perfectionibus: mouere animalia ipsa ad coitū vt permaneat genus suuz: ⁊ alias res etiam vniuersales faciunt. Actiones itē lune in horuz substātijs q̄s diximus sunt magne. Sed tamē minores solis actione: ⁊ eiz posterior est in ordinatione. quia ordinationes mēsiū ꝑ ipaz sunt. ⁊ actiones sue in cursibus maris sunt aperte. Quicquid tamen facit a sole accipit: quia lumen suuz nō ē nouū nisi qū a sole separatur. neqꝫ illuminatur aliqua pars ipsius nisi q̄ a sole cōspicitur. Lumen vero suuz totū perditur qum terre vmbra inter ipsā ⁊ solē opponitur. Omnis ergo actio sua eē videtur secundū q̄ntitatē qua a sole elongatur. Lumē eiz suuz tunc impletur qū sibi opponitur mediatur quz quadrat̄. Debilius vero est tertianū ꝙ quartanū. Debilissimuz vero sextanū nouelluz qū post disiunctionē appareat abscōsuz: quia lumine solis est opertum. Magnitudo eius in fluctibus ⁊ mouendis ad coitum animalibus: ⁊ mēstruoruz cursibus ḃz difinita tēpora cōsideratur: ⁊ similiter epilepsia circulatur ⁊ alia multa. Que omnia secundū ꝙ a sole accipit sunt habenda. Palam ergo fit intellectui: ꝙ luna adiutorio sol' indigeat Sol autem nullius necessitatem habeat neqꝫ lune: neqꝫ ceterorum planetarꝫ. Nullū eni eorū sibi potest obuiare in estate facienda qū nostris capitibus sit oppositus: nec in frigore faciendo quz currit declinando a priori opposito. Nec in faciēdis tēperatis tēporibus vernali scil' ⁊ autūnali qū curs⁹ suus tēperetur. Unde philosophi solez assimilauerunt iperatori. Lunā vero secūdo ab imperatore cesari. Que quia iter nos ⁊ solē opposita ē posse suum in omibus his mundanis necesse est exerceat. Neqꝫ tamen in hac dominatione ceteris planetis est dignior quia sit fortior sed qꝛ nobis sit vicinior. hec ergo est causa necessaria vt omis res mūdana ex ordinatiōe ⁊ regimēto fiat lune: ⁊ secūdū sui similitudinē se habeat. Que autē res lunari similitudini magis est aptāda ꝙ ipsa natura Sicut eni luna a sole accipit ⁊ sibi assimilatur: sic ⁊ natura a luna ⁊ sibi coaptatur. Diuersitas ergo cretice diei secundum

re ⁊ pulmone adiuuans sputo eius:magis autem si coquat
cum fathabani. Si vero paretur cū butyro prodest emorroi
dibus:sic quoqꝫ si coquatur ⁊ emplastrizetur eo stomachus
proderit continuo.succus quoqꝫ eius si bibatur amputat san
guinem emorroidarū ⁊ in eo est ponticitas. 60 Quef
fara subtilis tepida ponticaqꝫ ē:succus eius si cathaplasmet
sup apostēata calida ⁊ herisipilam ꝓderit:dissoluit apostē-
ta calida:ait aūt diascorides aquā eius corrūpere mētem ⁊ si
plurimū sumatur interficit. 61 Cameleon laudabilior
qui ab armenia affertur:⁊ color eius aureus ac simil' gemul'
producētis vinee. 62 Sedabū laudabilius viride acu
ti ē odoris ⁊ siluestre ca.⁊ sic.in tertio gra.fortiter desiccat ⁊ or
tolanū minus ē siccatiuū ⁊ calefactiuū:⁊ in vtrisqꝫ acumen ⁊
incisio ⁊ amaritudinis paꝝ.vnde forte ē ad dissoluēdū inci-
dens humores crossos ⁊ viscosos euacuās eos per vrinā vē
tositatis est dissolutiuū ⁊ inflationis:qua ex re ⁊ amputat ar
dorē coitus:prohibet erectionē mēbri. Si bibatur aqua eius
ꝓdest casui q fit cum vertigine:⁊ si clisterizetur eo mulier suf
focationi matricis confert. Si comedatur ⁊ collirietur cum
melle visum acuit. Si vero coquatur cū oleo oliue ⁊ suppo-
natur vesice prodest difficultati vrine:sꝫ ⁊ ileon cōfert genera
to ex vētositate si aquam ei propines. 63 Tapsia que ⁊
bethur.⁊ aiunt quidam eē agrestem rutam.cal.est ⁊ sic.i.iiij.
gra.⁊ calor ei9 fortis acuminis:vnde ⁊ qui lac eius cōgregat
nō opponitur vento.odore nāqꝫ ipsius faties itumescit ⁊ ex-
uritur ⁊ adducit maseriam soluit sanguinē. Sepe ēt accidit
fluxus e naribus qui nō deficiet vsqꝫ ad mortem. Inest autē
similis illi virtus acuminis. Sed trahens que a profūdo cor
poris attrahit:soluitqꝫ quod attraxit:lac aūt eius si catha-
plasmetur eo alopitiā habens capillos producit:⁊ si sumat
de eo.ʒ.5.soluit vētrē ⁊ vomitum prouocat prodest hidropi-
cis. Si cathaplasmētur ex eo lētigines grosse extirpātur nō
tñ oꝫ amplius esse ꝙ hora aut duabus:lauentur cum aqua

decoctiõis furfuris. 64 Schaſſa melioꝛ ē oꝛtolana re
cens que.f.eſt ⁊ hu.in tertio gra.ſopoꝛat ſitim amputat ⁊ ſuc
cus eius ſi ſupponatur apoſtematibus calidis proderit:con-
cupiſcētiam aufert coitus:ſemen eius foꝛtius ē ad agendum
hoc in loco:attamē ſi frequēs ſit comeſtio eiꝰ viſuꝫ debilitat.
65 Lebalabum laudabiliꝰ magnis folijs.fri.ē ⁊ hu.in
eo viſcoſitas ⁊ põticitas. aliqd ſoluit iſeriꝰ cholerā ru.Si bi-
batur cū zaccara.⁊ melius quod coctū ē.Et ſi coquatur cuꝫ
oleo amigdalarū:⁊ dicūtur vulnera in inteſtinis hñtibus ⁊
collectiones:tuſſim quoqꝫ patiētibus vtile ē.prodeſt ēt emiſ-
ſionibus ſi decoctū cum vino ſuperponatur:⁊ vulnera ſanat
peſſima.vtilis cōbuſtioni ignis.Si coquatur cum aceto ſple
nē groſſum habentibus valet.flos eius foꝛtioꝛ eſt folijs ſi im
mittatur naribus eius ſuccus proderit ⁊ purgabit cerebꝛum
inciditqꝫ materias diuturnas que influūt auribus ſanat vul
nera cronica que in eis fiunt. 66 Carnebum
melius eſt nebaticum paruis folijs diuerſarum virtutum eſt
eni in eo caloꝛ ⁊ fri.plurimū ſiccū ē:vnde cōglutinat vulnera
confoꝛtat vlcera peſſima prodeſt apoſtematibus duris diffi
cilibus ſanationi ⁊ in eo virtus ē clımans:mundans ſcabieꝫ
prodeſt excoꝛiate cuti:decoctionis eius aqua naturam emol
lit ⁊ purgat ſanguinē ptus:prodeſtqꝫ moꝛſure reptiliū iuſqꝫ
eius ebꝛioſo prodeſt 67 Meluchia ipſaqꝫ ē zabezi in
al'ſcabeç laudabilioꝛ oꝛtoꝛum:cõplexio eius.c.in.pꝛimo gra.
.ſ.in.ij.⁊ ē diſſoluens ⁊ emolliens:⁊ ſi elixetur ⁊ comedatur
cū oleo amigđ.prodeſt tuſſim habētibꝰ:ſi vero fiat cū eo cli-
ſtere.ſ.ſucco eius prodeſt moꝛſure que acciđ in inteſtinis cuꝫ
oleo ro. 68 Queſarum in al'queraſū.c.ē.⁊ ſic.in.ij.gra.
vꝛinam ⁊ mēſtruum prouocat diſſoluit ventoſitatē:aqua eiꝰ
vtilis epatis oppilationi ⁊ frigoꝛi eius prodeſt hydropicis.
Succus eius vtilis febꝛi phlegmatice ⁊ caſui qui fit cū verti
gine ſine febꝛe:maximeqꝫ cum ſucco feniculi. 69 Hēda
ba melioꝛ eſt oꝛtolana cuius cõp.ē.f.in.i.gra.ſ.in.ij.epatis ꝓ
deſt oppilationi ⁊ icteritie ⁊ apoſtematibus viſceruꝫ calidis
ſicut rotula caſſia.f.bibatur.Si aūt cataplaſmetur defoꝛis
cū ſandal'.al.ꝓdeſt apoſtēati calđ diſſoluit eni. 70 Aq
ſutum melius quod in ſpinis.f.⁊ ſic.⁊ in eo ē paucus caloꝛ co
ꝙ amarū ē:ideoqꝫ in epate ⁊ ſplēe oppil'oē apti ꝓdeſt icteri
cie ſi bibatur cum caſſie.f.rotula.Succus eiꝰ quoqꝫ prodeſt
hydropiſi ex caloꝛe. 71 Raſienegū laudabilius oꝛtola
num ⁊ recens:⁊ eſt.c.⁊.ſic.in.ij.gra.lac generat:⁊ ſuccus eius
ſi collerizetur eo ocl's prodeſt aque deſcēdenti ad ipſum:ſed
⁊ caligini viſus:prouocat vꝛinā ⁊ menſtruum diſſoluit ven-
toſitatem:prodeſt ſuccus eius male cõplexiõi frigidi epatis
ſi bibatur:ꝑ ariter ⁊ hidropicis. 72 Hendecbocū me
lius oꝛtolanū prodeſt ſi bibatur doloꝛi laterum:ſuccus eiꝰ ⁊
vꝛine difficultati ac epilepſie frigide cõplexionis ſtomachuꝫ
ꝯfoꝛtat ⁊ calefacit:groſſas diſſoluit hūiditates ⁊ vētoſitates
diarrie vtilis eſt ſolidat nām comeſtum.infuſa moꝛſure ſcoꝛ
pionis decoctionis eius aqua doloꝛem ſedat:venenū diſſol-
uit:ſi coll'iū ide fiat viſꝰ acuit ſi miſceat melli. 73 Ema
za in al'hēmaze vtilioꝛ eſt que oꝛtolana ⁊ acra.f.⁊.ſi.⁊ eſt i ea
diſſol'o.ꝙ ſi cathaplaſmetur ea apoſtemata ca.repellit mate
riam ⁊ pꝛohibet eam ac diſſoluit:ſi comedatur cruda ac đco
cta prodeſt diarrie ⁊ amputat diſſolutionem ſanguinis:que
autem ſine ſapoꝛe eſt eius actio i pđictis debil'. 74 Ba
deruebina melioꝛ recēs que nō eſt antiqua:⁊ eſt tēperata i ca
loꝛe ⁊.ſi.in.ij.gra.vtilis ē melācholicis ⁊ exhylarat coꝛ dige-
ſtionē bona facit:cōferens ſubuerſioni ⁊ aiaꝫ ꝯfoꝛtās turba
tioni prodeſt. 75 Fragemeſcint ca.ē ⁊ ſic.⁊ ſiccitas eiꝰ
minoꝛ eſt ſiccitate badernebine:quod in eiſdem in quibꝰ illa
cōfert m'licis ſi comedatur aut odoꝛetur:⁊ ſi apponatur fer-
culo letificat enim animā. 76 Marcemuſum excellen-
tius eſt oꝛtolanū calidū eſt ⁊ ſubtile:⁊ diſſoluens prodeſt ce-
phalee que eſt ex frigoꝛe ⁊ phlegmate ſi odoꝛetur ſi coquatur
in aqua ⁊ ſuper caput fundatur ⁊ bulliatur cū oleo:⁊ trahat
naribus cū oleo:oleum eius ſi fundatur auri proderit qui ine
rit ei langoꝛi ex phlegmate ⁊ ſiccitate:⁊ ventoſitatem generat
agrauat caput ⁊ ſopoꝛat. 77 Adeſcarū laudabiliꝰ no
uum in quo ruboꝛ paruus ⁊ moꝛdet linguā qū de guſtat.ca.
eſt ⁊ ſic.in.pꝛimo.gra.⁊ in eo ponticitas modica ⁊ ſubtilitas
vnde ⁊ vꝛinam prouoc ac mēſtruum:apoſtemati quod eſt in
epate prodeſt ⁊ ſtomaci.Flos adeſcari vtilis eſt ſputo ſāgui
nis ſi tamen aſſiducetur odoꝛ eius ⁊ potus grauat caput ſopo
ratqꝫ.Decoctio eius lapidem frangit ſimiliterqꝫ folia.
78 Tabaſchum.in al'calchū.fri.ē ⁊ hu.in.ij.gra.prodeſt
ſi cataplētur apoſtematibus calidis. 76 Cacalaſil'is
eſt plantis aſeſeni ⁊ in ea amaritudo prodeſt hydropicis.ſol
uit enim aquā croceā ſi de eius ſucco.ʒ.c.cū zaccara aſſere bi
bantur:de agreſti fiūt carte apud egyptios.⁊ ē fri.⁊ ſic.in.ij.
gra.prodeſt arteticiſ.Si infundatur aceto ⁊ inuoluatur filo
lineo dimittaturqꝫ ſiccari ⁊ apponatur intus r[illegible] humi
ditate que eſt in vulnere.Si autē cōburatur cin[illegible] deſic-
catiuus eſt vulnerū que ſunt in oꝛe ⁊ que ſunt [illegible] carta eiꝰ
combuſta foꝛtius deſiccat:ideoqꝫ vtilis eſt cl[illegible]ri prodeſt vl
ceribus ⁊ diſſinterie inteſtinoꝛum:vlceribus quoqꝫ pulmõis
⁊ ptiſicis.oibus pulmonis doloꝛibꝰ ſi diſtēperetur cuꝫ aqua
fluuialium cācroꝛū decocta intātum vt diſſoluatur.aut biba
tur cū aqua ro.que exꝑmit de recētibꝰ roſis.⁊ huius arūdo
paſcit:vnde egyptij ſugunt illam ſicut zaccare cānam.
80 Merue due ſpēs hñtur.altera ē ſubtilis que ⁊ maria
um:⁊ eſt ca.in pꝛimo gra.ſ.in ſecundo iocundi odoꝛis diſſol-
uens ſubtilians mediocriter:cōfoꝛtat autē ſtomachuꝫ ⁊ epar
quibus nociuū accidit frigiduſ:pꝛohibet frigus:pꝛohibet vo
mitum ⁊ ſubuerſionē digeſtionē adiuuat.Altera vero maio
ris caloꝛis ⁊ foꝛtius ſubtiliat ac diſſoluit. 81 Baccala
coꝛroſanica folia eius ſimilia ſunt folijs carnebi.frigida ē ⁊
ſic.in.ij.gra.guſtus eius acerbus:prodeſt cholere.ru.arctat
ventrem cōmouet cibi appetitum ſi minutus ſit pꝛopter calo
rem.eſt ergo vtilis calidiſſimis natura. 82 Sadanegū
ca.eſt ⁊ ſic.diſſoluens:ſubtilians ſuperfluitates phlegmati-
cas que in ſtomacho inueniuntur vētoſitatem diſſoluit a vē
triculis pueroꝛū ſed ⁊ a matricibus. 83 Badaragū.c.
eſt in.ij.gra.⁊ in eo laudabilis hūiditas nec habꝫ aliquam
vtilitatem ſi ſumatur interius:ſi aūt fiat ex eo emplaſtrum
maturat ⁊ ſoluit 84 Aſſena melioꝛ eſt alba:iocūdi odo
ris temperate cõplexionis:⁊ in eo põticitas modicū diſſol-
uit emollit lapidem frangit maximeqꝫ que ſumitur de quer-
cu ⁊ ſenebaro:⁊ nuce obuiat ſubuerſiõi ⁊ vomitui:⁊ ſi coqua
tur in aceto ⁊ ſuperliniatur ſplen prodeſt ill'i vinū quo infuſa
ē ſopoꝛat optime:decoctio eiꝰ ꝓdeſt matricis doloꝛibus ſi in
ea ſederit mulier.Si teratur ⁊ ſuperponatur alis ⁊ inguini-
bus ⁊ radicibus auriū purgat eas ⁊ cōfoꝛtat:pꝛohibet ab eis
fetoꝛem. 85 Sebelū quod latini ſpicanardi proximum
eſt ſpēi herbarū laudabilius ē quod ſanū ⁊ iocundi odoꝛis
inuenitur.cõplexio eius.c.⁊ ſic.optimū quoqꝫ ſtō ⁊ epati fri-
gidis vꝛinā prouocat.renes purgat:prodeſt ictericis fluxum
qꝫ mācrū in vētrem naturam coſtipat. 86 Scolocon-
drion cõplexio ē tēperata in caliditate ⁊ ſic.prodeſt croſſitiei
ſplēis frāgit lapidē ſi coquat cū vino ⁊ bibat. 87 Qui
canegū.c.⁊ ſic.vtile ſcabiei ſi miſceatur cū aceto.

Capitulū.35ᵐ.de virtutibus ſeminum.

88 Emen apij oꝛtolani.c.⁊ ſic.in.ij.gradu prouo
s cat vꝛinā ⁊ mēſtruū:aperit que ē i epa-
te ⁊ renibus oppilationē prodeſt ſingultui qui fit ex
repletione:⁊ aqua petroſel'i montani ca.ē ⁊ ſic.in.iij.gra.de-
ſiccās odoꝛatū purgās mēbꝛa interioꝛa:matricem epar ⁊ ve
nas prouocādo vꝛinā ⁊ mēſtruū:prodeſt renibꝰ ⁊ veſice ape-
rit oppilationē que ē in pectoꝛe ⁊ pulmone de croſſis humoꝛi
bus. 89. Naſnachua vel nanachua melioꝛ ē recēs ⁊ vi-
ridis ca.⁊ ſic.in.iij.gradu.ſubtiliās ⁊ vꝛinā prouocās ⁊ men
ſtruū:interioꝛa purgat mēbꝛa:deſiccat odoꝛatū:oppilationē
aperit ſplenis ⁊ epatis ⁊ diſſoluit ventoſitates:ſi teratur cuꝫ
nuce cōbuſta ⁊ comedatur prodeſt tenaſmõi.Si tunſa diſtē
peretur cū mell' prodeſt quartane ⁊ phlegmatice.aqua deco
ctionis eius ſi fundatur ſuper moꝛſum ſcoꝛpionis doloꝛ ſe-
datur. 90 Daucus quidem ē ſemen paſtinace agreſtis
ca.⁊ ſic.in ꝺo gra.mēſtruo ⁊ vꝛie iperat.epar purgat ⁊ venas
aperit oppilationē ſuperfluitates phlegmaticas groſſas a
pectoꝛe purgat ⁊ que ex his facta ē prodeſt tuſſi. 91 Ho
iezacū foꝛtioꝛis ē acumis ꝙ ſemē apij oꝛtolani.ca.ē ⁊ ſic.i.iij.
gra.vꝛinā ꝓuocat ſi emplaſtrizetur ⁊ mēſtruū calefacit ⁊ de
ſiccat tēperate:prouocat ſudoꝛē:vtile ē moꝛſure reptilium:diſ
ſoluit ventoſitatē:cōſtipat vētrē:prouocat vꝛinā:inflāmat cō
cupiſcētiā coitus:ſi fumigentur cū eo nares cephalee prodeſt
ex frigiditate ⁊ humiditate. 92 Semē liembezi foꝛtiter
calefacit ⁊ deſiccat par.vnde ⁊ lac generat:vꝛinā prouocat:
vētoſitatem diſſoluit ab interioꝛibus et eſt ſimile aniſo niſi ꝙ
debilius melius viride ⁊ ponderoſum. 93 Semē cathi-
mie in al'catharcie laudabilius nigrū ⁊ põderoſū qđ immer
gitur aq̄.fri.⁊ humi.in.iij.gra.extinguit caloꝛē:ſedat turba-
tionē:emollit aſperitates q̄ ſunt in oꝛe ⁊ inteſtinis ⁊ vulua ⁊
ei vicinis.Si frigatur prodeſt ſolutioni ventris col'ice:laba-
bū eius prodeſt contra caloꝛē febꝛis ⁊ ſiccitatē oꝛis ⁊ lingue:
ſedat moꝛſurā ſtomaci.Si emplaſtrizetur eo manifeſte pro-
derit apoſtemati calido:⁊ cuius ē apoſtematis aperiri aperit
Si vero cathaplaſmetur cū aceto podagre proderit calide ⁊
⁊ doloꝛē ipſius mitigat.Si miſceatur cū aqua ro.aut oleo ro.

cephalee prodest que fit ex mala cõplexione calida: proficit
qꝫ emissionibus vmbilici si cathaplasmetur eo ꝙ si terāť eiꝰ
maior erit frigiditas. 94 Semē cathemie vtile nigrū
perfectū cõplexio eius tēperata in caliditate ⁊ humiditate dis
soluit: emollit apostemata solida: purgat pectus pulmonēqꝫ
ab humiditate elimat lentigines a facie: frangit lapides renū
⁊ in eo põticitas: vnde ⁊ prodest sanguis fluxui: sed debiliter.
95 Semē scabacie in al' scabezie simile ē virtute semini ca
themie sed actionis validioris. 96 Semē hechige in al'
hēgē vtilius ē onerosum. ⁊ ē ca. ⁊ sic. in. ij. gra. sed calore forti
or ē siccitas ⁊ ē in eo subtiliatio ⁊ dissolutio: vñ ⁊ emollit apo
stemata solida que sũt post aures: ⁊ in eo inflatio que auget
venerē ⁊ appetitū coitus si bibatur cū vino cocto si teratur ⁊
pulverizetur super comedētia proderit vulnera 97 Ra
lembacū in al' rābacū laudabilius croceū longū onerosum.
⁊ ē ca. ⁊ sic. subtilians in sapore: eius amaritudo lūbricos ne
cat ⁊ ascarides si superponatur exterioribus partibus corpo
ris vlcerat illud si teratur diligenter ⁊ cathaplasmetur eo sca
bies corporis ⁊ sahafe proderit: prodest ⁊ morsui scorpionis
si bibatur ⁊ superliniatur tritum ac distemperatum cuꝫ oleo.
98 Lilūbacū i al' lilibatū laudabiliꝰ qð afferť a creta qð
⁊ percutit in ruborē ⁊ iocūdi odoris ⁊ virtus eius similis vir
tuti besse nisi ꝙ fortior ē in eo virtus solubilis q̄ laxat cho. ru.
dissoluit vētositatē stōaci ⁊ intestinoruꝫ. 99 Semē bala
fe in al' lalaphe hē ē semē rutabe. meliꝰ croceū ⁊ onerosū ca. ⁊
hu. est eius cõplexio: ⁊ in eo ventositas vnde auget appetituꝫ
coitus ⁊ imperat lacti. 100 Semē liēbali in al' liemberi
ca. est ⁊ sic. ⁊ in eo acumen ⁊ est elimans: prodest lapidibꝰ ge
neratis in renibus: ⁊ si eo vaporentur emorroydes ꝓderit ilľ
Si aūt frigatur cum semine ressadi ⁊ oleo oliue cõstipat na
turā. ⁊ āputat tēasmō si sit ex frigore ⁊ phlegāte. 101 Se
men merule in al' merue vtile est nouuꝫ onerosum. c. est ⁊ hu.
tēperate cõgregat saniem in apostematibus crudis ⁊ matu
rat. 102 Semen hēgi melius est albū: nigrum ē mortife
rum fuscū medium in malo ⁊ tria simul fri. ⁊ sic. albū minus
est friᵈᵒ. ⁊ cõmouens ē: dolorē sedans cuius virtus est similis
opij virtuti. 103 Semē orocray in al' crocrai meliꝰ one
rosum ⁊ nigrū frigidū ē: dormitās cephaleam sedās: si terra
tur cū semine iusquiami ⁊ cathaplasmetur eo caput: aufert
coitus appetitum ⁊ erectionē mēbri sedat. 104 Herme
lum ⁊ vocatur cacrelege as henedō laudabilius nigrum ⁊ onu
stū: ⁊ ē. ca. in. iij. gra. subtiliās: ideoqꝫ icidit humores crossos
⁊ viscosos dissoluitqꝫ fortiter vrine iperat: si terratur ⁊ distē
peretur cū melle cocto ⁊ felle galline ⁊ croco orientali ⁊ succo
rasienegi proderit panis visus. 105 Semen femequesti
in al' fegequesti laudabilius quod est acuti odoris: ⁊ ē ca. i. i.
gra. sic. in. ij. prodest apostēatibꝰ splenis solis: si ex eo. ʒ. b. cū
squingibin bibatur: si buliatur cū aceto ⁊ superponatur splēi
vtile ē: coitus appetitum eneruat si bibatur ⁊ desiccat spma.
106 Sebardelum in al' scaldelum quod est sinapis meliꝰ
ē quod magnū est ⁊ interius croceum: ⁊ alia speties que dici
tur effedum ⁊ nõ ē illi incensio: vtrūqꝫ ca. est ⁊ sic. sed croceū
ca. ⁊ sic. in. iiij. gra. incidit phlegma: grossos subtiliat humo
res. si teratur ⁊ in aqua diligenter feriatur: dehinc colatū mi
sceatur melli ⁊ gargarizeť capitis attrahit phlegma. Si tra
hatur flatu narium sternutationē excitat: ⁊ prodest si come
datur aut gargarizetur epilepsie: suffocationem adiuuat ma
tricis si subiponatur matrici: ⁊ si super caput litargici fun
datur prodest: prodest etiaꝫ sciaticis si emplastrizetur eo an
cha ⁊ omnimo confert phlegmatici passioni: ⁊ attrahit que
necesse ē attrahi ð ꝓfūdo corpis ad exteriora. 107 Car
dami semen laudabilius babilonicum album: estqꝫ ca. ⁊ sic.
albū rubeo minus ē calidū. Utile ē quidem ex phlegmate te
nasmon si bibatur cū aqua calida ⁊ oleo ⁊ tortionibus. si ter
ratur ⁊ distemperetur ⁊ emplastrizetur eo ancha sciaticis
passionibus mitigatur: eodēqꝫ modo si fiat cum eo clistere.
108 Semen hemaze in al' emmace vtilius onustum est qð
frigid. ⁊ sicc. multumqꝫ ponticum naturā includit solutā. so
lutionēqꝫ amputat sanguis maxime aūt quod acerbum est.
109 Semen losenel hermel in al' loseelmehel. i. arnoglose
vtiliꝰ ē nigrū onustū ē frigidū ⁊ sic. ponticū simile semini her
maçe in actiōe ⁊ virtute. 110 Suniçum. vtilius onustū
ca. ⁊ sic. in. 3ᵒ. gra. fortiter subtiliās. vnde ⁊ soluit vētositates
⁊ inflationes que sunt interius: si trituꝫ bibatur cū vino tēpe
rato lūbricos rotūdos educit e ventre ⁊ lōgos si cū aceto su
matur tēperato. tollit quoqꝫ scabiē ⁊ varices. formicē ⁊ leprā
menstrnū prouocat si moretur ꝑꝑ grossitiē materiei. Si asse
tur igni ⁊ pāno iponatur ac naribus eius odor trahať pro
derit coriçe in qua fluit a naribus hūiditas multa. Si vero

teratur diligēter ⁊ emplasticetur eo frons cephalee proderit fri
gide ⁊ cronice. 111 Scascasuꝫ vel caschasuꝫ multas hꝫ
spēs. oēsqꝫ fri. ⁊ hu. albūqꝫ in. ij. gra. nigrū in. iiij. albuꝫ pro
dest tussi ex acuta materia descēdente a cerebro ad pectꝰ: ꝓ
hibet qð spuitur a pectore soporatqꝫ magis aūt cortices eiꝰ
ꝙ semen. Si coquatur in aqua ⁊ hec super caput fundatur:
illisqꝫ emplastriçetur. Nigrū aūt pessimuꝫ ē dormitans ob
stupefactionem facit: ⁊ si teratur ⁊ cataplentur eo languida
mēbra sedatur eorū langor. 112 Tuderi. melius croce
um. ⁊ ē ca. ⁊ hu. hūectat corpora ⁊ corpulētat. 113 Cab
ba melior rubea cabuquiria ⁊ que affertur de regiōe aquerct
⁊ ē ca. ⁊ hu. ⁊ hūiditas eius fortis prodest melācholicis si bi
batur cū çaccara replet corpus ⁊ impinguat. 114 Se
men bendacroci si bibatur cū squigibin morsure reptiliū ad
iuuat. 115 Semē bubulengeri in al' bubulengis. ca. est
⁊ sic. temperate. ⁊ virtus eius equalis ⁊ aneti. 116 Sem̄
arsurugi in al's arsunççi. ca. ⁊ sic. in quo ē humiditas que cõ
mouet coitus appetitū ⁊ auget spma in viris frigide ꝯᵒnis.
117. Semen senum in al' sensemū. ca. est in principio ꝑmi
gra. hu. in. ij. decoctio eiꝰ emollit fissuras ⁊ apostēata solida
ꝓdest sahaphe sicce: acum̄ sedat ⁊ morsus qð accidit stō ex
acutis humoribus aut vini potione aut acuto medicamine.
118 Semē coroc in al' cozocere qð vocāt ꝑ se dinarine ⁊ vo
catur etiam hehēter ca. ē ⁊ sic. iocundō odore dissoluit ventosi
tates que sunt in stomacho ano ⁊ intestinis ⁊ calefacit ca tē
perate digestionē procurat: singultum qui fit ex repletione se
dat. 119 Zuffa melior ē noua crocea ⁊ ē ca. ⁊ sic. i. ij. gra.
⁊ in ea punctio qua stomachuꝫ calefacit: dissoluit vētositateꝫ
⁊ inflationē: adiuuat digestionē prodest morsure scorpionis
si aqua decoctionis eius bibatur: aut loco superponatur vri
nam ⁊ mēstruum prouocat appetitum coitus aufert sperma
amputat. 120 Semē queriani. c. in. i. gra. tēperatū i hu.
⁊ sic. dissoluit emollit omne apostema manifestum: ⁊ interiꝰ
ca. aut frig. maxime si misceatur melli ⁊ oleo violato ⁊ aque
sine ematuratione soluit apostemata ⁊ que post aures sunt
vrine iperat ⁊ mēstruis si sederit mul'r in aqua decoctionis
eius dissoluit apostemata matricis dura. 121 Helba cõ
plexio eius similis cõplexioni seis lini: sed eo fortior ideo ⁊ in
omnibus vtile est quibus ⁊ ille confert sed fortius operatur:
mēstruo iperat ꝑtus sanguinem purgat si coquatur cū melle
simul etiā soluit grossos humores: ⁊ malos qui sunt i stoma
cho ⁊ intestinis maxime phlegmaticos: prodest oībus exte
rioribus doloribus ⁊ tussi que fit vel accidit ex phlegmate: eli
matqꝫ ipsum a pectore ⁊ pulmone ⁊ incidit. Si decoquatur
cū ficubus ⁊ coletur aqua eius superfūdaturqꝫ melli ⁊ coq̄ť
secūdo ⁊ fiat quasi electuarium perfectius eni erit sic in pur
gādo pectus a phlegmate grosso ⁊ viscoso. Si emplastrizen
tur eo cum semine lini apostemata solida soluit illa fortiter.
122 Carui. c. ⁊ sic. in. iij. gra. acutū inflationē ⁊ ventosita
tem dissoluit a vētre: ⁊ vrine iperat. 123 Quemū duas
habet speties: altera carmanica altera nabatica ⁊ vtrūqꝫ oi
bus opertionibus suis simile est carui ⁊ eo fortius addissol
uēdam ventositatē viride vero fortioris est acuminis. Si ma
sticetur ⁊ exprimatur aqua eius ⁊ ipluatur oculo in quo est
vngl'a ⁊ pecia ꝓdest illi ⁊ āputat ab eo sāguie. ʒ 124 Ca
semū in al' sasemuꝫ melius est croceū simile emadano ⁊ con
simile in virtute cimino. 125 Semē lilingalie in al' lilin
gahe ortolane in actione simile est daucō sed debilius actiōe
vrinā prouocat ⁊ mēstruū comesta: purgat vlcera ⁊ prodest
hydropisi ⁊ dolori laterum ⁊ morsui animalis: ⁊ pūcture rep
tilium. 126 Semen caedenethe in al' dardenechе pro
dest febribus cholericis: ⁊ si teratur ⁊ fricetur diu cū aqua ex
primať bibaturqꝫ cuꝫ zaccara ꝓdest tussi si fuerit ex calore
⁊ sedat morsus qui sunt i ore stoi: aufertqꝫ coitus appetitum
si nimiū sumatur. 127 Semē rute. i. piganū. melius est
nigrū. ⁊ ē ca. ⁊ sic. in. iij. gra. prodest singultui ex repletione si
ex eo. ʒ. b. trito cū melle ⁊ aqua aut vino bibatur calefacit sto
machum soluit ab eo ventositatē ⁊ ab intestinis. coitusqꝫ de
negat appetitū. 128 Semē nēnane vtilius nigruꝫ. ⁊ est
ca. ⁊ sic. menstruū prouocat ⁊ partū facilē facit: prodest vēto
sitati q̄ ē iterioribus ⁊ singultui ex repletione. 129 Suc
caranū in al' quoquaranū. fri. ē dormitans letale ex frigidi
tate si accipiat ex eo modicū i vio gs soporat. 130 Ques
fara in al' quesbarei. vtilius ē viride ameni odoris: ⁊ aiūt qui
dam eē frigidā ⁊ siccam. hypo. tepidaꝫ. ⁊ in ea põticitas mo
dica: ⁊ si coquatur cū aqua ros. ⁊ gargariçetur prodest apo
stemati gule. Si teratur diligēter ⁊ misceatur cum rosa trita
prosunt pustulis que sunt ore: ⁊ si propinētur de eo. ʒ. b. prohi
bet coitus appetitū. si vero cū lababo semis psilij bibať iflā

mationem stomaci reprimit:sicqȝ si misceatur apostematum
calidorum medicaminibus ꝓderit manifeste. 131 Sem̃
sarmaci tẽperatum in ca. ⁊ fri. siccum. in. i. gra. in eo est elima
tio ⁊ ꝓdest icteritie que fit ex epatis oppilatiõe. 132 Se
men fugilis melius qḋ ẽ rubeum inclinans in nigrũ. ⁊ ẽ cali.
in. iij. gra. ⁊ in eo dissolutio fortis in tantũ vt saniẽ que inclu
sa est in carne soluit ⁊ elimat. Si cataplasmẽť eo i morphea
nigra proderit cum aceto. 133 Semẽ carri vtilius cro
ceum. vrinã prouocat ⁊ educit mẽstruũ. secũdinam emittit ⁊
⁊ fetũ si bibatur cum melle tritum. 134 Seibbenegũ
in alꝰ belbbenegũ melius ẽ quod hȝ colorem chebe: phlegma
purgat ⁊ humiditates ⁊ humores. 135 Semẽ beffalegi
in alꝰ belfalegi. frigidum est ⁊ siccum. põticum est congruum
vlcerationi oris si tritum diligenter in ore teneatur: ⁊ si biba
tur cum aliquo potu pontico prodest solutioni cholerice.
136 Semẽ sarapheremie ⁊ in alꝰ sasafaremi melius nigrũ
onustũ paruũ iocũdi odoris tẽperatũ in fri. ⁊ ca. si fricatur ⁊
bibatur natura retinet prodest disinterie ⁊ inflationi intesti-
norum. 137 Semẽ macrelei tẽperatuȝ in ca. ⁊ fri. ⁊ sic.
sapor eius amarus: ideoqȝ vtile epatis oppilationi ⁊ splenis
⁊ icteritie que fit ex oppilatione. 138 Semen aquesuti si
mile in pluribus semini intibe nisi ꝙ amarus ẽ ⁊ siccus com
plexione: vnde ⁊ fortioris est actionis in aperiendo que est in
epate ⁊ splene oppilationeȝ. 139 Semẽ gergiri. ca. ⁊ sic.
in. ij. gra. dissoluẽs: morpheã elimat. ni. si teratur ⁊ cathaplas
metur cũ aceto auget coitus appetitũ ⁊ sperma: ⁊ si cũ squin-
gibin ⁊ aqua ca. bibatur phlegmatis vrget vomitũ.

De granis.

140 **Zemarũ** tẽperatũ cõplõne sȝ iclinať parũ ad
calorẽ: si masticetur ⁊ ponatur suꝑ apostema maturat illud.
si vero ponatur suꝑ frustrũ ferri calefactũ ⁊ teratur ⁊ catha
plasmetur petigo manifestius proderit. 141 Hachbala
in alꝰ nuchbala tritici. ca. ẽ. vẽtositatẽ dissoluit: iõqȝ si calefacta
superponatur ex ventositate accidens vẽtri dolor ea catha-
plasmetur: mitigat cum dissoluendo. Si aũt infundatur ace-
to vini ⁊ ponať suꝑ carbões igneos naribꝰ vapor eiꝰ cõcipiať
leuiat hũiditates a capite ad nares fluentes. Si aũt diu fri-
cetur cũ aqua ca. ⁊ coletur vt sorbitio de ea fiat cũ amigdala
rum aut sisami oleo prodest que est in pulmonis canalibus
asperitati ⁊ gule: elimat a pectore hũiditates. 142 Sai
ra in alꝰ seria fri. est ⁊ sic. ⁊ in eo dissolutio loco siccitatis. Si
tundatur parũ ⁊ calefiat igne aut cathaplasmetur ea ex calo
re factus dolor mitigat illũ: similiter si emplastrizetur ea. ca.
apostema dissoluit illud. Sic quoqȝ sepius cathaplẽtur ea
dolores iuncturarũ ⁊ mitigantur. Si optime coquatur orde
um vt alias diximus ⁊ sumatur aqua eius febricitantibꝰ per
fectissime prodest sitim sedat ⁊ soporat ⁊ vrinã prouocat ꝑꝑ
bonitatẽ illi cõsonã quã in ceteris nõ ẽ inuenire granis si de-
coquatur: lucratur enim ab aqua humiditatẽ ⁊ cedit ab illa
ventositas ꝑꝑ multã decoctionẽ: ⁊ in eo ẽ simul quiddã lãbẽs
⁊ elimans quibus accelerat descensum a stõ ⁊ in eo lenitas q̃
prodest asperitati gule ⁊ in eo cõtinuatio que stomaci caloreȝ
equalem facit ⁊ in ceteris hec non inueniuntur granis.
143 Faccala in alꝰ baccala magna melior eius cõplexio
fri. ⁊ sic. ⁊ in ea elimatio que lentigines extirpat: si trita coqua
tur diligenter ⁊ fiat de ea sorbitio cũ amigdalꝰ oleo tussienti-
bus remediũ ẽ ⁊ pleuretic. ⁊ in ea ponticitas quedã: ideoqȝ de
cocta cũ aqua ⁊ aceto vtilis est inflationi intestinorũ: natu-
ras suspendit: prodest febri si teratur ⁊ coquatur cum adipe
porcino emplastrẽturqȝ ea arcteticа optime proderit: empla-
strentur quoqȝ fabarũ farina testiculi ⁊ mãmille si sint in eis
calida apostemata: maximeqȝ si in mãmillꝰ coagulatũ fuerit
lac. Si vero pastetur cũ melle apostemati ex percussione fa-
cto proderit. 144 Massũ melius onustũ ⁊ ẽ fri. in pri
mo gra. tẽperatũ in humiditate ⁊ siccitate ⁊ in eo quedã eli-
matio. si teratur diligenter ⁊ distẽperetur cũ aqua mirti pro
derit his quorũ infirma sunt mẽbra ⁊ vtile ẽ febricitantibus
tussimqȝ patientibus ⁊ cuius ẽ natura mollis excoriatur aut
fricatur paꝝ ⁊ coquatur. 145 Granũ silereme in alꝰ
sileme melius fuscũ onustũ. ca. in. iij. gra. sic. in. ij. fortiter dis
soluẽs: ⁊ in eo attractio si teratur ⁊ distẽpereť ⁊ super mẽbro
in q̃ spina aut ferrũ ĩtroiuerit attrahit ⁊ emittit. 146 Gra
nũ diuseri in alꝰ diuferri tanq̃ silerua in virtute curat aposte
mata que solida sunt sanatqȝ alopitiã. 147 Auresũ me
lius croceũ onustũ. f. est in. i. gra. s. in tertio subtile naturã in-
cludit ⁊ si cũ pãno emplꝰeť desiccat itestĩa q̃ siccari egẽt ⁊ dis
soluit sine morsura ꝓdest mãifestissime. 148 Hamcsum
forti oris ẽ actõis nigꝝ. ca. ⁊ hũi. generas spma ⁊ lac vrinãqȝ
ꝓuocat ãpliꝰ ãt nigrũ vrinã ꝓuocat ⁊ mẽstruũ aqua in q̃ co
quitur lapides frangit: ⁊ est in cicere virtus dissoluens inci-
dens ⁊ elimãs vnde ⁊ purgat splenẽ ⁊ epar renesqȝ apostẽa
qḋ accidit post aures dissoluit: extirpat scabiẽ ⁊ impetigineȝ
emollit testiculorũ duritiẽ: vlceribus si cathaplasmetur pro-
dest cum sandalo ⁊ melle. 149 Queq̃rmesũ in alꝰ cerme
suȝ meliꝰ ẽ magnũ. ca. ⁊ sic. sapor eiꝰ amarus. iõqȝ ĩterficit lũ
bricos lõgos ⁊ rotũdos qui sunt in vẽtre: si pistetur cũ melle
comedatur ⁊ bibať cum aceto tẽperato. si vero bibatur cum
vino ⁊ pipere purgat epar ⁊ splenẽ mẽstruuȝ prouocat: fetuȝ
educit mortuũ si submittatur cũ mirra ⁊ melle ⁊ in eo est eli-
matio ⁊ dissolutio quibus extirpat lẽtigies nigraȝ morpheã
prodestqȝ lepre sahafe liuiditati: dissoluit ⁊ scrophulas. Et si
diligenter tritũ cuȝ aceto distẽperetur ⁊ melle ⁊ emplastretur
eo ancha sciatice remediũ erit. 150 Arzura in alꝰ aezuȝ
in eo modicus calor ⁊ põticitas ⁊ quod magis rubeum for-
tioris est actionis: suspẽdit vẽtrẽ ⁊ feresium rubeũ amplius
maximeqȝ si cũ suis fricatur corticibus: album si fiat ex eo
sorbitio que stomaho acciderit ⁊ intestinis morsuris prode-
rit: ⁊ si clisterizetur cũ aqua decoctionis rubei ⁊ aliquibꝰ põ
ticis medicaminibꝰ dissinteric intestiorũ ꝓdest. 151 Lu
pia in alꝰ cupia rubea est ca. in. i. gra. aqua decoctionis eius
menstruum prouoc. ꝓtus sanguinẽ purgat: mortuum educit
fetum ⁊ secundinã si morã fecerit. 152 Quersenna. ca.
est in. i. gra. sic. in. ij. incidit elimat aperit oppilationem: ⁊ si
multiplicetur sanguinẽ generat: carnẽ in vulneribus produ-
cit. 153 Semen batici melius est album onustum ⁊ i eo
est attractio apit oppilationẽ renũ: lapides in eis cõminuit
⁊ vesica: vrine ĩperat fortiter: ⁊ lentigines ⁊ morpheam subti-
lem aufert. 154 Semen omesacre. fri. est ⁊ hu. i. iij. gra.
tussi ex calore prodest ⁊ siccitate si comedatur cũ zaccara siti
sedat: infirmitatibus acutis remediuȝ est: ⁊ difficultati vrine
si quidẽ est ex calore. 155 Semẽ lẽbaci in alꝰ lelebaci me
lius est albũ onustum: cõplexio eius. f. ⁊ hu. elimans incidẽs
vrinã prouoc. ⁊ si teratur ⁊ cataplasmetur eo corpus coloreȝ
optimũ facit ⁊ splendentem. 156 Semen lilimbachi in
alꝰ lilibati melius albuȝ. onustũ. ⁊ cũ oĩbus suis habitudibus
semini similis cucumeris. 157 Lingua auis excellen-
tior in cuius natura amaritudo ⁊ iocũdi odoris: ⁊ cõplexio
eius ca. ⁊ humida. vrinã. prouo. augetqȝ coitus appetitum.
158 Granũ zerecari melius est onustũ. ca. ẽ ⁊ hu. i. ij. gra.
ventosum vnde ⁊ cõmouet appetitum coitus ⁊ auget sperma
159 Granũ balebi in alꝰ mallebi melius est onustũ ca. ⁊ si.
lũbricos ⁊ ascarides necat: ⁊ in eo amaritudo ⁊ elimatio for
tis dissolutioqȝ: vnde ⁊ lentigines extirpat si teratur ⁊ cata-
plasmẽtur eo loca: epatis oppilationẽ apit ⁊ splꝰnis adiuuat
sputum pectoris ⁊ pulmonis ab humiditate. 160 Gra-
num bani melius est quod est magnũ ⁊ onustum in q̃ fortis
amaritudo cui admixta ẽ ponticitas: ideoqȝ elimat incidit.
congregat. extirpat varices. lentigines maculas que sunt in
facie ⁊ scabiẽ ⁊ pruriginem ⁊ lepram: aperit epatis ⁊ splenis
oppilationem: emollitqȝ eorũ duritiem maxime si misceatur
farine quessene. 161 Heiluȝ. ca. est ⁊ sic. oppilationẽ ape
rit. prodest sciaticis. 162 Cubebe meliꝰ iocũdus odore
linguaȝ dormitat. ca. ⁊ sic. est. aperit oppilationẽ. meatus pur
gat: prouocat vrinã. naturã retinet: mundat guttur raucuȝ a
phlegmate. serie ꝓdest si ex ea oboli duo sumãtur cũ sqngibĩ.
163 Cacala duas hȝ spẽs. altera parua. altera minor
ca. in vltimo ij. gra. frigidis prodest epatis doloribus oppila
tioniqȝ eius si ex eo sumantur. ʒ. b. cũ squingibin diebus. vij.
vtilis est lapidibus qui sunt in renibus si misceatur cucumer
semini ⁊ citrolis equaliter bibãturqȝ de ea. ʒ. b. quaqȝ die pro
dest epilepsie sincopi si insuffletur guttatiȝ prodest etiaȝ dolo
ri qui fit in capite si sit ex vẽtositate. 164. Grana ribesi
meliora noua sunt fri. ⁊ sic. pontica prosũt solutioni cronice.
sicut ⁊ semẽ hebace. 165. Grana berberis meliora onu
sta. fri. sunt ⁊ sic. pontica prosunt solõni cronice: extigũt calo
rem epati vtilia ca. in quo est apostema. calidũ prohibet vo
mitum ⁊ cor cõfortat. 166. Granũ granatoruȝ melius
ẽ acerbũ onustum. ⁊ ẽ fri. ⁊ sic. stringit naturam si cholerica ẽ
solutio subuersionẽ mitigat: prohibet vomitũ: stomaci os cõ-
fortat. prohibet materiarum ad ipsum fluxũ. 167. Gra
na mirti in alꝰ olicsca. in eis põticitas ⁊ dulcor. vnde ⁊ prosũt
tussientibus si sit in eis solutio: prodest sputo sanguinis a pe
ctore pulmone ⁊ stomacho ⁊ vlceribus membrorum interio-
rum ⁊ confortat ea. Si misceať vino succus eiꝰ ꝓdest morsui
reptiliũ: ꝓdest vesice vlceribꝰ hũi. aut sic. Si cuȝ vio deq̃q̃ť
⁊ cataplẽntur ea que sunt in volis ⁊ plantis vlcera sanat ea.
Si recentia trita admisceantur lacti ⁊ apostematibus ocu-
lorũ emplẽnť soluũt apostẽa: prosũt quoqȝ ⁊ apostẽati qḋ ẽ

in ano:ꝛ emorroidibus:que sunt in eo:anū cōfortāt vlceratio
ni remediū ē:ꝛ si teratur ꝛ cathaplasmetur eo facies mūdat
lentigines. 168. Granū liebicorū in al'lieberiorū fri.est
ꝛ humi.in.ij.gra.prodest tussi que ex calore oritur ꝛ sic. si tera
tur ꝛ accipiatur cū zaccara ꝛ penidijs spuma ei⁹ refrigerat
humectat ꝛ calorē mitigat ꝛ extiguit:prodest siccitati que fit
in ore stomaci:fortius autē tussim mitigat que fit a calore ra
ducta ē ꝛ.s.si cū alba sumatur zaccara ꝛ oleo amigdarum.
169 Granū semezedic in al'semene melius quod ē pigue
ꝛ ē.c.ꝛ.h.cōgruū volēti corpulentū hēre corpus si teratur ꝛ
cū aqua fricetur colatoq; superaddatur farine modicum ꝛ
zaccara ꝛ amig.oleū aut sisami recēs vtile ē exilib⁹ corpore a
frigore ꝛ siccitate. 170 Granū zelemi melius albū quod
aufertur asbesiria.ca.ꝛ sic.ꝛ in eo humiditas laudabilis que
excitat coitus appetitum auget sperma. 171 Granum
calcali simile ē zelemo cōplexione ꝛ virtute ꝛ augmētatione
spermatis. 172 Dangebgiul in al'daneubuile granum
quod affertur de mōtibus feresie quasi quescū ca.in.i.gra.tē
peratur in humiditate ꝛ sic.ꝛ auget sperma excitatq; coitus
appetitū. 173 Granū dadic melius rubeū nouū iocundi
odoris cōplexio eius ca.ꝛ sic.nisi ꝙ in eo ponticitas si biba
tur de eo.ʒ.b.cū zaccara emoroidibus prodest aut si in aqua
decoctionis eius sedeatur. si enim fuerinc in ano aut in matri
ce emissiones restringit eas ꝛ reprimit.si pastetur cū melle ꝛ
sumatur lumbricos interficit qui in vētre sūt. 174 Gra
nū ardenegi ca.est ꝛ sic.in.iij.gra.si bibātur ex eo exagia duo
cū vino:aut robo vini prodest partus difficultati:prodest ēt
strāguric:accelerat mēstruū:vtileq; morsu venenatorum.
175 Maraigne meliores grandes ꝛ albe ca.sunt ꝛ humi
de si sunt recētes habēt amaritudinē.iōq; sunt cōferentiores
illi cui ē in pectore humiditas grossa aut sanies:aufertur eni
leuiter:sicce aūt si infundatur aqua ꝛ comedātur leniūt aspe
ritatē que ē ex frigore ꝛ sic.minores vero pinee actionis sunt
debilioris maioribus. 176 Granū citrini in al'citriati ē
ca.in.ij.gra.dissoluēs eius vtile ē oleū emorroidibus si catha
plasmetur medulla quoq; eius in id idē prodest si comedat.
si eni bibatur de eo exagiū venenis obsistit ꝛ solutiōi nature.
idem facit si tritum ponatur super venenosoru mmorsum.
177 Granū raseni ꝛ ē granū qd' aufertur d patria aqred
ꝛ mōtibus feresie ꝛ vocat illū raiber:capillos cōfortat probi
bet ab eis infirmitates ꝛ prolūgat illos.

Capitulū.36ᵐ. de folijs.

178 r **Atairegi** in al'batheregi folia si terantur
ꝛ cathaplasmetur eis vmbilic⁹
lumbricos ꝛ ascarides occidūt:sic quoq; ꝛ succus eo
rum.si ꝛ succus auribus instilletur vermes qui in eis sunt in
terficit. 179 Folia dube in al'dulbe.f.ꝛ s.cōplexionis si
cathaplasmetur eis apostema ca.quod in genu fit proderit
puluis quidē cadēs super folia eius malus ē gutturi ꝛ odora
tibus auditui ꝛ visui:moritur quoq; ex folijs ei⁹: cortices ei⁹
cōbusti ꝛ triti vlcera desiccant humida prosuntq; adustioni
ignis. 180 Folia garre in al'garbe si terantur ꝛ pulueri
zentur super vlnera incarnat ca ꝛ sanat:neq; permittit aperi
ri.Si propinetur aqua eorū ei qui bibit balacā proderit.i.ar
rudinē:succus eius ꝛ fructus vtilis est sputo sanguinis.deco
ctio vero furfuribus capitis cortices eius cōbusti ꝛ distempe
rati cū aceto:si cathaplasmētur varices manuum extirpat ꝛ
pedū ꝛ est medicamen fortius desiccans sine morsura:si terā
tur succus eius:aut cortices recētes ꝛ coquātur cū oleo ro.in
cortice eius cū sūt in cortice mali granati auriū doloribus me
detur ex calore.Radicis eius decoctio si superfundatur po
dagricorū pedibus optimeq; confert. 181 Folia viticelle ꝛ
ligamina eius si terantur diligenter ꝛ emplastrentur eis ce
phalea ex calore reprimitur.si autē venter cū rameto in al'ra
teno solutionē eius amputat si masticentur gingiuas solidat
laxas. 182 Folia tarse pontica ꝛ sic.purgantia:hec si de
coquātur ꝛ cathaplasmetur eis splen.ꝛ superfūdatur aq ꝓ
dest gingiuas solidat ꝓdestq; illis si laxe fuerint. 183 Fo
lia ferne in al'ferne fortis ponticitatis sine morsura tempera
ta in ca.ꝛ fri.si terantur humida ꝛ superponātur vulneri re
centi replent illud carne ꝛ sanant.Si cōbustoꝝ cinis pulue
rizetur ignis adustioni oibusq; vlceribus recentibus medet.
Si āt cathaplasmetur hernia proderit:gingiuas cōfortat la
xas.Si trita misceantur cū farina ordei ꝛ emplastretur hoc
apostema ca.remedio est. 184 Habbelum in al'abbelū
melius viride:ꝛ ē ca.acutū pōtic.fortiter desiccans:vnde ꝛ de
siccat vlcera antiqua sordida ꝛ iniqua si superponatur cum
melle vrinā prouocat ꝛ mēstruū:educitq; mortuum fetum ac
scdinā partus sanguinē purgat:interficit autem fetum viuen
tem. 185 Azadarchem in al'adazerchetū melius est or
tolanū.cōplexio eius ca.ꝛ sic.sapor amarus succusq; eius ve
nenis resistit si cū melle bibatur ꝛ robo vini.Si terantur ꝛ fo
ueātur eo capilli iniquitates eorū propulsat ꝛ prolongat:gra
num eius si comedatur lumbricos necat:est autē magne ama
ritudinis. 186 Zerchederchecū vtilius virid. huius fo
lia si terātur arboris ꝛ cū robo vini succus bibatur eorū strā
guric ꝛ venenatorū morsui ꝛ sciaticis medetur menstruū pro
uocat ꝛ sāguinē i vesica coagulatū. 187 Folia balusti
in al'baluti.fri.sunt plurimū.pōtica parū desiccantia si teran
tur ꝛ pulueri zentur super vulnera carne replent:desiccāt vlce
ra humida cicatriçari difficilia:cortices fructus eius interio
res magis:sic.ꝛ in al'.frigi.pontici:ideoq; si coquātur ꝛ sede
atur in aqua eorū medētur eneruate matrici ꝛ fluxui ac ener
uationi ani:solutioni sanguinis:diarric diuturne manifestis
sime prodest. 188 Sadec melius qd amenū in odore ꝛ
folia eius minime lata ꝛ est in virtute ꝛ actione spice simile:
paritérq; imperat vrine:cuius folia siccata ꝛ trita ac super
posita dabase:ꝓdest illi fetoréq; alarū emēdat. 189 Ca
lēbaci folia in al'balēbaci cōclusione.f.ꝛ s.ꝛ in eis substantia
subtil'ca.ꝛ in eis varie virtutes:decoctio eius si instilletur au
bus a quibus fluit sanies medetur illis:eodem modo facit si
rupus mirtinus si fricētur gingiue laxe cōfortat ꝛ desiccat si
deccoquatur in aqua ꝛ sedeatur in decoctione eius prodest
egressioni ani ꝛ fluxui matricis fluxui quoq; sanguis. furfu
ribus medetur vlceribus capitis ac pustulis eius capillos q
ceciderint restaurat quasi emplastrentur neruate iuncture cō
fortātur mēbra ēt solidat q nō plurimū augmētātur.Si deco
quatur cū vino ꝛ emplastrentur hac decoctione vlcera desic
cat ea.Si aūt percussio cathaplasmetur mirto cū succo ordei
probibet eius apostema calidū.si aūt cathaplasmetur corpus
ea nimiū in sudoribus ē remediū:cor ꝯfortat debile ꝛ solidat
ꝛ si trite superaddatur aqua ro.ꝛ oleū ro. ac emplastrentur
testium apostema.ca.optime curat. 190 Sandagū in
al'sedanegū ꝛ vocatur apud feresiā masserē ē ca. cōplexione
ꝛ sic.purgans subtilians: soluēs supfluitates phlegmaticas
a stō ventositati matricis prodest ꝛ intestinorū ac stōaci epi
lepsie medetur si infundatur naribus aqua ei⁹. 191 De
sela.i.lotho melius viridis magnis folijs.ca.ꝛ sic.ē in.iij.gra.
letalisq; oibus animātib⁹ folia ei⁹ si decoquātur ꝛ emplastrē
tur apostemata solida soluit ea.Succus eius scabici ꝛ pruri
gi catplatus prodest:si teratur siccus pulueri zeturq; sup vlce
ra desiccat ea. 192 Folia luse prosunt vlceribus humi
dis cōglutināt vulnera humida. 193 Flurazi in al'sti
rachi folia ca.ꝛ sic.fortiter desiccant ꝛ calefaciūt ē in eis ama
ritudo ꝛ ponticitas modica iōq; frangit in renibus lapides
ꝛ in vesica oppilationi medetur epatis dolori dētiū molari
q; medetur si cū aceto decoquatur. 194 Folia benete
subtilia ꝛ in eis ponticitas tēperata desiccātia capillos ꝯfor
tant:prohibet casum eorū:vētrem cōstipant:apostemata ca
lida dissoluūt:estq; in eis solutio. 195 Folia arboris be
nache.pōtica ꝛ i eis elimatio ideoq; folia hec recētia si catha
plasmētur cū aceto cutis excoriationi medentur.sed ꝛ si recē
tia terātur glutināt vulnera.si debilia mēbra eis cathaplas
mentur ꝛ cōfracta decoctionisq; eorū aqua desuper roretur
cōfortāt ea ꝛ optime prosunt. 196 Sene.ca.ꝛ sic.in pri
mo gra:soluit choleram ru.ꝛ ni.ꝛ imergitur in al' inuenit in
locis longinquis:substātiā cōfortat cordis quā bibitur:ē po
tus eius triti diligenter.ʒ.iij.si āt in decoctione a.ʒ.v.vsq;.vij.
197 Folia masticis medij caloris desiccāt fortiter. Suc
cus eorū bibitus turbationi medetur sanguis ꝛ sputui ꝛ flu
xui s solutioni que ē ex debilitate stomaci si hec fuerit ex hūi
ditate si ēplet eis matrix ꝛ an⁹ frigidū strigit eos ꝛ solidat.
198 Folia grani viridis ꝯplō eoꝝ ca.i.iij.gra ꝛ plurimuꝫ
sunt pōtica vnde ꝛ desiccant si recētia sint. Que autem sicca
sunt fortius desiccant. 199 Cantarū in al'cantorium
ꝛ est folium nili.denigrat capillos ꝛ in eo virtus dissoluens
ꝛ est tēperatuꝫ nisi ꝙ ad calorem inclinatur. 200 Fo
lia bēne tēperata sunt in frigidate:q si terantur ꝛ emplastri
zentur apostemata ca.prodest ꝛ dolorem illorū sedat:si autē
folia eius masticentur ꝛ suggatur eorum succus prodest oris
pustulis ꝛ vlcerationibus:vtilia etiā sunt adustioni ignis si
trita super pulueri zentur. 201 Folia sussani tēperata
in ca.ꝛ fri.s.in.i.gra.vn desiccāt vlcera ꝛ pustulas si trita sup
pluerizaueris sine morsura 202 Folia belbe siluatice q
ꝛ scalasuꝫ in al'calesum fri.ꝛ sic.ꝛ in eis amaritudo ꝛ modi
ca ponticitas:ideoq; succus eius prodest dolori splenis duri
cici:oppilationiq; eius. 203 Folia rafane grece in al'
carsimege ca.in.iij.gra.temperata in siccitate ꝛ humiditate.

204 Folia lebêbre in al' liêbre têperata i ca. ⁊ fri. sic. i. ij.
vtilia sunt dolori dentium si decoquâtur cũ aceto. Aqua de
coctionis eorũ vlcerationibus albis prodest si teneatur i ore.
205 Zalesceferum in al' cakeseferum ⁊ dicitur beladarum
⁊ est folium oliue indice melius ē quod ameni odoris ⁊ in eo
ponticitas ⁊ cõplexio eius. ca. ⁊ sic. in. ij. gra. prodestq; emor
roidibus. 206 Folia spine egiptie ⁊ est angulatum i al'
anguilanũ ē illi virtus pontica. ideoq; prodest fluxui sangui
nis ⁊ apostemati palati: sed ⁊ apostematibꝰ que fiunt i ano
conglutinat vulnera ⁊ stringit sanguinē eorũ. 207 Fo
lia tebenbuli in al' debali afferuntur de india in têperata in
ca. cũ ponticitate ⁊ confortant gingiuas ⁊ stomachuz calefa
cit labia: ideoq; plurimũ vtuntur illis mare nauigantes eo
ꝙ plurimũ pisces accipiant 208 Folia sêsemi. fri. ⁊ si.
si terantur ⁊ abluantur illis capilli prolongant illos ⁊ leniũt
mundant fissuras coꝝ. 209 Folia lebenbachis in al'
lelêbacis amara pontica. ca. si de aqua expressa auribus in-
stilletur in quibus sunt vermes necat eos: si emplastrizentur
illis scrophule cũ modica ordei farina soluũt eas ⁊ prosunt
manifestius. Si vero super ipetiginem ⁊ morpheaz cataplas
mentur optime medêtur. 210 Folia bentali. ca. sunt ⁊
sic. ⁊ in eis virtus soluens phlegma ⁊ melancoliã: ⁊ oz sũmui
ea q̃ sũt i radicibꝰ plãtaꝝ caꝝ: qũ iã color eoꝝ croceꝰ ē factꝰ ⁊
siccêtur i vmbra ⁊ ꝓpinet̃ de eis cũ modico amilo ⁊ gui. ara.
misceâtur quoq; medicaminibus quoꝝ ē soluer̃. co. ni. ꝓdest
nãq; mel'ie ⁊ epilepsie apoplesie ⁊ elephantie. 211 Folia a-
litie i al' halaci refrigerãtia ⁊ desiccãtia i. i. g. sanãt herisipilã
⁊ formicē si catapl'entur eorũ succo. 212. Folia pruni si de
coquantur cũ vino ⁊ gargariçêtur amputãt occursum mate
riarum ad palatũ ⁊ guttur: si aũt fricêtur in al' sugantur pro
sunt earũ decursui i gigiuis maxiaq; angustia. 213 Fo
lia atêgi in al' tharegi. ca. ⁊ sic. ⁊ in eis dissolutio ⁊ desicatio:
succus eorũ bibitus prodest hũiditati stomaci: si autē masti-
centur amenãt palatũ ⁊ anhelitum amputant alliorũ ⁊ odo
rem ceparũ. 214. Folia arecare si terãtur diligenter ⁊
ĩmisceâtur oleo ⁊ emplastretur eis ignis adustio proderit. si
cũ pluuiali decoquatur aqua ⁊ folijs carubi corpulentãt ca
pillos: si aũt decoquatur in aqua diligêtius ⁊ hec sugatur. in
al' fricatur aqua proderit dentiũ doloribꝰ. 215. Folia
engedan meliora recêtia paruis folijs eorũ complexio cal. ⁊
sic. acuta scrophulas dissoluēs: si trita misceâtur cum cera ⁊
oleo oliue. Si aũt cũ oleo eodem catapl'entur his macule q̃
in facie sunt remedio sũt. Sciaticis quoq; nõ paruz si cũ ol'o
susani misceâtur conferũt: venenis resistũt ⁊ mortiferis poti
bus: digestionē adiuuãt si misceâtur cibis. egõnez emolliunt.
216 Folia sadiberdis in eis põticitas ⁊ desiccant si masti
cata sup vlcera mittãtur desiccãt ea: prosũtq; pustulis q̃ sunt
in ore: cortices vero eius virides exteriores si coquãtur ⁊ fi-
at de eis robũ proderit trãsgulatiõi que erit ex humiditate ⁊
phlegmate. Cortex vero nucis solidus si cõburatur est cinis
eius vlcera desiccãs optie sine morsura. 217 Folia ma-
çeriõis folijs mirti sũt sil'ia magnis eis ⁊ subtiliora. ⁊ sũt ca
lida ⁊ sicca in. iij. gra. simulq; inest eis ponticitas ⁊ acumen:
suntq; pariter fortiter soluêtia: ⁊ ē eorũ soluere aquã croceaz
⁊ humiditates phlegmaticas nec expedit bibi hec in calidis
regionibus sz nec ethicis ⁊ cõmodũ est quz propinare hec vo
lueris infundas eas aceto die ⁊ nocte sicces ⁊ teras diligêter
⁊ linies oleo amigdal'. dulcium potus ē oboli. ij. vsq; iiij.
218 Capitulum. 37m. de floribus.

r **Osarubea melior** feresia: ⁊ i ea di
uerse virtute ni
si ꝙ eiꝰ cõplexio inclinatur ad frigiditatem: ⁊ in ea põticitas
⁊ subtilitas iocunda odore quo confortat mẽbra interiora: ⁊
ĩmergitur profundo corporis refrigerat ⁊ extinguit calorem
stomaci: si odoretur reprĩmit cerebri ardorem: ⁊ febrē acutaz
si fiat de aqua eius siru. si siccetur ⁊ diligenter trita misceat̃
cũ sandalo est emplastrũ cõpetēs ardori stomaci ⁊ epatis.
Si vero super vulnera puluerizetur desiccat ea: ⁊ si clisterize
tur cũ ea soluit rubeã: si decoquatur est lêticula ⁊ mirto ⁊ em
plastretur ea anus prodest vlceribꝰ que sunt in eo: sed si i ore
teneatur prodest pustul' ⁊ vlcerationi maximeq; ad mixtis
lêticula ⁊ cãphora. 219 Nasariũ in al' hasarũ caliduz
⁊ siccum. vtile est frigido cerebro si odoretur. Si emplastret̃
eo epar frigidũ cõfert sicq; frigido stõacho. 220 Iese-
minum in al' mesēmũ. c. ⁊ sic. in. ij. gra. ꝓdest palisi: ⁊ emigra
ne ⁊ fri. ⁊ hui. cerebri manifesta vtilitate. 221 Messala
tus têperati caloris subtilis prodest corrize que ē ex frigore ⁊
dissoluit fortiter. 222 Benessegũ in al' venessegũ meliꝰ
plenũ ⁊ azurinũ ⁊ ꝙ affert̃ acusa ⁊ manio ⁊ resta carcas. f.
in. ij. gra. hu. in. iij. vtile est cerebro: ardorē patienti: ⁊ adustio
nem si teratur flos ⁊ folia eiꝰ cũ farrina ordei ⁊ emplastretur
eo apostema ca. sto. ⁊ epatis prodest vtrisq; mitigat eorũ ca-
lorem: si cum danbunego decoq̃tur fundaturq; aqua eiꝰ sup
caput cephalee vtile ē que cum febre est. Si cataplasmetur eo
caput recenti humectat ⁊ saporat: ⁊ est in eo virtus subtilis si
teratur de eo. ʒ. c. vsq; iiij. vel cũ tribus zucc. ⁊ bibatur cũ aq̃
. c. soluit naturã. Si aũt condiatur cũ zaccara tussi que fit ex
calore remedio est. Si vero fiat de eo sirupus refrigerat ⁊ ex
tinguit ⁊ naturam emollit. 223 Arsimegar i al' ninifer
melius ē violaceũ ⁊ virtus eius similis virtuti viole. sed frigi
dius. Ideoq; si emplastrentur eo apostemata. ca. proderit il
lis: si odoret illud cephalcam patiens calidam dolor eius mi
tigatur. Si bulliatur in aqua ⁊ fundatur super caput illius
cui calor accidit i capite aut cerebro optie medetur. 224
Susami multe sunt speties. sed melior cerula. ⁊ est. ca. i. i.
gra. têperatum in siccitate ⁊ in eo dissol'o ⁊ subtiliatio. 155
Flos zuriziodai in al' zirizedai pomi mezactei in al' meza
chari piri. calesi. omnes fri. ⁊ hu. cor confortant ⁊ cerebrum
sui amenitate ⁊ calephum frigidius est. 226 Flos chei'
ri melior croceus. ca. in. i. gra. têperatum in siccitate ⁊ i eo dis
sol'o ⁊ subtliatio: odor eius prodest frigiditati cerebri ⁊ hu. si
non sint fortes: dissoluit fumositates grossas. Si decoctiõis
eius aqua bibatur mẽstruũ prouocat ⁊ educit secũdinaz: sol-
uit apostemata que sunt in matrice: si cataplasmetur eo locꝰ
pilorum. 227 Flos bheremegi. ⁊ melhebe têperate cõ
plexionis delectabilis odoris. ⁊ iocũdat animã: prodestq; vẽ
tositati que ē in epate. 228 Flos anguille in al' aguilai
simil' est in actiõe sua ⁊ cõplexiõe bheremego. 229 Af
famaz in al' assarũ. c. ⁊ in eo ponticitas quedam: si tritũ distẽ
peretur cũ aceto ⁊ cataplasmetur eo petigo proderit ei: si aũt
cũ melle cataplasmetur eo lingua pueri vlcerationi proderit
⁊ pustulis que sunt ea 230 Ralêba cuius. c. ⁊ sic. ⁊ in eo
dissol'o ⁊ sbtiliatio. emolliēs modica emollitiõe. 231 Acu
ane. ca. ⁊ sic. in. ij. gra. fortisq; dissolutionis ⁊ assil'atur in oi-
bus suis habitudinibus camomille nisi ꝙ fortius est actione
prodest asmati ⁊ ml'ic. soporat ⁊ somnũ inducit. si frequenter
odoretur: folia eius medêtur lapidibus qui sunt in renibus.
decoctio duritiē relaxat matricis si sederit in ea mulier reli-
quiasq; apostematum calidorũ que in ea fuerint. albũ eiꝰ dis
soluit in stomacho sanguinē coagulatum ⁊ in vesica: ⁊ si bi-
batur cũ vino veteri liquefacit sanguinē in ventrem coagula
tum: idez faciunt eius folia virida si trita bibantur cũ aqua.
mellis 232 Abbeatum melius croceũ. ⁊ est. ca. ⁊ sic. dis
soluens. simile virtute acuano sed fortiꝰ dissoluit: ideoq; du-
ra soluit apostêata si misceat̃ cũ butiº. ⁊ adipe. 233 Adri
on similis in virtute abbearo. nisi quod debilior est cõplexio
ne ⁊ actione. 234 Flos diacrelegi in al' fabaꝝ macra
lem. fri. ⁊ hu. sedat ardorem qui accidit cerebro: si teratur in
mortario plũbeo ⁊ ponatur ad solē. fit de eo spissitudo que-
dam optime denigrans capillos. 235 Flos melach i al'
mesacri fri. ⁊ hui. si odoretur refrigerat ⁊ humefacit calorem
⁊ siccitatē q̃ accidit cerebro si cataplasmet̃ eo caput prodest
vigilijs ⁊ soporat somno optimo. 236 Veresũ in me-
lius quod assimilatur zafrano. elimat cutem emundat
corpus virtute elimanti que est in eo. 237 Zebearũ. in
al' sebiarum. melius feresium. fri. ⁊ sic: cum eo põticitas desic
cat vlcera. prodest vlceratiõi ⁊ pustulis que sunt i ore. stringit
solutionē fortē ⁊ ãputat solutionē sanguis ⁊ fluxũ ⁊ reducit
foras egressũ anũ. 238 Camachanũ i al' chamamũ.
fri. ⁊ sic. ardorē mitigat stomaci ⁊ epatis si bibatur aq̃ q̃ co-
ctum sit cũ calefo aut sqingibin. 239. Zafranũ. meliꝰ cu
ius come spissantur. ⁊ ē equalis odoris. ⁊ ē ca. ⁊ si. subtile for-
titer desiccãs cũ modica põticitate. ideoq; inest illi virtꝰ ma
turans: prodest interiorũ apostematibus mẽbrorũ si bibatur
aut exterius empl'içetur: diffunditq; medicamina quibꝰ ad
miscetur per omne corpus. 240 Ceraaderi in alio feca
adechari calefacit modice: ⁊ in eo põticitas modica ⁊ subtili
tas: vnde ⁊ vrinam ⁊ menstruũ prouocat: prodest apostema
tibus fri. que in stomacho ⁊ i epate sunt. 241 Flos an-
segi in al' ausegi. frigi. ⁊ ponticũ. diarie prodest ⁊ stomaci im
becilitati ac sputo sanguinis. 242 Mahada melior ē
que affertur de syria ⁊ que alba ē noua calefacit ⁊ subtiliat:
⁊ in ea dissolutio oppilatiõi i epis ac renũ medetur ⁊ apost-
matibus eorũ frigidis. 243. Narmes in al' narmescũ
est melius odore iocũdo. ⁊ ē ca. in. iij. sic. in. ij. gra. subtilians
hũores grossos ⁊ in eo dissolutio. 244 Secaiceltamã
in al's sacaieceltamam in eo virtus elimãs. attrahēs. aperiēs
vnde ⁊ succus eius elimat maculas vlcerũ in oculis: mundat

vlcera sordida in eis:extirpat scabiē corporis:cōmouet men
struum si subimittatur cum lana.purgatqꝫ caput ac nares.
245 Flos allice frigidus ⁊ pōticus.desiccās.prodest tur
bationi sanguinis ⁊ sputo eius.debilitati stomaci diarrie.
246 Anebilum in al'canebilū.frig. ⁊ sic.ē desiccās vlcera
vtile scabiei ⁊ sabafe manifesta vtilitate.
247 Capitulum.38m.de fructibus.
F Ructus beladari melior niger colore bōu
stum:⁊ si multū sit in eo mel cōplo
cuius ca.ē ⁊ sic.in.iiij.gra.vtilis eim valde.fri. ⁊ hu.
dn̄antur:⁊ cuius eneruati sunt nerui ⁊ litargico.oꝫ autē hec
cū maxima cautela ne forte supet:aliqñ ⁊eim affert frenesim
⁊ melēcholiam. 248 Nux indica.ca.ē ⁊ sic.laxos con
fortat neruos emigraneū patiētibus prodest ⁊ palisi ac epile
psie. 249 Carmetegum in al'.camaregū.⁊ ē fruct⁹ tar
se.fri.⁊ sic.fortis pōticitatis.similis in virtute galle.ſꝫ galla ē
aut quisqꝫ horū separatus in corpis ē parte. Hoc quoqꝫ
quꝫ ita sit vtrū due febres cōposite equales virtute sint aut al
tera fortior: altera ⁊ magis fallax. Si quādo etenim equales
sunt oportet in earum cura regimen contemperare per medi
camina ⁊ cibos cuiqꝫ conuenientia alterum cū altero equali
temperatione. Quod si altera fortior est altera erit regimē hꝰ
cōueniens vt sit causa febris fortioris maior fortior ⁊ ampli
or: debilioris aūt minor debiliorqꝫ. Siquādo autē due sūt
febres: ⁊ altera fallatior oꝫ adhibere cāꝫ ⁊ regimē: febris que
magis fallax est ⁊ periculosior quo securior fiat infirmꝰ. Sic

queqꝫ necesse ē facere in oībus cōpositis febribus. Compo
site nāqꝫ febres plures sunt numero ⁊ spē cōpositione diuerse
secūdū augmentum ⁊ diminutionem nec possibile est earum
vnicuiqꝫ cōposite ⁊ pure tractatum ponere segregatū. hoc. n.
librorum longitudinem ⁊ explanationis faceret: sed oꝫ harū
dispositorē febrium exerceri plurimū in febriū simpliciū me
del' ⁊ agnoscere cuiusqꝫ separatim formā ⁊ cāz. Si enim per-
fectius hoc nouerit possibile erit ei mederi oībus que ex his
cōponūtur collationis velocitate ⁊ bonitate. Exēpli cā. Fe-
bris que dicitur emitriteus cōposita ē ex quotidiana cōtinua
⁊ tertiana fixa: ⁊ ē difficilis febris fallaxqꝫ plurimū. patien
tis etenim hanc corpus nō dimittitur feb p̄p̄ cōtinuitatē quo
tidiane tertianeqꝫ repetitionis sue accessionis tēporibus. hoc
ergo die difficilis ē ⁊ generatur in ea casus cōfortatur calor
vrina tingitur: corpus turbatur ⁊ fatigatur fortiter p̄p̄ duaꝝ
coadunationē febrium in corpore. Sepe autem fit hanc in e-
thicā transire febrem nimia corporis debilitatione ⁊ humidi
tatis cōsūptione. Huic ergo in principio oꝫ patiēti aquaz
ordei cū zaccara dare: dehinc tribus cōpletis horis squingi-
bin ⁊ inlab cibabis illū accessionis die mezauro facto de cu-
curbitis massa atriplicibus spinachijs. aliquādo zirabago
aliquando cū aqua granatorum. die autem quo fit accessio
pull' ⁊ tangis cum espidabago aut zirabago. reficies autē as
satis cū aqua romaniarum ⁊ heserem. dabis autem accessio
nis die succum portul' seminis triti optime fricati cum inlab.
⁊ aq̄ frigida acmedullā semis citroli ⁊: siquidē videris hac i
febre patiētis corpus bene se habere nec accidere illi matiem
⁊ siccitatem. vtile erit emolliri naturam quibusdam tempori
bus cum modico cassie. fistu. ⁊ tamarindorum adijciatur-
qꝫ parum turbit. quandoqꝫ autem clisteri emollienti: sit
qꝫ regimen tuum in hac febre secundum virtutē alterius pas
siōis feb. ⁊ si quidē tertiana fuerit fortior feb. ⁊ grauior ⁊ ma
gis ledens sit tuum ad extinguenō calorem propositū ⁊ eua
cuationē cholere. r. mai⁹. Si vero fit q̄tidiana fortior ⁊ robu
stior sit tibi maius accuratiusqꝫ subtiliare humorem euacua
reqꝫ phlegma propositum. Quod si virtute equales sint: si ti-
bi propositum medelam aptare ⁊ contemperare ex duobus.
ꝙ si prolongatur feb. trociscos dabis spodij molles cum squi
gibin diebus continuis: ⁊ si quidem videris calorem fortem
vrinam. ru. ⁊ in pulsu tenuitatem ⁊ duritiem ac celeritatem
corpusqꝫ consumi ⁊ desiccari oportet cāphore trociscos da-
re. post quos ordei aquam regesqꝫ illum quibus ethica gu-
bernatur: molliarisqꝫ ⁊ refrigerationem corporis ⁊ humec-
tationem q̄ntum poteris quemadmodū in febre ethice causa
dicturi sumus.

Capitulum. xviij. de medela febris que dicitur epileos
⁊ lipareos.

m **Edela** autem epimalos atqꝫ ipsa est febris
qua sentit simul febricitans frigoris ⁊
caloris accessum: ⁊ fit ex phlegmate crosso ⁊ vitreo:
hec autem qum acciderit febris: vtendum est regimine phleg
matice feb. statim ab eius principio. Incipiaturqꝫ in eius me
dela a calengebin vsu vnoquoqꝫ die. ʒ. viij. accipiens ⁊ dilig̃
ter masticans post quod aquam bibat tepidam: duabus ab
hinc horis squingibin zaccare. ij. dabis. ℥. cum seminibus.
ꝙ si frigus est graue ⁊ vrina cruda sit: ⁊ calengebin ⁊ squin-
gibin sumantur cum melle: sitqꝫ cibus ei⁹ pullus paratus cuz
espidabago aut cirabago. aut patellatus cum cinamo ⁊ ca-
rui hisqꝫ similib⁹. Transactis. vij. diebus hoc illi medicamē
dabis cuius hec est confectio. Sume herregi i al' heyregi. ʒ. i.
agarici. ʒ. ij. trientes aloes epatic̃. ʒ. ϛ. tere ⁊ criba subtilissio
panno. distēperatumqꝫ cum squingibin porriges diluculo:
sorbebitqꝫ post illud aquam ca. hoc qum laxauerit illum da
bis mane trociscos. ro. cum talengebin: ⁊ si quidem stoma-
chus eius debilis est. xiloaloes ⁊ mastic. modic̃ addice. Sin
autem sed est in eo ardor trociscos cū squingibin dabis. In-
troducas autem illum omni die balneo. nec tamen sit in eo
diutius ne forte liquefiat humoris subtilitas: remaneatqꝫ ei⁹
crossities. Vtatur autem simul subtili ⁊ temperata fricatio-
ne per totum corpus dehinc reges illum omni quo phlegma
tica feb. regitur regimine. Hoc quoqꝫ modo reges lipa-
reon patientem ⁊ febrem quoqꝫ estuantem. hee eteni ex cras-
so phlegmate fiunt ⁊ viscoso febres: vnde etenim phlegnati-
ce feb. curāde sūt regie ac hꝫ ꝙ maturitas hūoris ⁊ cruditas
indicabit. Si ergo humor ē crudus subtiliātibus rege illum
vt calengebin. ⁊ mastic̃. cū aqua decoctiōis semis feniculi ⁊
apij. ac anisi: dabisqꝫ squingibin melleū. ⁊ squingibin hansa
li cū aqua besse: aut fautenegi mōtani aqua absinthij cū tro
ciscis zurizeddam: aliq̃n cū squingibin. dabis quoqꝫ electua
rium helthithi: quādoqꝫ nō videtur eē necessariū electuariū
etiā piperēō: sitqꝫ hoc post maturationē ⁊ euacuationē p̄ me
dicamē laxatiuū cōpositum de turbit. agarico. antali adipe:
hyera. granis lini. alijsqꝫ quorū est phlegma laxare. Q̃ si nō
patitur tēpus nec cōplexio nec etas decoctiōe illum euacues.
que fit ex mirobo. keb. ⁊ indis: inductoqꝫ balneo superrora-
his corpus eius aquā decoctionis habunegi aquā lilecmelec
besse. fautenegi: fricabisqꝫ corpus ei⁹ oleo in quo decocta sint
camomilla. sibum. quesumū. sebeni aut costi oleo.

Cap^m. xviij. de medel' fe. que. 5°. aut. 6° accenditur die.

c **Eterum** febres que aut. 5°. aut. 6°. accendū
tur die. qm̄ semper fiunt ex humo-
ribus cholere. m. nimiuz crossis in earū necesse ē me
dela regimine vti quo quartanis medemur subtiliatiōe. s. hu
moris euacuatione eius per medicamina cholerā ni. laxātia
⁊ subtiliatione ciborū cōmestionis dimissione: vsu quoqꝫ ga
fiti trociscorū cum squingibin aut calēgebin. Aliquādo qum
ieiunus ē in al' dum rē virtus est accessionis die vomitu cuz
squingibin quo infuse sint fugiles incise ⁊ anetū ⁊ sal indicū
ac mel. oībusqꝫ his similibus quib⁹ in medela vtimur quar-
tanariorum si tempus eorū protelatur.

Cap^m. 20^m. de accidentiuz medelis que febres sequūtur.

f **Ebres** multa ⁊ diuersa sequūtur accidentia
quorum quedam similia sunt febri cō
plexioniqꝫ eius cōsonant: horumqꝫ medela eadem
que ⁊ febris: quēadmodū accidit cephalea in feb. vaporum
causa calidorum qui in capite ascendunt: eritqꝫ medella feb.
⁊ cephalea eadem species regimis. Quedam autē ex habitu
dinibus sunt morbo dissimilibus quorū etiā medela dissimi
lis est. ⁊ si quidē proposuerimus alterius causam magis al-
terum augmentatur. Quare oꝫ ꝙ natura eorum fortius sit ⁊
dominantius intueri infirmo. ⁊ ad id nostrum conuertimus
propositum: eritqꝫ nostra maior cura in morbi medela con-
sumanda: ⁊ siquidem morbus erit fortior ⁊ maioris periculi
erit nostrum maxime propositum ad morbi medelam: nec ta
men omnino p̄termisso accidenti. Q̃ð si accn̄s forti⁹ ⁊ ab eo
maior vrget timor eminentior tua sit in medendo accidenti
cā nō tamē neglecta causa morbi. verbi gratia. In quouis ho
minū febris ē sāguinea eiusqꝫ medela vt nouimus sanguis est
minutio nisi ꝙ stōach⁹ ei⁹ debil' ē fastidiositatis q̃ accidit cā
aut ciborū in stomacho eorum corruptorū. vnde ⁊ morsura
ac defectus illi accidit ⁊ anime cōturbationes. ideoqꝫ virtus
eius debilis facta est in hoc ergo phlebotomiā nō oꝫ antepo
nere. Si eni huius passionis vir phlebotometur eius virtu-
tis augetur debilitas. dissoluiturqꝫ minutiōis causa caloris
natural' que fit sanguinis eductione: preponēda ergo stoma
ci medela ⁊ cōfortatio eius vt que sunt illius rectificentur: de-
hinc patientē sanguinē minue. aliud exēplū patitur quis acu
tam febrē sed ⁊ defectum vrget nos necessitas huic patienti
dare vinum vt nutriat illū vti que calefacientibus eo ꝙ defe
ctus timeatur virtutis vitalis: tā ⁊ si vinū febrē augeat defe-
ctus nanqꝫ maioris est periculi. hac ergo operatione curare
feb. ⁊ accidētia illa sequentia oꝫ omnesqꝫ cū quibus sunt ac-
cidentia morbos: quēadmodum i colice fit dolore si plurimū
fuerit grauis necessaria sūt q̃ dolorem mitigant ⁊ trāquillāt
q̄uis morbi augeāt materiā. Accidētia aūt que febres se
quūtur multa sunt ⁊ varia. est eni rigor ⁊ horror ⁊ cephalea
vigilie. tussis sitis appetitus ciborum corruptio: nimia natu-
re mollities ⁊ siccitas. vomitus. defectus sudor nimius. Et
rigoris quidem ac horroris medela est vt des illis aquā ca.
sorbēdā stringatqꝫ lacertos crurium latis pānul': fricabisqꝫ
plātas pedum ⁊ quiescat. ponatqꝫ sepius manus ⁊ pedes in
aqua. ca. plurimisqꝫ operietur. Quod si hec accidūt sepius ⁊
plurima: optebit corpus manibus plurimū fricare: tēperate
qꝫ vt cōmunis fiat oībus mēbris corporis ipsa fricatō tēpore
quo nō in sunt accidentia: ⁊ inungatur oleo in quo decocta
sit hessa camomilla: fautenegū mōtanū costū ⁊ similia. Et si
quidem feb. phlegmatica fuerit frigusqꝫ multum ⁊ forte. opꝫ
hec olera misceri cū modico pipere ⁊ gendebedaston: ⁊ aga-
rico si eiz bibat̃ de eo. ʒ. i. vsqꝫ exagiū ꝓdest rigori q ex hūori
bus fit phlegmaticis ⁊ crossis viscosisqꝫ: sic̃qꝫ fautenegū flu
uiale si cū aq̄ mell' bibat̃ idē facit. Cephalee q̃ fit cū febre me
dela ē vt sup cap̄ fūdat̃ aq̄ ro. acetū vini ⁊ ol'z racheloi i al' ro.
sitqꝫ aceti pars vna. olei duc. aq̄. ro. iij. Q̃ð si aliqd addiðis
portulace ⁊ aqua citroli semperuiue aque aut aque rasure cu
curbite manifestissima vtilitas sequatur. Si aūt cū his ali-
quid sandali miscueris. ro. viol'. ninfar. vtili⁹ erit. ⁊ si quidē
his sedat̃ cephalea sine. Sin. sume de opio obolū. i. farine or
dei ⁊ cathemie. cutusqꝫ. ʒ. i. asiasum memitte. corticū papaue-

ris.cuiusqȝ.ʒ.ij.teras oīa diligenter ⁊ cum lactucarū distēpe
ra aqua:⁊ portul'.⁊ modico vini aceto emplastrizabisqȝ bis
caput. Naribus quoqȝ oleum trahat ninifar factū cū cucur
bite semine.odoret ninifar ⁊ viol' recētes eiusqȝ extrema ligē
tur fasciculꝰ fricēturqȝ diligentius dabisqȝ patienti cū aqua
ordei aquam granatorū muzorū. Quod si aliquid intellexe
ris cholerarū esse in stomacho cuius vapor ascendat caput
squingibin ⁊ aqua ca. vtere inducatqȝ vomitū patienti:⁊ vt
stomachus purgetur sequaturqȝ syrop.heserē.⁊ siro.tamari
dorum granatorū quoqȝ aqua ⁊ his similibus.

Caᵐ.xxi.de appetitus defectu ciborū cū febre.

a Appetitus aut ciborū casus i febribus cu-
randus est cū iocundorū odo-
ratu ciborū vt pull' assatis in camino qui circūducti
pasta fuerint:corūqȝ scissione in facie ⁊ ore infirmi.odoratu
quoqȝ suic decocti ⁊ calidi pāis optime cōpositi.odoratu qȝ
vini ribani ac fructuū pōticorū ⁊ redolentiū ac eos suggen-
do materia proiecta:corpus fricetur ac oleo liniatur iocūdo
emplastrizetur os stomaci cū rameco ⁊ sandalo.pomorum
aqua ⁊ citoniorū ac aqua talcha in al' talba.⁊ olo calefi. Oȝ
aūt ordinari patienti cibū ac dari ab eo quem diligit ⁊ queȝ
veretur cuiusqȝ suscipit orationem:nec negligatur huiusmōi
accidentis cura ⁊ diligentia. Relinquere enim cibū debilitat
virtutem ⁊ dissoluit. Si aūt acciderit appetitus ciborum
defectus.his quos dimisit febris.s.a morbo surgentibus cor-
pora eorū aliquo euacua medicamine laxatiuorū ⁊ emollien
tium q̄titate qua eorū patitur virtus:aut q̄tum euacuari ⁊
purgari desiderant vt facilius fit illi.vtarisqȝ in eorū cura re
gimine quod diximus exercitio pauco vt deambulatione:
lectione ⁊ similibus.⁊ exercitijs vtatur fricatione:ante cibuȝ
sir.absinthij modicū sumant:aut quasi sorbeant paruȝ aceti
bansali.prodest nāqȝ plīm.primus aūt apponāt iocūdi odo
ris cibi vt cal's panis ⁊ assata calida.vt pullos.perdices.ci-
bi quoqȝ muzi.sed ⁊ hij quos desiderat cibos in sua sanitate
quos ⁊ cōmemoret:hoc enim appetitū cōfortat ipsoruȝ adiu
uatqȝ ad appetēdū cibū.

Capitulū.xxij.de tussis ⁊ sitis ⁊ sternutationis medelis
que in.fe.sunt.

a T vero si febrem tussis comittatur:in ordei
aqua iniubas mitte ⁊ sebestē ⁊ gilabi
radic rasam ⁊ tūsam.decoquantur hec cū ordei aq̄
qum aquam patienti propinaturus es viol'. cōditas in ea di
ligenter cōfrica.aut desuper viol'.syro.frigid.dabisqȝ ei cito-
niorū seminis lababū ⁊ seminis psilij cum zaccara alba mū
da.⁊ amigdalarū.oleo dulcium sorbitionē quoqȝ que ex aq̄
fit furfuris dabis aut que ex fabis siccis tritis cū zaccara:⁊
dulcium amigdalarū oleo.heiregorūqȝ reficies. Etiā cū spi
nachiorum mezauro ⁊ sarmaci ⁊ chabegi cū masso excoria-
to ⁊ coriandro recenti.⁊ sicco.cū amigdalaꝝ oleo dulcium
dabisqȝ illis de hoc puluere. Confectio eius sume cucurbite
seminis medullā cucumeris ⁊ citroli.vniuscuiusqȝ.ʒ.iiij.spo-
dij gūme arabice amili.quethire cuiusqȝ.ʒ.i.⁊.ſ.medulle ci-
citoniorū semis.ʒ.ij.tere oīa diligenter ⁊ subtilissimo cribra
pāno.⁊ dropina de eo.ʒ.ij.cū iulab.aut dabis cū eo tantūdē
zaccare mundissime. Porro sternutatio que in febre acci-
dit si exuberet caput replet virtutem debilitat corpus concu-
tit:⁊ aliquando etiā sanguis excitatur. Oȝ igitur hanc pro-
hibere oculos ⁊ nasum ⁊ frontē ⁊ collum fricando:eructua-
tionē vero multiplica spsqȝ suppressionē:extrema fricet cor-
pusqȝ totū:maxime aūt collum ol'is humidis.vt viol' aliquid
qȝ de eo infūde tepidū auribus ⁊ cataplasma ceruicem desu
per cū pāno calefacto aut lana.⁊ caueāt huiusmodi fumū ⁊
puluerē. Si qñ aūt moratur sternutatio.eaqȝ desideras
prouoca cū lignorū imissione in naso ⁊ ex cartis extēsiōeqȝ
colli.⁊ oppositione nariū radio sol'.aut cōcluso odoratu sta
tim etenim fiet sternutatio.

Capᵐ.xxiij.de.me.vigiliarū ⁊ obstupefactionis in feb.

a I quando aūt vigilie febres comitātur
patienti papauer recens da-
re expedit cū zaccara ⁊ propia illi viol'.oleū ⁊ cucur-
bite semis oleū cōditum cū recētibus viol':caput cum recenti
bus emplastriza viol' cataplasma illud aqua decoctionis or
dei excorticati ⁊ tūsi ac papaueris ꝓpiaqȝ illi sir.papaueris
⁊ i aq̄ ordi mitte papauer.cū cōticibꝰ suis ⁊ viol' recētē ac rob
camomillā cucurbite rasurā eiusqȝ semē tunsum ⁊ similia:⁊
oȝ te hoc facere siquidē nō erūt vigilie ex crisis signis. Si
quādo aūt sunt crisis cā:patiētē nullo modo mouere: nec eiꝰ
aliquo faciliare naturam oȝ modo:nec oīo infirmi caput la-
cti approximes:affert eīm lesionē magnā:timetur eīm ne tur
bet cerebrū:ē eīm in lacte dissolutio fortis:qūqȝ iuuenerit ma
teriaȝ dissoluit ⁊ dispargit. Qd si stupor patiētī acciderit:me
debis his que in cā obstupefactionis dicemus.

Capitulum.24ᵐ.de medela mollitiei nature siccitatis vo
mitus.sudoris multi ⁊ arctati que sunt cum febre.

q Uando autē icarcerata ē natura patienti
dabis cassie fi.⁊ terengebin tama-
rindorum prunorū.zebibi.viol'.siccarū.rosarū.vnius
cuiusqȝ suscipientē decoctionem iuxta q̄ opus fuerit:dabis-
qȝ ei lababum prunorum ⁊ cass'.fi.aut ante prandiuȝ pruna
appones dulcia sine corijs infusa iulab.aut viol'.sir.⁊ lebela
bi cū zaccara rubea.⁊ aquā duorū granatorū cuȝ adipibus
suis. Si nō placēt hec ⁊ ledūt patientem medicaminum
porrectiōes trāsijtqȝ inclusio nature.iā quatuor dies clisteri
vtere emollienti:vt ē clistere qd fit ex blitis aq̄ expressa ⁊ zac
cara ru.⁊ sisami oleo ⁊ muri. Aut clistere in quo cadūt hec.
ordei tūsi excoriati.ʒ.xx.sume in.iij.aque libris fac bulire do-
nec ad librā redeat:tunc cōfricabis in ea cass'.fist. rotularuȝ
ʒ.xx.⁊ colabis ac proijcies in illam olei viol' ʒ.x.in al'.xx.⁊ to
tidem muri. Aut ēt vtaris asiafo.cathemie ⁊ buraci ⁊ zacca-
re.r. aut asiafo. narēgebin quod ē massallū ⁊ cibes illum me
zauro labelabi cū oleo amigd.espidabago fcō cū oleo oliue ⁊
muri. Qum autem in febre nimia erit nec mollities aquā sui
ci cū gūma ara.⁊ terra ciprina:dabis vno quoqȝ die.ʒ.j.sit-
qȝ in ea decoctus fructus mirti aut citoniorū frusta. Dabis
ēt seferēgeli in al' fergedi syrop.⁊ ribesi:dabisqȝ puluerē fcūȝ
de psilij scīc:⁊ semie safatemi in al' sciferemi frixo suauiter cū
modico cimino arabico ⁊ terra ciprinea:semen quoqȝ meu ⁊
spodij partē. Cibabis aūt illū mezauro ⁊ zirabago cū vuis
passis ⁊ granis granatorū.ac virgulis portulace.aut pauco
acerborū cōdito cum sumac aut beserē aut zerasquia aut bis-
cocto cū aqua citoniorum aut aqua pomorū vel ēt pirorum.
Si autē nō cōuenit aquaȝ suic ordei propinari: propina sal-
tem spodij trociscos strīgentes cū citoniorū syrupo. Qd
si est mollities nature cum sanguie dabis illi in potu pulue-
rem tami aut puluereȝ carabe cū sumac aut portul' aq̄ sil'ibꝰ
qȝ quēadmodū hac i ifirmitate sep̄ati dicturi sumꝰ. Si āt
cū morbo ēt vōitꝰ ꝯtigit granatorum.dab' siro.fcȝ cū mēta ⁊
ribesi robo aut citoniorum.aut robo beserē.ꝓpiabis q̄qȝ suc
cuȝ pomoꝝ ⁊ aquā eorū que muza sūt cū corticibꝰ pistatiorū
exterioribus emplastrizabisqȝ stōachū cū sandalo.aqua ro.
aqua pomoꝝ.aqua mirti.aqua quoqȝ ro.⁊ aqua calefi.cum
modico laudano ⁊ rameco. Simul aūt intuendū si huius vē
tris effusio cā crisis facta ē minime amputandam sed permit
tēdā iudicamus quādiu patiatur virtus nisi modum trāsgre
diatur ⁊ vltra vires fiat ⁊ q̄ si fiet vtaris his que naturā cō
stipant vt dictū est.

De sudore. Sudor aūt si exuberet nimiusqȝ fit:
timeturqȝ virtuti ne eo subruatur cor
pus patientis oleo inungi oȝ belalech dato vel balēbaco ⁊
aqua mirti ⁊ tutia trita cū aqua ro. vngaturqȝ corpus oleo
calefi:aut pulueriza super illū rosā siccā cōtritā ⁊ intuere si lo
cus patientis calidus ē amoue illū in frigidū quē aquilo cō-
busserit vt confortetur corpus eius ⁊ sudor retineatur.

Capitulū.25.de.m.defectus cū febre.

q Um autem febriū patienti molestiā sub
uersio acciderit oȝ q̄re ꝯtin
gerit speculari:⁊ si quidē ē cā cholera ru. ad os sto-
maci defluens aqua rorabis frigida super patientis faciem:
os stomaci frica ⁊ vētrē:liga eius manus ⁊ pedes cū fascicul'
fortiter vt ad inferiora trahatur mā apprehēde os ⁊ nares
vt calor ad interiora redeat naturalis:propina illi vinum te
nue ⁊ aquosū aqua mixtū:sed ⁊ sirop.squingibin cum aqua
ca.vltimus ē in his vt cholerā ab ore cogāt descēdere stoma
ci:aut cū vomitu educatur.q̄ si effusionis vētris cā defectus
hic acciderit oībus que dicta sunt curabis excepto squingi-
bin cū aqua ca.odoret aquā ro.sandalū.cāphorā.fiat illi vē
tus cū aliquo:irrorabisqȝ aqua ro.plurimū refrigerata vul-
tū eius.dabisqȝ ei panē vino infusum propinabisqȝ pomoꝝ
sirorū ⁊ siropū hespanicorū ⁊ citoniorum liniesqȝ stomachū
succis stringentibus vt aqua citoniorum ⁊ mirti aqua quo-
qȝ vstis ligaminibus. Quod si acciderit nequitia febris
humorum malorum defectu.oportet hora qua febris ascen
dit ligari crurum lacertos: verberaqȝ manus ⁊ pedes.
⁊ talos quo educatur ab iterioribus corporis ad exteriora
mā ⁊ ab eminētibus atqȝ a dignioribus ad minus digna mē
bra:prohibebisqȝ illū somno. Somnus eīm materiaȝ ad ite-
riora deducit corporis:imergitqȝ calorē naturaleȝ. Prohibe
etiā cibo ne forte occupetur in ciboꝝ celebrāda digestione ca

or: ꝛ nõ in maturatiõe materie ſꝫ ne ꝛ repletiõi addatur. exti
guaturqꝫ naturalis calor. Si quãdo ẽt ſiccitatis cã in pri-
cipio acceſſionis defectus acciderit: oportebit ante acceſſio-
nis horã cibum apponere ſꝫ cũ iudicio. vt ſiquidẽ q accide-
rit defectus difficilis pãnũ infuſum in vino veteri dabis taꝫ
etiã eim vinũ febrẽ augeat: ſꝫ tñ virtutẽ adiuuat vitalẽ. ac cor
pus paſcit: dabis quoqꝫ ſirop. pomorum ꝛ eorũ aquã ac cito
niorũ ꝛ eorũ aquã: pedeſqꝫ illius ꝛ manꝰ liga ꝛ frica vtrũqꝫ:
trahitur eim materia ad extrema ꝛ declinatur fricatione ad
exteriora. At vero ſi defectus minie fortis ẽ cibabis patiẽ
teꝫ ante acceſſionẽ pomis. piris. granatis. quo his ſtõachus
confortetur ꝛ virtus ſeruetur vitalis. Quãdo aũt iam ince-
pta febre defectus acciderit oportebit patiẽtem pane cibare
vino infuſo calefacto: quo eius ad mẽbra acceleretur miſſio
ꝛ humectet ea prohibeatqꝫ deſiccari. Hoc ergo regimine oꝫ
eũ regi ac curari cui in febribus defectus accidit. Omnes
autẽ defectus ſpẽs cõmemorabimus inferius ꝛ medelas ca-
rum qum de paſſiõibus cordi dicemus accidentibus: qm̃ de-
fectus ex morbis fit qui cordi contingunt.

Capitulum. 26m. de ethice febris medela.

f Ebris ethica ſi fiat i aliquo vſqꝫ ad marcoris
ꝛ cõſumptiõis termios: apparẽtqꝫ oia
ſigna que ſupra diximus. extenuatio ꝛ ſiccitas cutiſ
qꝫ oſſibus inherentia. deſiccatio humiditatis cõplexiõis. vẽ
tris tenuitas ꝛ cõſumptio decoris faciei ꝛ frontis. Aliaqꝫ q̃
diximus qum de ethice febris ſignis loqueremur: nõ oꝫ eius
ſanationem ſperare. In morbi aũt principio dum adhuc vir
tus valida ẽ mẽbra quoqꝫ carnoſa. corpus optimuꝫ. febriſqꝫ
mollis. pulſus nõ tenuis durus. ꝛ oia adhuc ſigna dubitabi-
lia non manifeſta adhuc ſanari põt ꝛ expelli ſi regimie quo
oꝫ regatur. Primũ ergo qđ in hac faciendũ ẽ vt ſit eorum
in eſtiuo tẽpore in locis frigidis habitatio in quibus ſepten-
trionales perflent venti aqueqꝫ percutient. Sint in circui-
tu poſita vaſa fictilia in quibus aq̃ ſit frigida ꝛ ſuauis. odo-
reſqꝫ frigidi. vt roſa. ninifar. viol. pomorũ flores ꝛ citoniorũ
pirorumqꝫ. folia quoqꝫ calefi extrema vitium ꝛ mirti recen-
tis ſãdali. aq̃ ro. ꝛ cãph. Iaceat in loco ſtratiſqꝫ lenibꝰ ſimi-
libuſqꝫ. Si vero ſit hiems. ſit in locis aeris tẽperati in quibuſ
nõ horreſcat: prohibeaſqꝫ illũ a labore. motu. vigilijs. fame
ſiti. coitu. nec ſe det ire ꝛ triſtitie. Dabiſqꝫ illi ordei aquam in
oi die cũ zaccara mundiſſima iuxta quod opus eſſe itelliges
poſtq̃ autẽ ordei aquã acceperit dabis ei iulab aut papaue-
ris ſyro. aut iuiubarũ. ℥. circiter duas cũ aqua fri. Introdu-
cas illũ ẽt in aque tẽp cõchã: eductũqꝫ refice pull' hũidis ediſ
qꝫ cõditis cũ eſpidabago cũ cucurbitis ꝛ lactucarum radi-
cibus ſpinachijs atriplicibus. Quãdoqꝫ aũt fac illi ſorbitio
nẽ de heueri farina ꝛ cũ zaccara ꝛ amigdalarꝫ oleo dulciũ
ꝛ atria. Nõnunq̃ vero cibabis piſcibus recẽtibus optie cõ-
ditis cũ eſpidabago aut frixis cũ oleo amigdal'. aut aſſatis
deſuper proiecta aqua ꝛ ſale. Quãdoqꝫ ẽt refice lacte a quo
butyrũ eductũ ẽ caprarũ recẽtiũ etate corporibus ſanarum.
At ſi nõ adhuc ſit manifeſta feb ſed eſt moll' lacte illũ dulci
refice maximeqꝫ aſine lacte ꝛ ouis ſorbilibus. eſt enim illi vti
le: medulla quoqꝫ cucumeris ꝛ citroli lactucarũ radicibus ꝛ
intibe medulla cõdita ac ſimilibus ſitqꝫ eius cibus in die bis
paulatim iuxta quod digerit ſtomachus eius velociter ꝛ mẽ
bra ſuſcipiẽt. De fructibus aũt illi dabis granata optia per-
ſica nabatica bene matura poma quoqꝫ ſimiliter iuiubas re
centes nõ tamẽ multifacere oꝫ has ficus quoqꝫ ꝛ vue lauda
biles ſunt ſi porrigatur earũ que oꝫ quãtitas maturarũ ꝛ mu
ſa de dulcibus ꝛ zaccara quoqꝫ cũ hũidis amigdal' ꝛ medul
la ſemis citruli ꝛ his ſimilia. Nõ arceas illũ aqua aye. zerei
in al' aq̃ frigida. reprimas aũt illũ ab oibus calidis ꝛ ſiccis ꝛ
pijce ſuper pectus ꝛ epar eius infuſũ aqua ro. ꝛ ſandalo pã-
nũ: aut cerotũ cũ aqua ro. factũ ꝛ aqua portul'. ꝛ queſſare hu
mide ſuper niue cũ oleo ro. ꝛ viol'. oleo. vt aũt incaluerit pãnꝰ
frigidus imutat: odoret aũt oleũ viol'. ꝛ cõditũ cũ cucurbite ſe
mine. oleũ quoqꝫ ninifar: ſitqꝫ eiꝰ veſtimẽtũ veſtes linee mol-
les ꝛ ſuaues: ꝛ ſi fieri põt q̃ cũ ſandalo ꝛ aqua ro. eius tingã
tur veſtes: aie eius virtus augetur ꝛ mẽbrorꝫ. Hoc ergo regi-
mine ethicã patiẽtes febrẽ regẽdi ſũt in qbꝰ ſigna nõ apparẽt
cõſũptõis. hec eni habitũ eorꝫ cõfortãt ꝛ ad ſanitatẽ reducũt.
In qbꝰ ãt cõſũptiõis iã icipiũt appere ſigna ꝛ febris mani
feſta eſt os cauere frigidũ oꝫ aerem ne forte catarri accidant
dẽturqꝫ illis quotidie ante ſolis ortũ cãphore trociſci cuꝫ aq̃
granatorum ꝛ aqua melonis indi ꝛ cucurbite. aut citroli. vt
autẽ ſol ortus fuerit ordei aquam dabis in qua decocte fue-
rint iuiube ꝛ papauer ꝛ proijce deſuper parũ amigđ. olei dul
cium: aut ſeminis cucurbite olei q̃tum eſt exagium. Tribus
autem deinceps horis parũ dabis ſyr. papaueris aut iuiuba
rum: aut iulab introducaſqꝫ eos in concham aque ſuauis: in
qua decoctũ fuerit ninifar. viola cucurbite cortices ſitqꝫ i me
dia balnei domo. ꝛ in loco q tẽperati ſit caloris ꝛ aeris. Nec
oio calidam ingrediantur balnei domũ nec loc' in quo anxiẽ
tur ſudentqꝫ: parũ ſint in cõcha ꝛ tẽperate. egreſſiqꝫ corpus
eorũ inungatur oleo viol'. aut ſemis cucurb. ꝛ odorẽ trahant
expectent paululũ ꝛ reficiantur carnibus zũzeedarũ cõditis
cũ eſpidabago cũ amigđ oio. ſed ꝛ atria in qua ſint cucurbi-
tarum fruſtra aut lactucarũ medulla ꝛ reliqua que diximus
Veſpere aũt introducantur in aque tẽp. cõcham quẽadmo-
dum in principio diei factũ eſt ꝛ eodẽ reficiantur cibo: nec ve
ro multum ſumant: denturqꝫ eis dormituris iulab. aut iuiuba
rũ ſyr. cũ ſemis pſilij lababo aut ſeminis citoniorum aut ſuc
co portul' ſemis triti ꝛ fricati cũ aq̃ dulci. cũ. ʒ. i. dulciũ amig-
dal'. vtariſqꝫ in illo regimine refrigeranti vt diximus ꝛ hume
ctãtibus ꝛ ceroto refrigeratiuo. Et hec ẽ aſſignatio trociſco-
rum cãphore. Sume medullam ſeminis cucurbite ꝛ melonis
in al' floxi galferi ꝛ medullam cucumeris. ꝛ citroli feſergeli.
cuiuſqꝫ. ʒ. v. rob. r. purgat. ʒ. iij. gui ara. ſandali albi. amili. q̃
thire. cuiuſqꝫ. ʒ. ij. liquiric ſucci. ſpodij. cuiuſqꝫ. ʒ. iiij. feniculi
ſeminis. ʒ. i. cãphore. ʒ. ſ. vſqꝫ exagium dimidiũ. terantur oia
diligenter ꝛ diſtẽperentur cũ lababo ſemis pſilij. Si ſit auteꝫ
cum hac febre nature mollicies hos dabis trociſcos patienti
quorũ hec eſt cõfectio. Sũme papaueris albi medulle coloza
cre in al' ſeminis cucurbite medulle ſeminis cucumeris ꝛ ſeis
citoniorũ frixi vniuſcuiuſqꝫ. ʒ. vij. gui ara. ſpodij. ſeminis ber
maze. terre ciprice. cuiuſqꝫ. ʒ. iij. amili. ʒ. ij. rob. r. mũdate. ʒ. v.
cãphore. ʒ. i. tere oia diligenter ꝛ cum lababo ſeis pſilij. diſtẽ-
pera ꝛ trociſca ſic. vt quiſqꝫ trociſcus exagij ſit vnius: pro pi
nabiſqꝫ cum pomorum aqua ac cũ citoniorũ ſumo diluculo
Poſt ſolis ortum ſuicum ordei dabis cũ aqua i qua decocta
ſint grana mirti aut citoniorum fruſtra. ꝛ proijces deſuper
gũma ara. ꝛ terrã cipricam iuxta quod opus fuerit. Con
fectio vtilium ethice febris ſi ſit cũ ea vẽtris ſolutio trociſco-
rum. Sume cucumeris ſemis medulle citonioruꝫ cucurbite.
frixorũ cuiuſqꝫ. ʒ. v. terre armenice caſtanearũ. cuiuſqꝫ. ʒ. iiij
roſa. foliorũ. r. granorũ mirti. ſemis emaze. carabe. cuiuſqꝫ. ʒ.
iij. ſpodij. gumi ara. cuiuſqꝫ. ʒ. ij. tere oia diligenter ꝛ cum ci
toniorum diſtẽpera aqua: ꝛ trociſca queqꝫ trociſcum exagij
vnius ꝛ bibatur cũ robo mirti ꝛ aqua fri. ſummo mane. Sit
qꝫ cibus patiẽtis maſſum excoriatũ ꝛ frixũ decoctũ aut mili
um tunſum decoctũ cũ eſpidabago. In quo aũt conſum-
ptionis apparẽt manifeſte iam ſigna: nõ tñ eovſqꝫ res dedu-
cta ẽ vt ſanari nõ poſſit: hunc quoqꝫ hoc eodẽ regimine con-
decet regere quo diximus: vtanturqꝫ cãphore trociſcis ſum
mo mane cũ lacte aſine vel mulieris in quo aliquid hõbacis
proiectum ſit: quo eius ſpuma ꝛ pinguedo ſit abſtracta. hoc
quidẽ ſi nõ fuerit febris valida illis ꝛ acuta: dehinc autẽ con-
cha tepide aque introducatur in loco largo ꝛ in media bal-
nei domo ꝛ prope ianuam: ſitqꝫ ibi tẽperate ꝛ egrediatur ꝛ i
mergatur aqua frigida dulci ſi quidẽ tempuſ eſtas fuerit. Si
aũt ſit hiems aqua ſit tepida. deinde aũt vngatur corpus eiꝰ
oleo viol'. puro: ꝛ ſi fuerit factũ cũ cucurbitaruꝫ ſemine vtiliꝰ
erit. Propinetur ordei aqua cũ papaueris ſyrop. tribus dei-
ceps horis apponat aque tepide cõche introitum in qua de-
cocta ſint viol'. ninifar. cortic. cucurbite ꝛ papaueris. ꝛ ordeũ
tũſum ꝛ excoriatum meſani flores ꝛ ſemẽ cathemie ꝛ cabezi
ꝛ folia eius. ꝛ folia lactucarum ſemperuiue ꝛ ſimilia: ſit in ea
tempate: egrediaturqꝫ ꝛ imergatur aqua fri. dulci. ſꝫ nõ mul
tum: vt nõ percutiatur corpus eius ea ꝛ hiſpidum fiat. Qua
egreſſus vngatur oleo viol'. ꝛ ninifar: veſtes induat: reficiat
pullis ꝛ taugis piſcibus quoqꝫ lapidoſis alijſqꝫ cibis dige-
ſtioni facilibus: nec impleatur cibo: ſitqꝫ eſcarum quantitas
que cito digeratur. Facto autem veſpere qum ſtomachꝰ pur
gatus eſt ꝛ cibo vacuus: tunc vti ſorbitiõe oportebit que hac
vtilis eſt in in infirmitate. Aſſignatio eius. Sume arſugene
in al' lenticule excoriate. ʒ. xx. fabarum albarum tunſarum
ʒ. x. maſſi ſine corticibus: papaueris albi cuiuſqꝫ ʒ. vij. amig
dalarum. dulciũ ſine corticibus. ʒ. v. coque oia i tribus libris
aque donec perfecte cocta ſint ꝛ cola ac proijce deſuper aquã
cucurbite muze ꝛ amig. d. oleũ ꝛ fricabis deſuper medullam
panis ſimile quãtũ opus fuerit de qua ſorbeas. iiij. ℥. vſqꝫ. l.
ſ. ꝛ in ea expectet aliquãtulũ ꝛ ingreſſus balneũ cõche faci-
at quẽadmodũ in diei principio: vt aũt egreſſus fuerit ſtoma
chuſqꝫ eius vacuus ẽ ꝛ oia que fuerãt porrecta diligenter di-
geſta ſunt ꝛ a ſtõ deſcenderint. dentur eis que diximus laba-
ba ꝛ iulab: aut granatorũ aqua aut papaueris ſirop. Qũ
aũt febris nõ fuerit nõ incõmodũ erit lac ſuggere mulieris a

mãmis aut lac asine accipiat qũ mulgatur. Si sit autem ca-
lor ⁊ febris patiens oio lacti nõ approximet: dabisqꝫ lac vac
ce a quo butyrũ eductũ ẽ sicut alio loco dictũ est emplastrize
turqꝫ pectus eius cũ ceroto refrigerato. Si aũt cõstipata
fuerit natura quouis tẽpore detur ei cass. f. ⁊ mãna aut laba-
bũ prunorũ: sed ⁊ pruna nabatica infusa syrop. viol. ⁊ simili
bus: ⁊ caue naturã emollire: illaudabile nãqꝫ ẽ i hoc morbo.
Si aũt mollita quãdoqꝫ fuerit puluerez tam dabis cũ mirti
syrup. ⁊ suico ordei cũ gũa ar. ⁊ terra ciprina. aut dabis troci
scos spodij stringentes: sed iminues eorũ zafranum cũ mirti
syrop. dabis ẽt hos trociscos. vtiles enim sunt ad huismodi.
Assignatio eorũ. Sume medullarũ seminis cacrelegi. cucu
meris citruli. frixarũ cuiusqꝫ. ʒ. iij. gũmi ar. amili. spodij. cu-
iusqꝫ. ʒ. ij. ⁊. ß. seminis portul. ⁊ semis emaze frixorũ. ʒ. iiij. sã-
dal. al. ʒ. i. castanearũ. ʒ. ij. cãphore. ʒ. ß. tere oia diligenter ⁊ cũ
seminis psilij lababo distẽpera ⁊ trociscos vnius fac exagij
vsqꝫ. ʒ. b. bibaturqꝫ cũ mirti robo: ⁊ pascatur lacte a quo bu
tyrũ eductũ est in quo proiectũ sit biscoctũ aut mezauro facto
cũ masso excoriato aut lacte eiusmodi in quo decocta sint ci-
toniorũ frusta ⁊ puluerizes desuper parũ pulueris glandiuz
⁊ misceatur cũ castaneis ⁊ gaira ⁊ zafrano ⁊ benaco sicco.

Si aũt peruenerit huiusmodi patiẽs ad ꝯsũptionẽ ⁊ mar
corẽ: ⁊ certa ẽ corporis siccitas ⁊ extenuatio cõsumptaqꝫ est
humiditas ⁊ cessit ab eo venustas ⁊ decor nulla ẽ cure spes:
aut ad eius sanitatẽ via nisi vt custodiatur virtus: vt super-
sit aliquo tẽpore. Oportet ergo ad hoc illi lac mulieris dari:
quod ẽt de mãmis eius sugat stilleturqꝫ super illius corpus
lac dulce qđ statiz eductũ ẽ ⁊ si fieri põt i ꝯcha q̃ lacte hꝰ plena
sit sedeat egressusqꝫ corpi eiꝰ irroret aq̃ suauis i q̃ feceris bul
lire viol. ⁊ nenifar. dehinc corpus eiꝰ oleo inũgatur benefegi
puri. ⁊ cibetur pullorũ carnibꝰ ac fraglinis ⁊ fasianis tritis
in qua proiecta sint citoniorũ frusta ⁊ pomoꝝ sirorum. parũ
qꝫ vini ⁊ loco cinami frustũ xiloaloes crude. sorbeatqꝫ iuscu
lum: fiat quoqꝫ illi aqua carnium eduli subtilis: aut aq̃ pullo
rum cũ aqua pomorũ ⁊ citoniorum ⁊ proijciatur desuper ali
quid biscocti: hec eĩm quedam cõseruant virtutẽ custodia. fit
aũt aqua carnium hoc modo. Sume carnẽ ⁊ minutatim ici-
de: ⁊ in vas lapideũ vel lebetem ꝓijce ac sub eo ignẽ succẽde
lenem: ⁊ cũ ceperit aqua glutinosa eẽ coletur in vase ⁊ iterum
igni apponatur. ⁊ quandocũqꝫ glutinari incipit coletur ⁊ sic
vtatur qum opus fuerit ea quis. Ne vero prohibeas illuz ab
his que appetit ⁊ ꝓponas iocũdos odores vt sandali aquã
iremazaratarã. in al. mezatã. camphorã. vaporetur cũ sanda
li frustris ⁊ xiloaloes crudi ⁊ cãphora: eius camisia tingatur
cũ sandalo ⁊ aqua rosa. ⁊ camphora. ⁊ sternatur locus quo
iacet odoribus ⁊ safereno ninifar ⁊ viol. ⁊ roß. ⁊ fructuũ flo
ribus. ⁊ calefo. ⁊ siquidẽ ẽ estas in circuitu eius vasa cũ aqua
fri. ponãtur ⁊ lethaletũ iocũdũ. sitqꝫ cõuersatio loco quo est
venti trãsitus fri. quãdoqꝫ etiã irroretur eiꝰ facies aqua roß.
refrigerata. Utaris ergo in huiusmodiviro hoc regimimine
⁊ simili. Si eĩm feceris vite eius prolõgabitur spatiũ aliquã-
diu nec accelerabit mors.

Caplm. 27. de apostematũ. m. ⁊ primũ de phlegmone.

a **Postema** sanguineũ qđ phlegmon vocat̃ sicut al's dictũ ẽ aut exteriori fit
cã. vt ꝑcussione. collisione ac vulneribus similibusqꝫ
aut interiori. que ẽ. s. mãci sanguinee decursus ad aliquod mẽ
brum. Qđ aũt exteriori fit cã intuẽdũ ẽ diligentius: siqdẽ cor
pus repletũ ẽ minime rebus illud cura tenerificãtibus. atqꝫ
hꝰ ẽ vt inũgat̃ oleo tepẽti ⁊ aqua tepida ⁊ ẽpl'izetur cuz ordei
faria. helba. sebeto ⁊ cathemia: strigat̃qꝫ mediocriter: vt apo
stema dissoluat̃. Qđ si in apostẽate aliqđ sãguis collectum ẽ
⁊ saniei vtere incisione ⁊ apertiõe sine pauore nec paueas in
fluxuz materie nisi repletũ sit corpus. Qđ si repletũ sit corpꝰ
euacua malũ humorẽ qui ẽ in eo. Cuius aũt ortus est ex
materiarũ decursu primũ euacuatione vtendũ cũ phleboto-
mo ex cõpetenti illi loco vena: hoc est si fuerit mẽbrũ in supe
rioribus corporis apostematũ cephalica incidatur. Si autẽ
in his que sunt in medio corporis minuatur aquehela. Qđ
si in in iferioribus mẽbris basilica minuatur a latere patiẽti
auferatqꝫ illi sanguinis q̃ntitatẽ q̃ntum opus fuerit: q̃ntũqꝫ ⁊
etas infirmi cõplexio ⁊ tẽpus anni presens cõcesserint. Jam
dehinc mẽbrũ cataplasmetur apostematicũ in principio q̃
diu materiarũ ẽ fluor ad illud refrigerantibus ⁊ constrigen-
tibus vt mẽbrũ cõfortetur ⁊ mã repellatur: fluxusqꝫ illius ar
ceatur refrigeratione ⁊ cõstrictione. vt sandalo. r. tam arme-
nico. ⁊ asiafo. memitte. ro. ⁊ caquia cũ aqua intibe ⁊ semper-
uiue. ⁊ aqua lactucarũ ⁊ cucurbite. ⁊ chalebo. ⁊ semine psilij
cũ harum aliqua aquarũ percusso. ⁊ si quidem decoquas lẽ
ticulam excoriatam ⁊ contriueris cuz harum aliqua aquaꝝ
⁊ emplastrizaueris ea apostemati ꝓderit plurimũ: adiuues
quoqꝫ medicaminibus quorum est aduersari materie ⁊ repe
lere fluxum. Et hec est medicaminis confectio ad hec vtilis.
Sume sandalum album. ⁊. r. cuiusqꝫ. ʒ. c. asiaphi memithe
. ʒ. b. quimolee fusali in al. fusali. cuiusqꝫ. ʒ. i. ⁊. ß. tere oia diligẽ
ter ⁊ subtilissimo cribra pãno ac distempera cum intibe aq̃.
⁊ semperuiue ac portul. ⁊ lactucarũ. Tribus aũt aut. iiij. die-
bus qũ iam augmentatũ fuerit apostema: his que prohibẽt
materiã admisce dissoluentia. vt helbeeli ordei ⁊ tritici faria
⁊ distẽpera cum liemberi aqua ⁊ solatri. ⁊ queffare. similiũqꝫ
augeasqꝫ quotidie parũ per dissoluentia. donec ad statũ apo
stema perueniat. ⁊ fluxus deficiat materiarũ. tunc aũt opor-
tebit ⁊ dissoluentia ⁊ prohibẽtia equalia esse quãtitate: ⁊ vir
tute quemadmodũ nardo distẽperato cum solatri aqua. ⁊ ca
quenegi. ⁊ ancti similiũqꝫ aquaꝝ que dissoluũt. Et animad
uertendum si videris qũ apostemate in principio etiam dolo
rem. refrigerantibus minime ⁊ cõfortantibus vtaris sed vtẽ
dum erit tibi stringentibus ⁊ tenerificãtibus vt ceroto quod
de cera. ⁊ rõs. fit cum vino dulci i quo imerges lanã succidã.
apponesqꝫ loco. Quod si tempus est estas sit cerotũ refrige-
ratiuũ actu. si vero hyẽs tepefactum. sitqꝫ etiam cũ hoc pan-
nus lineus aceto vini infusus super mẽbrũ tẽperato cũ aqua
ro. Reprimas aũt patientem ab omnibus dulcibus ⁊ pungi
tiuis. ac oio cibis calidis. abstineatqꝫ cum mezauris de cu-
curbitis sũptis ⁊ masso ac spinachijs. propia illi ordei aquã
aut granatorum ⁊ squingibin. viol. siro. portul. semen ⁊ simi-
lia. Ut aũt declinare ceperit apostema non oportebit refrige
rantibus vti quouis modo coagulant enim materiã ⁊ indu-
rant intantũ vt in duritiem res transeat ⁊ soliditatem. fiatqꝫ
eius difficilima curatio. Sed oportebit mẽbrũ dissoluentibꝰ
emplastrizare cũ camomille aqua lilelmelec cathemia sebeto
hersausano aloe similibusqꝫ distemperatis cum lababo seis
lini: aut aqua carnehi: quibus si aliquid admisceatur zafrãi
proderit. Ut autem apostema maturari ceperit ⁊ sanies
congregari oportebit illud emplastrizare maturantibus vt
seminibus meru ⁊ lini distemperatis cũ aqua. ro. ⁊ oleo. viol.
⁊ si tẽpus estatis est calorqꝫ in corpore multus. humorqꝫ quo
fit apostema nõ malus comodũ erit medicaminibus vti ca-
lorem arctantibus naturalem ⁊ ad materiam cõuertentibus
quo maturetur vt est psilij semen ⁊ tritici farina. Si quando
aũt naturalis debilis fuerit calor. ⁊ hũor nequã. caueas his
⁊ similibus vti medicaminibus putrefacerent eniz. vtere ma
turantibus cũ dissolutione. vt est panis cãcrelegi in al. fermẽ
tatus cum odei farina decocta cũ aqua ⁊ viol. oleo. aut oleo
loto ⁊ oleo quethiri. ⁊ rora super apostema aquam decoctio
nis radic. cathemie. cum modico olei loti. aut albas sume fi-
cus carnosas ⁊ dulces quas qũ decoxeris mel extrahe earũ
⁊ distẽpera cũ oleo seis lini ⁊ helbani ⁊ zaccara. Accipiat fa
rinam crossã ⁊ distẽpera illã cũ pinguedine ficuũ. Aut etiaz
sume fermẽtũ acrum ⁊ ficus coctas ⁊ merui semen. ac distem
pera ⁊ loco impone. maturat enim apostema. Et si ficuuz be
ne decoctarũ sũpseris succũ ⁊ distẽperaueris cũ eo lini semẽ
⁊ helbe. cuiusqꝫ partem. i: hesausani dimidiã partẽ. zufe q̃rtã
cũ tritico diligẽt maturãt ⁊ saniẽ adiuuãt. Uidi ẽt emissiões
emplastrizari dactilis decoctis cum butiro ematurauerunt
qꝫ illas optime ficubus quoqꝫ decoctis cũ zerozo in al. buti-
ro emplastrizetur quoqꝫ charua ⁊ semine meru. terant̃ oia
diligenter: ⁊ distemperentur cũ aqua apponanturqꝫ emissio
ni. Quod si videris difficilis esse maturationis apostẽa
grauiterqꝫ aperiri. ponatur desuper blitꝰ decocta. cũ sisami
oleo calido: muteturqꝫ quotiens refrigeratur. maturat enim
furũculos ⁊ emissiones. Cepe quoqꝫ decocte ⁊ diligenter tri
te aut in oleo bullite misceantur ⁊ cataplasmentur eis apost-
mata sintqꝫ calida materiã maturãt ⁊ saniem colligunt. Si
aũt collecta ⁊ coadunata sanie nõ aperitur apostema. opor-
tebit illud aperire ⁊ crepare ac sciudere. Atqꝫ hoc modo oz
oiuz regimẽ esse apostematũ que mãs cõtinẽt ⁊ his sifibꝰ me
dicaibꝰ quorũ ẽ maturare apire scidere etiã si medicaibꝰ nõ
apiãtur: ⁊ sciendũ qm̃ apostẽa calidũ ⁊ sanguineũ si fiat i ali
quo mẽbrorũ: estqꝫ magnũ sic vt arceat venas ⁊ arterias q̃
sunt in mẽbro: prohibeatqꝫ illã a dilatatione ⁊ arctatione q-
bus recreatur calor naturalis: quãdoqꝫ coagulat̃ vltra mo-
dũ ⁊ extiguitur calor: fitqꝫ mors illius mẽbri ⁊ eius substan-
tie corruptio intantũ vt feteãt queqꝫ circa illud sũt caro ⁊ cu-
tis. diciturqꝫ hoc apostema pessimũ: ⁊ in huiusmõi nulla cu
ra est: nisi sola amputatio ne forte ad vicina decurrat corru-
ptio mẽbra: quãdo autẽ nõ coagulatur nãlis calor nec corrũ
pit mẽbrũ perfecta corruptione: dicitur hec passio hanfraia

⁊ eius medela sanguīs illius euacuatio ē a mēbro cū scarifi-
catione: incipiantqꝫ deinceps his que superponūtur mēbro
medicaminibus que a putredine probibeāt: ea aūt que sint
dicemus quꝫ de vlcerū loquemur curis.

Capitulum.28.de medela apostematis quod herisipila
dicitur.

b **Erisipila** aūt quandoqꝫ sine tumore fit ⁊
mouetur ex cholere rubee acumi
ne: quādoqꝫ vero cū tumore ⁊ mouet̄ ex cholere ru-
bee mixtione cū tenui sanguine. quādo ergo ē sine tumore cor
pus oportebit euacuare medicaminibus cholerā laxantibꝰ
vt citrinis mirob. ⁊ tamarīdis prunis ⁊ similibus emplastri-
zeturqꝫ locus refrigerantibus ⁊ restringētibus vt rasura cu
curbite semperuiue. portul'. succo lactuce. arsunegi aqua alijs-
qꝫ que diximus dū loqueremur de phlegmonis cura. Si aūt
fit cū tumore herisipila: sanguis minutionē accelerare expe-
diet si nihil probibeat vt etas senectutis ⁊ pueritie: cōplexio
frigida aliaqꝫ: auferaturqꝫ quātū necesse fuerit sanguis laxa
bisqꝫ naturā decoctione fructuū cathaplasmabisqꝫ mēbrum
in principio cataplasmātibus que in capl'o sanguinei aposte
matis dicta sunt in principio ⁊ ascensu ⁊ statu eodem empla
stro ⁊ via. ⁊ oꝫ mederi ⁊ curare cōpositū ex fl'one ⁊ herisipila
apostēa cōpositis medicamibus ⁊ cuiusqꝫ cure cōpetentibus
sitqꝫ quod in cōposito dominabitur medicamine exuberan-
tis ⁊ fortioris apostematis cure medicamen ꝯueniens.

Capitulum.29.de apostematis formicis medela.

i **A formice** quoniā fit ex cholera. r. neces-
se est in cura eius medicamen
bibere cholerā ru. laxās vt fructuū decoctio cōforta
ta cū scamonea: aut aqua lebelabi cū cass'. f. rotula aut aqua
intibe ⁊ arsunegorū: dehinc autē cataplasmetur refrigeranti
bus ⁊ desiccantibus: oꝫ autē proportiōe cāe hāc passionē af-
ferenti. s. cholere ru. medelā frigidis fieri ⁊ h. Sed qm̄ formix
huiusmodi est vlcus quod desiccatiōe eget propter eā que in
ea est humiditatē cōpositā ⁊ repugnātē q̄ morbū mouet ma-
teriei ad accidēs ꝓpositū applicamꝰ. Jō ergo vti nos cata-
plasmatibus oꝫ desiccantibus nisi ꝙ quibus vtimur medica
minibus in formice que in cutis est manifesto minus desicca
tiua sūt ⁊ sine morsura. vt afiasū memithe. ⁊ caquia. ⁊ hesseū
in al' hesefū distēperata cū intibe aqua ⁊ virge pastoris. ⁊ cū
lenticula decocta ⁊ trita cū aqua ro. Aut sūmitur tam cipri-
cū: aut armenicū ⁊ quimolee cuiusqꝫ pars. i. caquie. dimidie
pars distēperenturqꝫ oīa cū virgarū portul' aqua aut solatri
aut arnoglose. Secūda aūt formicis species que est formix
comedēs medicamibus curāda est magis ⁊ fortius desiccan
tibꝰ vt quimolea cū aceto ⁊ aqua hoyosabi aut cataplasmet̄
cum trociscis qui dicūtur adriani ⁊ hec eoꝝ cōfectio. Sume
galle viridis quendari. cuiusqꝫ. ʒ. viij. in al'. h. colcadenesi. ʒ. i.
sebli iamenici mirte optime cuiusqꝫ. ʒ. d. feleseoni. ʒ. iij. i al'. m.
tere oīa diligēter ⁊ cum vīo distēpera trociscos fac qūqꝫ opꝰ
fuerit tere diligēter ⁊ subtilissimo cribrabis pāno distēpera-
bisqꝫ cū aqua. ro. sicvt fiat quasi que fluit a balneis aqua ⁊ lo
co superpones. Et hec assignatio vnguenti optimi ⁊ vtile
comedenti formici. ⁊ oībus quibus est opus desiccare vlceri-
bus. Sume galle viridis ⁊ arsunegi sicce equales partes ⁊ te
re diligenter. ⁊ desuper oleū mitte. ro. in quo liquefacta sit ce-
ra tribus partibus maior: facqꝫ vnguētum ⁊ cataplasma eo
apostema. ⁊ si adideris liquiritie foliorū ptē vtile erit. Aliud
sume mardasenegi. ⁊ radic̄ tinctorū cuiusqꝫ partē. i. galle gel
nari in al' gebiani. aristol'. l. canabili. cuiusqꝫ dimidiā partez
terantur oīa diligēter ⁊ liquefiat cera cum oleo. ro. fiātqꝫ oīa
vnguentū ⁊ cataplasmetur locus.

Capᵐ.30.de medellis apostematis qui dicitur vndimia.

a **Lio nos** dixisse recollimus loco quoniam
apostema molle generatur aut ex
vaporosa vētositate que mēbro accidit. quēadmodū
hijs qui corrupte sunt cōplexiōis accidit ⁊ ptisicis: eiusqꝫ me
dela facilis ⁊ sanatio festina si cum sale ⁊ aceto fricetur. ⁊ aq̄
ro. eiusqꝫ expulsio fit cū expulsione morbi qui illud sequitur
aut de phlegmatica materia. que ad aliquod influit mēbroꝝ
cuius medela phlegmatici fit euacuatione humoris medica-
minibus illū laxātibus vt turbit iēbacū antali adipe: carta-
mi medulla. hyere pill'. alijsqꝫ cōpositis ⁊ simplicibus medi-
caminibus. Caueas aūt infirmū oībus ab phlegma generā
tibus cibis vt piscibus lacte ⁊ similibus. empl'izet̄ aūt mēbrū
medicaībꝰ q̄ꝝ ē strigere ⁊ soluer̄ vt lieberi aq̄ mixta cū nata
ro si itinxeris illi spōgiā nouā ē eiꝫ i ea dissol'o. quā si ñ iuene
ris i tigesuccidā lanā ⁊ intuēdū si corpꝰ in q̄fit molle sit: sitqꝫ
aq̄ āplior aceto. si vero solidū supet acetū ⁊ natarū vt redu
catur corpus in suā naturā augmēto eorū que desiccant. At
vero si corpus tēperatū est equalia sint aqua ⁊ acetū. Quod
si solidū ē corpus nec curatur hoc medicamie misceatur pa
rū selbi simul ⁊ parū cieris lihēberi. Et siquidē quod cupis fi
et emplastriza h' emplastro. Sume aloeꝫ ⁊ absinth. equaliter
⁊ tere diligēter ac distēpera cum aceto ⁊ aqua ⁊ emplastriza
mēbra. hoc quꝫ vsus fuerit empl'o mēbrum ligare oportebit ⁊
stringere: siquidē possibile ē incipietqꝫ ab inferioribus ⁊ ascē
dat ad superiora ligatio: sitqꝫ inferius tenera: sursum aūt so
lida ne forte suscipiat influētes illi mēbro mās: emplastrizet̄
ēt hoc empl'o cuius hec ē descriptio: sal' ⁊ aloe equales partes
tere diligenter ⁊ aqua mirti irriga ac modico aceto ⁊ empla-
striza maxime aūt solida corpora.

Capitulum.31.de durorum apostematum quod scliros
dicitur medela.

r **Olida** apostemata fieri diximus aut ex apo-
stemate calido ad quod curādū appo-
sita sunt nimiū frigida ⁊ stringentia: vnde ⁊ indura
ta est mā ⁊ in lapidis soliditate cōuersa: aut ex cholere. n. mā
que ad mēbrū defluxit: aut ibidē generata ē: ⁊ quod quidē fa
ctū ē ex apostematis calidi reliqis: medela eius ē calefacien-
tibus ⁊ emollientibus. hec aūt sunt quorū est calefactio in se
cundo gradu ⁊ tertio siccaqꝫ in primo vt in secūdo dictū est
sermone partis huius secūde qum de mollientibus loquere-
mur medicaminibus: sunt aūt huiꝰ medulla cruriū bouis cū
butyro ⁊ oleo viol'. ⁊ adeps cerui ⁊ tauri ac ouis liquefactis
cū machalo qū vtitur quis his tanꝙ vnguēto. Sume quoqꝫ
machalū glaucū. iudaicū ⁊ assacū de vno quoqꝫ. ʒ. e. marce-
musi recētis triti diligenter. ʒ. c. adipis anserini. ʒ. k. soluatur
machalū ⁊ assacū cū calida aqua misceaturqꝫ cū reliqs me-
dicaminibus vt fiat quasi vnguētū ac cathaplasmet̄ eo apo
stema durū. Quādo aūt ex cholē. n. mā solidū ē apostema q̄
ad mēbrū currit aut in ipso orta ē: medela eius erit potus me
dicamis laxātis ⁊ purgātis chol'aꝫ. n. vt ē epithi decoctio aq̄
casei potus q̄ sit cū coagulo cū hoc puluere. Sume heiligi ni
gri ⁊ kebuli cuiusqꝫ. ʒ. g. epithi cretici sitaregi indi. heffaigi.
cuiusqꝫ. ʒ. d. salis indi. ʒ. ς. tere oīa diligenter ⁊ bibatur de eo
ʒ. c. cū casei aqua iuxta quod opus ē: prohibeas autē patien-
tē oībus cibis crossis ⁊ cholera. n. generātibus vt caprarum
carnibus lenticula caulibus salsisqꝫ ⁊ similibus emplastriza
vero locū cū emplastro hoc. cuiꝰ hec ē assignatio. Sume ma
chali assaci baꝫaredi equales partes: ⁊ tere in mortario di-
ligenter cum anate aut galline adipe ⁊ oleo bani aut susani
vt fiat tanquam vnguentum. Quo qum cathaplasmaueris
pānum empl'iꝫa eo locū. Emplastri alterius assignatio. Fi-
cus albas ⁊ dulces in aqua decoque fortiter donec maturet̄
adhic proijce desuper helbe farinā ⁊ semē lini ⁊ aliqd cathe-
mie albe partes equales: tere oīa in mortario diligēter cū ol'o
susani donec cōpleatur ⁊ vtile fiat. cataplasmeturqꝫ eo apo-
stema: in vltimo nāqꝫ ē dissolutionis ⁊ emollitionis. Un
guētum dura dissoluēs apostemata. Sume adipis leonis. vꝛ
si. cerui. cuiusqꝫ. ʒ. e. machali. asegi. in al' asaguasen. cuiusqꝫ. ʒ
h. liquefacies cū ros. oleo. adipes ⁊ gummas aut cōtere cum
aq̄ calida ⁊ misce oīa ac lini apostema. Aliud. Sume mi
am fluērē cū oliue ol'o veteri ⁊ iunge apostema: proderit eiꝫ.

Capitulum.32ᵐ.de cācri medela.

c **Ancer** autez est apostema quod generatur
de cholera ni. vt al's dictū ē. Qꝫ si cō
fortetur ⁊ magnū fiat curari nō pōt nec ad sanitatē
perduci. Utūtur aūt quidā amputatiōe cū ferro siquidem in
membro sit quod deleri possit aut amputari: sic vt nihil qd̄ ei
continuetur supsit. Quādo vero nō sic ⁊ curatur ferro vlcerā
tur ⁊ extenduntur eius labia nec pōt cicatricē accipere. Est-
qꝫ pluribus de causis periculosum: tū qꝛ sepe eo sunt arterie
magne ⁊ vene in mēbro. acciditqꝫ inde fluxus sanguis intā-
tum vt patiēti timeatur: ⁊ si ligaueris venas has ⁊ arterias
decliat ad digniora ex quibus he oriūtur vene ⁊ arterie mē-
bra egritudo. tum qm̄ ferro coque ⁊ vri illius non potest ra-
dix mēbri. Qum a principio hoc aīaduertit quis apostema:
oꝫ primum phlebotomum venis mēbro cōpetentibus in quo
ē apostema adhibere eo ex latere quo patitur quū etas ⁊ vir
tus ⁊ cōplexio āniqꝫ tēpus ⁊ similia adiuuerit. Et si quidem
hec in muliere est passio statim curandum est menstruorum
prouocare fluxum: euacueturqꝫ corpus his quorum est eua
cuare cholerā ni. medicamibus vt ē epithimi decoctio ⁊ aga
rici aliorūqꝫ medicaminū q̄ hūorē euacuāt melācholicū: nec
vero abstineas quꝫ semel illū euacuaueris ab his sed sepius
ideꝫ fac. donec oīo corpus h' purget̄ hūore: hic eiꝫ hūor diffi-
cile mouetur pp̄ sui frigiditatem ⁊ siccitatē. Et hec est pillula

rum assignatio cōpetētium euacuatiōi humoris nigri ⁊ cholere ni. Sume cacrelegi indi. kebuli epithimi. cretici. cuiusꝫ ℥.a. bessaigi. astacodi. cuiusꝫ.℥.ſ. salis nafte. oboli.ij. ellebori nigri.℥.ſ. agarici.℥.a. terantur oīa diligēter ⁊ distēperata pillulentur: sitꝫ earum potio a tribus.℥. vsꝫ.iiij. Mō si vtaris casei aq̄ optimū est ad nigre purgationem medicamen.

Ut ergo hoc euacuaueris corp⁹ humore oportebit patiētem tēperato regimine regi inclināti ad humiditatē: sedantiꝫ acumen nigre: quatenus qui ī corpe gnātur bonus sit sanguis. Sit aūt eius cōuersatio in locis temperatū hñtib⁹ aerem: cibeturꝫ escis laudabiles generātibus chimos vt gallinaruꝫ carnibus ⁊ pullorum: agnorū quoꝫ ⁊ edorū: piscibus lapidosis laudabiliter cōditis cum bleta cucurbita. atriplice porrigatur illi ordei aqua ⁊ casei aqua cū puluere quem diximus cholerā laxare ni. Que aūt super infirmum ponuntur membrū sunt hec morbi a principio āte euacuationem: opꝫ medicamina eē que prohibeāt expellātꝫ temperate: vt solatrū intibe aqua ⁊ cāquenegi similiaꝫ. Ut āt corpus euacuaueris ⁊ a nigro purgaueris humore: proprieꝫ āt si vsus fuerit zerecari aq̄ ⁊ epithimi medicamine vsus optimo in cholere purgatione ni. medicamibus iā tunc vtēdum erit tēperate dissoluentibus: vt ē medicamē quod cum tutia fit ⁊ hec eius assignatio. Sume tutie carmanice trite ⁊ lote. mardesenegi. espidagi plumbei cuiusꝫ ptem.j. tere oīa diligenter ⁊ subtilissimo cribra pāno. Sume quoꝫ olei liēberi ptem mediā cere quartā. liquefacꝫ cū oleo cerā ⁊ proijce desuper medicamīa ⁊ misce vt fiat vnguētum ⁊ vtere. Alia assignatio medicaminis qđ cū colcotar fit ⁊ ē. H. cuius nos assignabimus confectionē decimo huius secunde ptis sermone ī quo de cōpositis tractabimus medicamibus ī vnguentorū capitulo ⁊ helbelicō prodest hac ī pte ⁊ in oībus duris apostematibus medicamina eteiꝫ que debiliter dissoluūt ad dissolutionē nigre nō valēt cholere propter eius grossitiē. Medicamina vero que dissoluūt fortiter subtilitatē dissoluūt humoris ⁊ eius remanet crossities tāq̄ lapis: nec deinceps hēt dissolui. Si autē vlceretur cācer hoc oꝫ illū curare medicamīe. Assignatio eius espidagi plūbei ⁊ tutie lote equales tere ptes cū oleo rosa. in al' obyesai ⁊ aq̄ solatri aut aqua zerecari aut queffare viridis. ⁊ ponatur desuper si vlceratus est. Ponitur quoꝫ ante vlcerationem: prohibet eīm illū vlcerari: hoc quoꝫ medicamen ad idem vtile est cuius hec est descriptio. Sumitur plumbi mortarium subincisum ⁊ pistellum eius similiter ⁊ proijce in illud tam armenicum sigillatum: ⁊ tere cum tabalgeo mixto: aut cum lacte optime donec nigrescat ⁊ cataplasma eo canceruꝫ vlceratum. Qz si teratur cū eo sempuiua. ⁊ oleum ligligeū in al' rosatum vtilius erit.

Capitulū.33 de scrophularū međ.

Et si dura est tinea ferro scalpere o;.donec sanguis exeat dehinc colifono cū aceto cataplasma.post cū vnguēto rubeo ⁊ sternutationes illi prouoca cū aqua cancri tūsi cū ninifar oleo. Quod si sabafam in facie cōtigerit oriri.aloes epa tice sume par.i.martaci partem.ʒ.⁊ in mortario cum.ros.cō tere oleo ⁊ aceto modico. Et si que in facie sabafa sicca ē cū terra cataplasma armenica.⁊ cāphora ⁊ croco orientali cū aceto distēperato.⁊ aqua ro.proderit enim.

De furfuribus. Huius patientis corpus si repletū ē pur gari o; cum decoctione hyera addita ⁊ si corpus tūi dum est phlebotoma ⁊ caput purget̄ cū hyere pill' aut aloes ⁊ similibus.post hoc caput lauandum est cū cathemia alba ⁊ blitorū aqua ⁊ buraco ⁊ ciceris aqua.ac fab.tritis.blitis quoq; folijs ⁊ sisami.⁊ caput hoc medicamine tribus laua diebus semel. Assignatio eius sume ciceris farine.ʒ.xl.fe nugreci farine buraci ⁊ furfuris.ac nitri triti.sinapis cuiusq; .ʒ.v.cathemie.ʒ.f.tere oia ⁊ cū vini aceto distēpera aque mix to ⁊ caput laua.⁊ assuefac caput ⁊ sepius fiat. ⁊ inunge oleo ro.cū aceto modico q̄m furfures emundat. Alia bouis fellis ⁊ terram cimolee cū aceto distēpera.prodest eni.

Caᵐ.xiiij.de capitis magnitudinis propter semo⁊ sepe rationē medela.

Quoniam morbus hic ex vētositate ⁊ humi ditatib⁹ crossis fit.necessaria sūt que subtiliant ⁊ dissoluunt.sunt aūt his hec oportu na.sumatur nasturtij semē ⁊ in aqua sepius feriatur ⁊ pāno intincto caput cataplasmetur ea parte qua magnitudo est. Aliō radices sūc tictorū tritas diligēter.⁊ amigdal.olo ama rarū distēpera.⁊ locū tribus diebus catapla:q̄m maīseste p̄ dest. Medicamen ad huiusmodi naribus apponendum fel lis gruis ⁊ lupi.musci.xiloaloe indice.ʒaccare tabarʒedi equales partes tere diligenter ⁊ quasi lenticulā superpone cū marcemusi aqua. Alia assignatio andinebi in al' anditidi mirre.aloes.spume maris pistaceorū.pinearū secci.ambre. cuiusq;.p.i.ʒafrani partē.ʒ.tere oia diligēter ⁊ subtili cribra pāno ac cū ʒebaci distēpera oleo.pillulas quasi lenticulā fac ⁊ prima diei hora vnā appone ⁊ meridie secūdā. vespere ter tiā:manifeste nāq; proderit. Shaucū quēdij gruis fellis. ⁊ vulturis.⁊ sabuti.croci orientalis.gendebesti virgarū besba se cuiusq; partē.i.ʒaccare optime.p.ij.tere oia diligēter ⁊ sub tilissimo pāno cribra ⁊ cū psilij aqua distēpera ac pill'a i mo dū lenticule ac in vmbra desicca ⁊ in mēse ter narib⁹ vel his superpone quaq; die pill'a; cū aqua frigida ⁊ caput totū filo mēsura a die qua luna iminuitur vsq; in die; qua reascendit iminuitur etenim:⁊ tūc sepius superpone medicamina quo nīa in suā redibit habitudinē. Apostema vero quod super craneū ē ⁊ sub cute sic curabis. Sūme granatorū corticem ⁊ cipressi nuces equaliter ⁊ trita cū aceto misce ac loco appone ⁊ liga. deficiet etenim humiditas illa ⁊ locus indurescet.

Capitulū.xv.de lentiginis ⁊ macularum faciei ⁊ fixuris eius me.

Lentigines ex sanguinis adusti vaporib⁹ fieri diximus.ideoq; patiens cephalica minuend⁹ ē ⁊ laxatiuo vtendū quod hūo rem deponit ni.⁊ humores alios adustos qualis est epithi ⁊ agaric.decoctio ⁊ aqua casei potus cū puluere i quo mirob. sunt indi ⁊ keb.ac polipodij ⁊ salis nastic.⁊ similia. Caueat autem cibos qui validiores sunt caloris meliā generantes: cibis adherēs tēperatis ⁊ regimini tēperato.his cōpletis fa cie; hoc cataplasma medicamine. Assignatio medicaminis contra lentiginē. Sume melonis semis corticū.cānarū radi cū.cuiusq;.ʒ.v.fugilū semis ⁊ eruce condisi. cuiusq;.ʒ.ij. tere oia diligēter ⁊ cū radicū aqua distēpera.nocte lentigine; ca taplasma ⁊ mane cū furfuris aqua laua. Alia senani neba tici cōditi.ʒ.x.ouorū testarū ⁊ sibi adusti.cuiusq;.ʒ.iij.faba⁊ lēticule ⁊ ordei farine.cuiusq;.ʒ.v.tere oia diligēter ⁊ distēpa cū aq̄ ⁊ faciei appōe. Alia buraci armēici.p.ʒ.amigd.dulciū p.ij.terātur diligēter ⁊ cū aq̄ distēperent̄ ⁊ faciei apponātur. Qū āt crosse sūt lētigies tūc hoc apponēdū erit catapl'a.assi gnatio ei⁹. Passe⁊ fimi ⁊ ordei farie eq̄lia sūme pōdera ⁊ cū strigni succo distēpera ⁊ deliccā in vmbra ⁊ qū necesse fuerit liquefac cum aqua ⁊ faciem cataplasma. Assignatio alia lētigini crosse.sinapim tere diligenter.⁊ cum ficuū oleo distē pera ac faciem cataplasma. Quod si locus aduritur abluat̄ ⁊ dragagantum cū lacte dulci fricatum appponatur ⁊ fur furis aqua lauetur. Ubi adustio fuerit mitigata iterum me dicamen appone.sed tamen faciē ne vlceret caue. Alia amig dale amare suis mundate corticibus terantur diligenter ⁊ argentū viuū cum eis interficiatur q̄tum ⁊ ipsarum est pō dus.faciesq; cataplasmetur lentiginē etenim crossam extir pat. Alia ad id.mehelebi granorum ⁊ hani amigdal'amara rum sine corticibus.lupini.hanʒaraʒi.fugilū seminis.equal. par.tere oia diligenter.⁊ distēpera ac cribra ⁊ assari aqua di stēpera ⁊ vtere. Alia piperis.costi amari.tere argenti viui. amigd.amar.burac.condisi ireos radic.fugilū seis equales partes.tere diligenter.⁊ distēpera cum aceto ⁊ aqua nocte cataplasma.loc mane ablue cū aqua in qua hersausanū de coxeris ⁊ furfur. At vero lentiginibus albis que super adhi bentur cataplasmata his proxima sunt. Assignatio illi vtilis amigdal'amararum lenticule equales partes.tere dili genter in aqua in qua ficus decoxeris rora ⁊ faciē cataplas ma. Si aūt est crossa cum sinapi cataplasmetur trito.⁊ cū ficuū aq̄ distēperetur. Alia assignatio.ireos radic̄ p̄te; pas serum fimi.partes duas costi amari partes.iij.trita omia di ligenter cum acetovini tēpera mixto aq̄ ⁊ facie; cataplasma nocte.mane cū furfuris aqua laua. At vero crossi herassi lētiginis albe accido quo butirum eductū est medicamē arse nici crocei partes.ij.cōdesi vnā.tere ⁊ distēpera cū lacte vac ce ⁊ faciē cataplasma. O; aūt eiusmodi patientē aclinē fre quēter calide esse aque. Cerā albā ⁊ violarū olm liquefac.⁊ draga.tritū desuper mitte ac faciē cataplasma. Assigna tio alia.ʒuffe humide.cere crocee. anatis adipis. q̄thire.sal uie granatorū.citoniorū.p.tere diligēter triēda.⁊ liquefac ce rā.⁊ adipē.⁊ sicca.adijce medicamina ⁊ in mortario tere mis ce ac fissuras cataplasma mane vespere.lauata prius cum tepida aqua facie ingrediatur q; balneum ⁊ cum heueri furfure lauet. Alia in olei amurca picē liquefac ⁊ faciē cata plasma ac labia si illis fixure acciderint:aut certe ceruī cor nu cōbustū accipe diligēter q; tritū cū capre.assūgia misce ⁊ fixuras cataplasma.

De pustulis lenticularibus. Huiusmodi pustu le que faciei accidunt molliende sūt cum cera ⁊ oleo.seminis lini lababo.dehinc cataplasma hoc medicamine. Assignatio eius. Sūme boraci condesi.sulphu ris crocei equales partes cū aceto distempera ⁊ faciem cata plasma .has si prurigo comitabitur epitho cataplasmabis.

De maculis Quum aūt in facie macule sūt cros se medicaminibus cataplasmabis acutis vt beledaro amigdal'oleo amara⁊:alijsq; que in lēti ginis crosse cura proposuimus.

De mori cura. Eius medicamina floris eris vnguētū ⁊ acuta medicaia que super cū ponātur. Quod si nō proficiet frica chaadmo in al' hadino aut ʒaccara diligenter donec sanguinē emittat ⁊ ra dix eius fricando labefactetur vsq; dū que subest caro appa reat.tunc ʒeniari appone vnguētū vt eius comedat radicem

⁊ ad carnē perueniat sanā ⁊ recētē ⁊ iam tunc rubeo curabis vnguento: ⁊ si nullus inest dolor cū nigro alijsqꝫ carnē adducentibus vnguētis.

De adustione faciei. Adustiones autē q̄ faciei accidunt prio curātur cephalice phlebotomia ⁊ corporis purgatiōe cū epithi. ⁊ agaric. decoctione. potu quoqꝫ sene ⁊ mirob. keb. polipo. ac zebibi tarsi. potāda ē ēt aqua casei cū puluere qui choleram deponit ni. Assignatio eius mirob. keb. ⁊ indi. cuiusqꝫ. ʒ. bessaigi. pistacij tūsi. epithi. cretici. cuiusqꝫ. ʒ. v. sticados. ʒ. d. agarici. ʒ. c. sal̄ nastici. ʒ. b. tere oia diligenter ⁊ sūme ex eis. ʒ. c. cum dimidia aque casei ℔. ⁊. ʒ. x. zaccare optime. purgabit eniꝫ corpus a cholera ni. corpore purgato irrudines appones loco: quoniā oēꝫ sanguinē sugēt a loco. Qꝫ si locū optie scalperis donec intumescat ⁊ sic vnguētū apposueris rubeū factū cū litargiro ⁊ croco ⁊ aceto ⁊ aruco ac oliue oleo vlcerū medela est.

Capitulum. 16. de passiōibus que in manibus pedibusqꝫ fiunt ⁊ primū de saniosa vena.

a **Lio** diximꝰ loco qm̄ vitia hec ī calidis oriūtur locis ⁊ siccis ⁊ nimiū p̄ter cōsuetū laborātibꝰ sꝫ ⁊ malos gn̄ātibꝰ hūores cibis frequētiꝰ vtēti. Accidit āt manuū ⁊ cubitoꝝ ꝯfinio ⁊ brachijs ipis ⁊ femoribꝰ ac cruribus. Quꝫ igitur passionis huius signa apparere videris ⁊ locū brachij intumescere corpus incipias laudabilibus hūectare cibis. carnes tēperate cōmedat cōplexionis. mēbrū cōfricetur: balneuꝫ ingrediatur ⁊ passionis loco aqua stilletur. Caueat aūt olerū pūgētium esuꝫ ⁊ muri pisciūqꝫ ac salsoruꝫ dactilorū ⁊ similiū. propinetur patienti diebꝰ singulis aloes epatic. ʒ. i. locusqꝫ cū aloe cataplasmetur. quoniā ne accidat ⁊ fiat prohibebit. Si aūt est intuēdū vtruꝫ ardorē sētiat ⁊ febrē patiens. ⁊ nā tēperata est. tūcqꝫ a cephalice incipiat phlebotomo ex opposita passioni manu. Quod si nā conclusa ē soluēda est cū aqua fructuuꝫ. ⁊ humectātibus ⁊ refrigerātibꝰ vtatur vt ordei aqua. alijsqꝫ. Qꝫ si febris abest sed loco quo vena ē egressa. ardor fuerit patienti. aloes infusio cū itibe aq̄ dāda est ei. Quod si plurimū apparet quod apparuerit cum arserchri frusto stringēdum est: inuolues illā ac alliges ⁊ quecūqꝫ egreditur pars eodē modo paretur ⁊ nodetur. extēdatqꝫ paulatim ⁊ nō moleste ne forte rūpatur. Si enim rūpitur reducitur ⁊ ad superiora tollitur ⁊ carnē intrat ⁊ trāsibit in apostema putredinē ⁊ vlcus factura. Ideo ergo mederi opꝫ ⁊ paulatiqꝫ extrahēda est. vt tota exeat nullaqꝫ eius pars in corpore restet. emplastrizetur hoc emplastro quod eius exitū adiuuabit. Assignatio eius arsunegi. ℔. olei. sisami. ℔. litargirij cānarum pulueris cuiusqꝫ. ʒ. iij. calcis. ʒ. i. liquefac cerā cum oleo ⁊ sicca ⁊ desuper medicamina mitte vt vnguētum fiat ⁊ loco appone. Emplastriza quoqꝫ cum psill' semie ⁊' oleo viol'. caueasqꝫ ne rūpatur. Quod si contigerit locum oportebit incidere in longū in parte a qua vena hec aduenit donec ois eius educatur mā. tunc butyrū cuꝫ bābace tenuissimo appone quo putrescat ⁊ corrodatur quicquid materiei remanet: ⁊ post hec cum carnē adducētibꝰ curabis.

De varicibus. Varices pedum. qm̄ ex laboris multitudine fiunt ⁊ humerū portatione ⁊ cursu. assiduitateqꝫ ciborū choleram generantium ni. est vtendū patienti. quiete ⁊ otio. pedumqꝫ laboris paucitate. regimīeqꝫ tēperato qd̄ sāguinē gn̄et bonū. purget corpꝰ cū medicaīe nigrā ꝯponēte chol'ā. basilica phlebotomet. educatqꝫ sāguis q̄titas optūa. ⁊ aqua balneetur suaui.

De vleeribꝰ belechiis Vlcera autem apta ⁊ rotūda que arabice balechia dicūtur curā non hn̄t nisi cum bābace veteri ⁊ asenano tm̄: ⁊ equius eorū est supersedere cure.

De elephantia Elephantia vero morbus ē melācholicus ad sananduꝫ difficilis: cui nisi in principijs attendatur nō est vlla spes cure. Regēdus ē ergo patiēs varicosorū regimīe ocio solutus ⁊ quiete: grossorūqꝫ abstinētia ciborū qui melācholiam generant. Vtatur aūt laudabiliū chimorū cibis ⁊ corporis a melācholia purgatione cū aloe pill' ⁊ infusiōe eius. Catapl'etur autē locus cuꝫ aloe. acatia ⁊ mirra ⁊ gallia muscata ⁊ succo hypoquistidos: frequēterqꝫ cataplasmetur ⁊ stringatur crus ligeturqꝫ ab inferioribus cuꝫ fascijs validis vittis latis a loco cauille vsqꝫ genu terminū: est āt ⁊ vomitꝰ illi vtilis ⁊ aque casei potus aut suriani pillule hac in p̄te prosunt. emplizetur autē hoc emplastro. Assignatio eius. Sume semis carnibi. ⁊ cineris vitis termisi nitri. caprarū fimi. fenugreci farine. sequebigi eq̄les partes. sequebiguꝫ cū vitis aq̄ dissolue ⁊ aqua rutabe. ⁊ medicamina trita ⁊ cribrata post simul pasta: ⁊ emplastriza hoc patiētem tribus diebus fortiter nāqꝫ dissoluit.

Capitulū. 17ᵐ. de fixurarum medela que fiunt in plātis ⁊ palmis ac ocrearum fricatiōis dabase ⁊ digitorum tumorum ac vnguium egritudinum.

q **Vam fixure** pedibꝰ accidūt ⁊ palmis cū pice liqda catapl'ande sunt: aut ol'i sume fecē ⁊ cū muriū cepa coq̄. locūqꝫ iunge Sume ēt boꝛami gūmā ⁊ cuꝫ oliue oleo decoque ac fissuras catapl'a: manuū fissuras cuꝫ viol' puluere mane ⁊ vespere cataplasma: prodest eteim plurimū. Propina aūt patienti diebus singulis sitaregi. ʒ. ij. quasi hebdomada: pedibus illū pasce agnorum alijsqꝫ cibis humectātibus ⁊ epithimi propina decoctionē. In fissuris āt peduꝫ alcānā appone: cui fenugrecum admixtum sit contrituꝫ: prodest eteim. Et calcanei fissuris adipē caprarū adhibe liquefactum in quem gallam proieceris contritā ⁊ in mortario diligenter miscueris donec cōpleatur ac fissuras reple calcanei. Vel sume parum galbani ⁊ cum aqua ⁊ oleo liquefac ⁊ parū decoque donec spissetur. ⁊ hoc vtere in calcaneo: aut oleo quod fit ex sandaruso: ipm eim huic vltimū est. dragagātum quoqꝫ ⁊ galla si diligenter terātur ⁊ misceātur ī oleo cū cera liq̄facta vnguētū fit vtile. Medulla cruris bouis si cū cera liq̄fiat ⁊ oleo viol'. ⁊ aliqd martaci addatur prodest: locum cataplasma cū litargiro cū aq̄ ro. fricato. ⁊ terrā ēt armenicā cū ro. aqua distēpera. vel oleo. ros. ⁊ desuper rosarū tritarū puluerē mitte. ac mirti diligenter contriti.

De ocrearū cōfricatione. sume inferius coriū ocree ⁊ cōbure eiusqꝫ puluereꝫ loco superpōe: prohibebit enim tumorē fieri. Quod si pulmonē capre acceperis aut porcinū ⁊ cōbusseris cinerēqꝫ super locū puluerizaueris proderit ill'. Dolore sedato gallaꝫ adhibe cōbustā ⁊ cōtritā ⁊ acatiā cum aceto distēperataꝫ appone.

De dabase cura phlebotoma si possibile est: eteni si apostema est calidū. adhibeatur psilij semen in aqua tūsum apponatur cū modico aceto. qm̄ doloreꝫ mitigabit. Refrigeretur etiā psilij semē cū niue si locus calidus est. Quod si dolor sedetur ⁊ percussio bene. Sin medicamē aliqd̄ adhibe maturans. vt semē merue. ⁊ semē lini. ⁊ suppōe lineū pānū cū semine psilij cataplasmatū ⁊ refrigeratū. Et si nō aperit locus cū phlebotomi api acumine ⁊ exprime quo quod ī eo est egrediatur statim. etenim dolor sedabitur. iā tūc vnguentuꝫ appone rubeū: aut albū vel lēticulaꝫ cū aqua. ro. decoctā rosāqꝫ siccaꝫ. Prodest etiā dabase thus tritū ⁊ appositū. aut certe cuꝫ galla emplastrizetur ⁊ granatorū corticibus accidorū ac tumbalo eris: ac siccis ficubus adustis equaliter: ⁊ cuꝫ melle misce. ac in pāno emplastriza ⁊ stringe. Quod si locuꝫ in saniem verti videris regimini adherere p̄dicto. ⁊ si dolor augeretur nec mitigatur cū iusquiamo cataplasma ⁊ opio ⁊ aceto. ⁊ panus superponatur semine psilij superinfusus. Ait enim sapies hypocras in secūdo epidimiarum sermone. qm̄ dabasaꝫ cuꝫ galla viridi oꝫ curare distēperata cū aceto ⁊ sic apponi quoniā prodest.

De digitorū tumore cū prurigine. Tumoris qui fit digitis hieme medela cum furfure fit ī marina decocto aqua: appositis manibus intus pedibusqꝫ ⁊ digitis. empl'm adhibetur lēticule excoriate ⁊ trite. ⁊ aqua in qua ficus decocte sunt ⁊ caules. ⁊ lēticula sine corticibus. Sed ⁊ si manus ⁊ pes cataplasmētur aqua in qua decocta sunt orobus lupini blitus aqua quoqꝫ decoctionis seliami prodest. sed ⁊ si ficus sūpseris siccas ac in vino decoxeris. ⁊ diligēter tūsas modico infundas oliuarum oleo soluto ⁊ emplastrizes digitos p̄dest. Sin stilla desuper iusquiami decoctionē. Et si digitorū color in liuorē vertitur vel virorem minutatim incisos cataplasma cū decocta lenticula.

De vnguium curuatura. Opꝫ assuescere cataplasmationē cū oliuaruꝫ oleo in quo cerā liquefeceris: aut vnguētum appone deachilon cum violato oleo dissolutū ⁊ amigd. oleo dulciū: vel cataplasma vngues mastice in oleo bani dissoluto cū vua passa abiectis interioribus

De vnguium lepre medel'. Sume quebrituꝫ croceum ⁊ arsenicuꝫ rubeum ⁊ trita diligēter cum aceto distēpera ⁊ loco appone. Aut sume viscū ⁊ zenichuꝫ in al's zerachū pēsuꝫ. j. cātaridum partis quartaꝫ tapsie dimidiū teresqꝫ diligēter oia cū aceto acerrimo distēpera ⁊ vnguibus appone. Aut sume fenugrecum ⁊ semē lini tritaqꝫ diligenter distēpera cum squigibi ⁊ vngues catapl'a.

De medela allisionis vnguium. Si vnguibus fiat cōstrictio ex percussiōe ⁊ alijs hu

huiusmodi mirti folia sume ⁊ granatorū tritaqꝫ aqua īfunde: ⁊ iterū ī mortario contere ⁊ vngues cataplā ⁊ emplīza cū tritici farina distēperata cū oliue oleo aut furfure cuꝫ caprarum adipe mixto ⁊ vnguibus adherere fac.

De offēsionis cura. Oꝫ illi iungere sepius: ⁊ cū pāno ꝯstringere. Et si vnguis corruptꝰ est ⁊ auferre cupis: vnguentū de achilon adhibe donec emollescat: ⁊ sic hoc appōe cataplā. Assignatio eiꝰ. Arsenici rubei ⁊ crocei lausiri. partes eq̄les. in mortario optime cū amigdal. oleo amararū ⁊ oliue misce hoc vnguentum auferet. Nō si picē cum oliue oleo liquefeceris ⁊ arsenicū adieceris rubeū ⁊ sulphur croceū cōtrita diligenter ⁊ locū cataplasmaueris vnguē extirpabit corruptum.

Capitulū. 18ᵐ. de passionū medela que in supficie corporis ab exteriorībꝰ cāis fiūt: ⁊ pmo de vl̄nere ⁊ vlcere simplici.

Et quoniam de morbis qui in corporis fiunt manifesto a causis interioribus dictum ē. Jam hoc loco passionum que in exterioribus accidunt medelas exponemꝰ a causis exterioribus. Dico ergo quoniam cause he aut a corporibus fiunt inanimatis: vt incisio ensis ⁊ similia. aut ab animantibus vt venenosorum punctura ⁊ ferarum morsus: ⁊ nos ab illis incipiemus que a corporibus fiunt inanimatis vulneribus ⁊ vlceribus. Dico itaqꝫ quoniam vlcera alia sunt simplicia alia composita ⁊ simplicia aut scissura tantū: aut simul profunda ē ⁊ nūc primū de simplicibus intuemur vulneribus.

Qum itaqꝫ vulnus scissura ē sine profundatione tm̄ ⁊ est recens ac cū sanguine. Cura eius ē labra vulneris stringē ⁊ adunare ⁊ curare ne quid illis intercidat vt puluis vel pilus aut oleū ⁊ fascia illud cū. iiij. fascijs duabus ab vtroqꝫ vulneris latere ⁊ duabus a superiori ⁊ inferiori parte ⁊ stringes illud: ⁊ si vulneris labra dilatata ⁊ abinuicē sūt semota retrorsum tunc incipiēdū erit ab vtriusqꝫ ligatione lateris: quo ad mediū illa reducas: ⁊ si alterū in latus decidit illud alligandū prius erit latus in quo labiū declinat quo ad aliud illud reducas labrum. Quod si nō adunātur nec coeunt labra insuenda sunt: fit autē hoc maxime qum vulnus in latum cadit corporis. Quod si incaluerit vulnus ponatur in eo fascia ⁊ sandalū siccū. sandalū nāqꝫ infusū si apponatur qum membro fuerit astrictū ⁊ loca confinia stringeris cataplā vt sandalo aqua intibe ⁊ coriandro recenti similibusqꝫ mārū prohibentibus accessū. Quꝫ aūt vulnus die secundo aut tertio inueneris ⁊ est recens ⁊ nō putridus sed minime cū sanguine. tūc scalpēda sūt labra cū stibij lati capite donec sanguinem emittat: tūc labra aduna ⁊ superppone illi fascias quēadmodū diximus. Curatur autē hoc vulnus simplex ligamēto solo a die primo vsqꝫ ad. iiij. nō indigens medicamibꝰ. Nō si plaga magna est ⁊ sine profundo: oꝫ hoc adhibere medicamen. Assignatio eius sarcocolle. ʒ. ij. aloes apij. asiafi memithe. cuiusqꝫ. ʒ. ij. mirte debeluani. cuiusqꝫ. ʒ. ß. ʒafrani obol. i. cōgrega hec medicamina cōtrita ⁊ cribrata: ⁊ quꝫ opus fuerit vtere. Qum aūt plaga profunda ē ⁊ aliquid ab ea cecidit carnis: tūc eius nō possunt adunari partes que in profundo sunt: quoniā aliquod oio remāsit spatiū ⁊ hoc luto repletur ⁊ sanie. Curādū itaqꝫ est medicamibus in quibus siccatio est ⁊ elimatio quo eorū desiccet humiditatē: siccitas que in vlcere adunata est ⁊ carnis prohibet productionē: emūdenturqꝫ eorū elimatione sordes plage. non est enim vlcus in quo humiditas non adunetur ⁊ sordicies: quoniaꝫ que in membro adunatur superfluitas propter eius cibum a nā expellitur ⁊ poris emittitur cutis. que ergo subtilis est ⁊ vaporosa egressione exit insensibili: que autem grossa est sordem facit que super cutē inuenitur. Hec due superfluitates in vlcere restant qm̄ mēbruꝫ ab eorum debilitatū est emissione ex superfluitate itaqꝫ subtili ⁊ tenui rubigo fit grossa aūt sordes. hac itaqꝫ de causa vlceri necessaria sunt medicamina que desiccent ⁊ lauent simul. desiccēt quidē rubiginē lauēt vero ⁊ eliment sordes. Nec vero oꝫ medicamen plurime esse desiccationis ne forte vlcus desiccet. ⁊ oriri prohibeat carneꝫ. sed oꝫ desiccatiuū medicamen esse. iuxta eius que in vlcere est rubiginis sordisqꝫ quantitatē. Operatur aūt hoc tēperate thus aloe. aristol. ro. ireos radix. cathimia argenti: tucia equaliter sūpta ⁊ cōtrita diligenter ac vlceri pulucrizata. Jn his eteiꝫ desiccatio est ⁊ elimatio. Quod si multa est humiditas ⁊ sordities in vlcere oportebit medicamina hec cū melle miscere. ⁊ tāq̄ vnguētum factuꝫ lineo pāno inducere ⁊ vulneri superponere. in melle nāqꝫ fortis ē elimatio. ⁊ fortiter lauat. pdest autem huic puluis iste. Assignatio eius. canthari. aloes. anzeroti. sanguis dra. equalia pōdera diligenter cōtere. ⁊ vulneri puluerīza. Cōsumet enī ab vlcere humiditatē ⁊ carnē adducet. Et si in capite est vulnus. sed vsqꝫ sub craneo nō perforetur. hoc vteris medicamine. Assignatio eius. sume olei ro. ʒ. x. cere. iij. ⁊ cerā in oleo liquefac. ac misce aloē. mirrā. sanguinem dra. cōtrita diligenter ⁊ vnguēto vtere facto pdest. Hoc quoqꝫ vnguētū ad adducēdum carnē vtile ē. Assignatio eiꝰ sume litargirij diligēter triti. ℥. ij. ⁊ proijce desuper olei onfacini. ℥. iiij. deinde coque ⁊ cōmoue donec dissoluatur. ⁊ tunc inice thuris sarcocolle. ireos radic. cuiusqꝫ. ʒ. ij. diligenter tritas misce diligenter donec spissetur. ⁊ sic vtere. Prodest etiaꝫ adducēde carni basilicuꝫ vnguētū. ⁊ si quidē vlcus nō caluerit. nec tēpus estatis nimij est estus. Quod si profundum est vulnus ⁊ os nō largū: oꝫ poni in vulneris ore bābacē veterem ⁊ butyrū. induceqꝫ liciniū: aut inijciā tur medicamina carnē adducētia cū iniectorio. Quod si plage os fuerit largū ⁊ ipsa profunda labra duo aduna ⁊ alliga. Sitqꝫ ligationis intortio circa profunditatē vulneris. laxior aūt circa os ciꝰ quo superfluitas ⁊ rubigo ad plage emittantur os exeantqꝫ stringes aurē sic mēbrū vt vulneris os ad inferiora dependeat quo ab eo rubigo defluat. Nō si hoc ī membro nō est ⁊ in plaga multa ē rubigo qū ab inferioribus ad superiora illam presseris in ptem oris equū erit vulnus ab iferioribus scindere membri loco quo profunditas finitur vlceris: quatenus ⁊ sanies ⁊ rubigo eo defluat loco. Sꝫ ⁊ si incidens vtiqꝫ terminum discooperias sanū ⁊ deinceps mediceris equius fiet. Sic ⁊ in apostematibus faciendū ē in quibus sanies facta est qum scideris cauterio: ⁊ qui inest sanguinē eduxeris corruptū ac saniē fecēqꝫ ⁊ huiusmodi mūdauerisqꝫ: tūc eorum cura ⁊ medela ē que ⁊ vulnerū profundorū: prius eteim bambace cōciso diligēter replenda sunt: sic vt nullus vacuus locus restet. Hoc quoqꝫ primo faciēdum est die. dehinc mane illā intuere: ⁊ si purgatū videris: oleum ro. imitte cuꝫ bābace veteri: ⁊ si minie munda sunt: butyrū appone vetus ⁊ bābacem veterē: ⁊ ita reple vt ad os apostematis perueniāt extremitates. in al. profunditates: hoc eteiꝫ vlcus purgat ⁊ que in eo sunt corrodit. Prodest ēt vulnus lauare post incisionem ⁊ ea que insunt cū aceto ⁊ vino emittere ꝯmixtis: aut cū melle ⁊ aq̄: desiccant eteim vulnus ⁊ purgant. Faciendū est hoc ēt omni vulnere rubiginoso quatenus purgetur: dehinc attēde ⁊ si mūdum rubigine ⁊ sanie ⁊ sorde vulnus aiaduerteris ⁊ limositate est vacuū: oibusqꝫ que comitātur vulnera accidentibus vno die bābacem vetereꝫ appone quo desiccetur ⁊ vno die vnguētum basilic. dictum. hoc eim carnē adducit ⁊ optie in vulneribus opatur. Adducit etiā carnē secaicū nabanam si cōburatur ⁊ vulnus cataplasmetur. ⁊ farasium si tritū cum melle distempatur ⁊ apponatur vt vnguentū. Qum autē caro producta fuerit: ⁊ iā equalis facta supfitiei cutis medicaminibus vtendū erit cicatrizantibus. Hec medicamia sicciora cē conuenit illis quibus vlcus adducitur: qm̄ opus est carnem desiccare ⁊ īdurescere quo fiat cutis: ideo ergo cicatrizātia medicamina magis sunt pontica: vt galla. alumen ⁊ granatorū cortices. Operātur hec ⁊ medicamia acuta si mediocriter qs illis vtatur. Sūatur itaqꝫ assenani feresiaci. p. j. calce dimidium. flos eris quata. terantur hec diligenter ⁊ super vlcus modicū quid puluerizetur mane ⁊ vespere: mūdeturqꝫ singulis diebꝰ bis vel semel. ⁊ sic medicamē aliud appone. Medicamen siccū. litargiri. folioꝝ sisami. mirob. citri. galle. cuiusqꝫ. par. i. granatorū cortic. aruci. cuiusqꝫ. par. ß. tere oia diligenter ⁊ super vlcus pulueriza. Aliud aloes aruci. geluari. galle. mirte. p. tere equales diligenter ⁊ vtere. Ulcera poro antiqua hoc cicatrizabis medicamine. Assignatio eius farine ʒerecare. thuris. cuiusqꝫ. p. i. ʒeniari. vi. p. tere oia diligenter. ⁊ cerā liquefac in oleo mirtino. ⁊ medicamine desuper pl̄ueriza. misceasqꝫ donec fiat vnguentum. ac loco cataplasma Est etenim medicamen ad cicatrizanđ validum. Et aliquādo sufficiens ē in mollibus corporibus. vt in pueris mulieribus ⁊ nouiter sugentibus. eunuchisqꝫ quod sine punctura desiccat. vt litargirū sibum cōbustuꝫ. si terantur diligenter. ⁊ super locū puluerizentur. Nōnūq̄ ⁊ solius bambacis appositio ⁊ eius librata quotidiana iminutio. intantū etiaꝫ vt nihil aliud necesse sit. vlcus enim desiccatur. ⁊ indurescit caro eius. Jn corporibus aūt quibus dura cutis est ad cicatrizandum vlcera fortiter desiccantibus opus est medicaminibus quo eam ad naturalē referant habitudinē vt medicamē in quo galla est ⁊ balaustie. aloe. ⁊ liquiricie folia ⁊ floris eris modic. q̄nto aūt corpora duriora sunt: tanto ⁊ medicaia fortiora desiccantia adhibēda sunt qualia sunt agoniatorum corpora: agricolarum venatorū aliorūqꝫ qui magni sunt exercitij ⁊ laboris in sole quo cutis eorū que ab vlcere humida facta ē

ad naturalē reddeat statum duritiei. adhunc modū opꝫ esse regimē qū ulcera simplicia sunt ⁊ accidentibus vacua.

Capitulum. xviiij. de cōpositorum vulnerum ⁊ vlcerum medela.

c Omposita autē vulnera. vt alio diximus loco. alia cū causis. alia cum morbo. alia cū accidētibus cōposita sunt. Et que cū causis hec sunt ad que materiei influunt superfluitates vocanturqꝫ huiusmodi vlcera fistule. medicanda autemt talia vlcera sunt corporis euacuatione cum mirob. decoc. ⁊ fructuum. aut rosarū sirop. aut viol. trociscis iuxta id quod ad vlcus in q̄titate influit. ⁊ secundū ꝙ patientis virtus suppeditat. cibisqꝫ illū pasce disiccātibus ⁊ subtilibus vt frāquillinis taugis assis ⁊ frixis. prohibeas aūt illum ab humectātibus multoqꝫ cibo. post hoc vlcus medere purgantibus medicaminibus que fortiter desiccant vt vnguento quod cum litargiro fit ⁊ aruco cum aceto condito ⁊ oliue oleo. Et si nimius fuerit fluxus. multaqꝫ humiditas galle aliquid adde ⁊ balaustie. aluminis iemenici. cathimie argēti. cuiusqꝫ iuxta ꝙ desiccatio est necessaria. Tradit aūt eximius. H. ꝙ mel solum sufficit vlceri purgādo: ⁊ si cū asari. ℥. iiij. ⁊ zemenici. in al' zerzari. ij. aristologie. j. sumātur ⁊ in aceto ameniacū dissoluatur ⁊ alia adunātur medicamina. vnguētū fit optimū vlceri fistule. Qd autē cum morbo qui ex mala est complexione aut cū organico: aut cū separatiōe cōtinuitatis siue in osse. siue in neruis seu in venis aut arterijs cōponit̄. Si cuꝫ mala cōplexione compositū est calida: certe sanguinē minui oꝫ patientē a latere vlceris ⁊ cōpetenti vena eidē in quo ē vlcus membro: educaturqꝫ sanguis iuxta qd patiētis fert virtus ⁊ morbus expetit ⁊ etas tēpusqꝫ. Vtaris aūt in eiusmōi egroto refrigerāti regimīe ⁊ restringenti: vt ordei aqua ⁊ tamarinď. granatorū. similibusqꝫ: die aūt phlebotomie pullis vescatur: deinceps mezauris siquidē febris committatur: sin pullos gallinarum prohibere noli cū heserem aqua ⁊ granatorum: apponas illi mala punica poma muza. pira. pruna. persica. mora. vlc⁹ cum vnguēto cura refrigerāti quale ē litargirum cum aceto tēperatum ⁊ arucum vnguētū quoqꝫ cerusse ⁊ vnguētum zemari. Apponas etiā sup fascias sandalum siccum ⁊ circūpones vlceri que calidis superponūtur apostematib⁹ sandala aquā intibe ⁊ queffare ac portulace.. Et si vlcus componitur cū mala ꝯplexione frigida. tunc patiēs calefacientibus ē regendus. locuꝫqꝫ singulis diebus aqua infunde tepida sepius: ⁊ cibandus eger carniū iure cum condimentis calidis: vuasqꝫ passas optimas dabis ficus siccas ⁊ antepersica: vinū quoqꝫ propinabis modicū ⁊ potum imminues aque frigide. Vlcus porro medicaberis cum basilicon vnguēto aut vnguēto nigro hoc. Assignatio ei⁹. Sume mardascnegi. ℥ j. olei oliue. ℔. iij. tere diligenter ⁊ bulli donec nigrescat: dehinc adijce candari. sanguis draconis. sarcocolle cuiusqꝫ. ℥. ij. ⁊ misce optie dōec vnguētū fiat ac vtere. Et si cū mala ꝯplōne sicca vlc⁹ ꝯpōit̄ aq̄ cataplasmādus ē tepida vulnus: violarumqꝫ oleo ac cum butyro mane ⁊ vespere patiens cibo humectanti reficiatur vt sorbitione ⁊ iure pinguidis etiam sorbilibus cibisqꝫ eius iuxta quod patitur augeatur: vlcus autem medicaminibus que parū desiccāt curetur: quale ē medicamē quod cū ordei fit farina ⁊ orobi. Et si cuꝫ mala hūida ꝯplōne cōponitur vlcus. Corpus cū mirob. curanduꝫ ē ⁊ turbit. patiētē subtiliantibus rege cibis ⁊ desiccantibus quēadmodū in illis ostensum est oportere fieri: quibus materiarū īminet fluxus: prohibe a multe aque potu in vlceris medela vnguentis vtere desiccātib⁹ quale est vnguentum qd cū balaustia fit ⁊ galla. Et hec est vnguēti fortiter desiccātis assignatio. Litargiri triti ⁊ cū oliue oleo vel aceto cōdito p. i. in mortario tūde donec intumescat ⁊ albescat dehīc superadde balaustie. galle eris vsti. sanguis dra. asetēgi. aluminis iemenici. cathimie argenti. cuiusqꝫ. p. iiij. que proiecta in mortario cōtere donec cōpleatur ⁊ vlceri appone ⁊ vulneri in die vsqꝫ eius vltimū. vespere facto bābacē vetustū appone quoniā vlcus extergit ⁊ desiccat ac durū facit: mane scō vnguētū adhibe rubeū vsqꝫ diei finē. ⁊ si hec ad desiderata perducit desiccātia nō augebis. sin. hoc vtaris vnguento. Assignatio eius. Candari farine ordei. tucie carmanice. accathimie argēti. aristol'. l. liquiritie radic. equales partes tere diligenter ⁊ cū melle distempera dispumato. ⁊ in vlcere quod multe ē rubiginis ⁊ sordis vtere. fortiter etenim desiccat: ⁊ si proficit nihil augeas. Sin vnguēto zeniari vtere moderata quātitate: nec multū appones illū ne forte corrodat vlcus: sꝫ eo die vtere vno ⁊ sequēti bābace veteri. Sic etenim vlcus desiccabitur ⁊ a sorde purgabitur: hoc quꝫ compleueris ad vnguentum transi basilicon. ⁊ si non hoc tibi fuerit vnguentum ⁊ multe humiditatis vulnus videris ⁊ tumoris intantum vt carnē putrescere faciat ⁊ corrūpat: medicamīe vti oꝫ acuto. hoc etenim desiccabit hic qum feceris si prurigo abinde oritur butyrū ⁊ bābacē vetustū appone donec recedat: sed ⁊ si q̄ desiccatiua adhibuisti nō prosunt: vtere igne quēadmodum in chyrugie partibus disponemus: hocqꝫ vt caro aduratur mala ⁊ ad bonam vsqꝫ peruenias saluā ⁊ rubeā. dehinc butyro quo pruriginem auferas vtere: ⁊ tunc medicaminibus carnē adducentibus cura.

Capitulū 20. de vlcerū me. que cum morbo componuntur organico.

c Um autem vlcus cū morbo cōponitur organico. morbus h̄ aut est apostema aut caro superflua. ⁊ si est apostema calidū phlebotomia est vtendū ⁊ sanguis ē emittēdus ea qua necessitas iperat quātitate: siquidē virtus ⁊ etas aliaqꝫ huiusmōi obediunt. Tunc patienti iulab ꝓpina ⁊ squingibin ac ordei aquā ⁊ mezauris ac bucedis granatorūqꝫ pasce aqua. Quod si illi virtus debilis ē pullis pascatur franglinis ⁊ taugis similibusqꝫ. Vlcus aūt cū ceruse mediceris vnguento ⁊ zeniari vel vnguēto rubeo quod cū litargiro fit acetoqꝫ in al' aruco ⁊ oleo oliue ⁊ fascijs superpone saudalū siccū ⁊ circūpone vulneri narduꝫ ⁊ sandalū intibe aquā ⁊ queffare ac semperuiue. Quod si cut vlcere caro ē superflua. zeniari vtere vnguento. Et si in labijs vulneris carnē inueneris durā scalpe cū stibij capite ⁊ camadini donec deficiat ⁊ auferat̄. Qꝫ si caro hec crossa fuerit cū ferro eā abscinde: ⁊ sic vnguenta adhibe cōpetentia. Et si dura caro in vulneris ē profunditate tunc inducendū est stibiū cōbustū vlceri ⁊ scalpenda caro donec sanguinea efficiatur: ⁊ si stibiū nō perueniat ad profunditatem vulneris incidendū est: quo ad carnē fiat accessus scalpēdaꝫ ⁊ auferendā: ⁊ deinceps medelā adhibeas: ⁊ si auferre nō preualēs acutū appone medicamē vt colofon. ⁊ diberdic. quod carnē comedit ⁊ post cū butyro cura donec prurigo excutiat̄ Ac carnē adducenti medicamīe cura.

Capitulum. 21. de me. vlcerum que cū cōtinuationum separatione cōponūtur.

c Um autem vlcus cōtinuationis cōmittatur separatio intuendū ē si cōtinuationis separatio arterias cōcidit: aut venas. sanguisqꝫ defluit ⁊ fluxus nō amputatur locū cōprime cū pāno in aceto ⁊ aqua f. infuso: ponaturqꝫ pāniculus infusus eiusmodi super locuꝫ qui supra mēbrū patiens ē: ⁊ hoc sepius: ⁊ si sanguis a manibus pedibusqꝫ fluxerit: loca que supra mēbrum patiens sunt stringe: quoniam manifestissime prodest: sitqꝫ ligatio hec nō multū fortis nec debilis: quoniā que fortis est materiā attrahit ad mēbrum ⁊ parit dolorem. debilis autem sanguinem non cōcludit: ⁊ si sanguis fluxus sic aufertur bene. Sin cōprime locū cū gūma helati aut cū terra fictili qum camino educitur. opprime ēt cū ratinego ⁊ calcis puluere subtili: ⁊ si arteria aut vena manifesta est digitū eius superpone loco ⁊ apꝓhēde ac ꝑ horā tene: tūc sūe olibāi farine. p. i. aloes. dimiď. ⁊ cū oui distēpera albumine. sūptisqꝫ leporis pilis superfūde ⁊ ori appone vene. ac liga diligenter multis vittis ⁊ sic dieb⁹ tribus permitte: dehinc solue: ⁊ si medicamen adheret vlceri alio illū circūfunde: ⁊ si ablatū ē digito locū sine molestia cōprime ⁊ medicamē paulatim amoue: eiusqꝫ loco aliū appōe ⁊ optīe liga fasciāqꝫ ter aut q̄ter illi circūuolue aut qnquies nec hoc facere desistas donec caro oriri ceperit super venaꝝ ⁊ arteriarū ora. aufert autē ⁊ amputat arteriarū sanguinem hoc. Gallā sume cōbustā ⁊ in vino vel aceto proiectā tritāqꝫ diligenter super vulnus ⁊ arteriā pulueriza. Gipsū quoqꝫ si cū puluere misceatur molēdini ⁊ cū albumine oui distēperatū fuerit ⁊ intingantur in eo pili leporis ⁊ loco apponantur sanguis amputabitur.

De neruorum vulnere. Qum autē vulnus in neruos ceciderit aut illis proxima nō oportebit carnē superinducere donec multi transeant dies ⁊ ab apostemate securus fiat. Si eteniꝫ neruis apostema acciderit securus nō eris a spasmo q ad cerebrū attinget ⁊ patiētē perdet. huic ergo patienti oꝫ aperientia apponere ⁊ infundere mēbrū butyro oliue oleo ⁊ viol'. tep. ⁊ lanā superponere in oliue oleo calido infusam. Caueas aūt oīo ⁊ tota diligentia mēbro aquā approximare aut medicamē quod cū aq̄ solutū fuerit sed duob⁹ aut tribus dieb⁹ lana cataplasma que intincta sit oleo oliue tepido: ⁊ si oleo parū aceti misceas vtilius erit: transactis duobus aut tribus diebus qum dolor sedatus fuerit ⁊ apostema nō times: tūc his que carnē

adducūt cura. Quod si neruo oppressio inciderit ab aliq̄
re acuta ⁊ subtili vt acu ⁊ sagitta in eorū medela opus ē me-
dicaminibus fortioribus ⁊ magis acutis ne forte eorū virtꝰ
debilitetur in penetrāda cute dū ad locū tendūt neruorum
facit autē hoc vnguētū qd cū euforbio fit. Assignatio eiꝰ olei
onfacini.ℨ.x.cere.r.ℨ.ij.⁊.ς.euforbij recentis.ℨ.i.cerā in oleo
liquefac ⁊ euforbiū inijce.⁊ si euforbiū vetus ē augēda ē eius
quātitas iuxta eius vetustatē:nō tamē euforbio nimiū veteri
vtēdū ē. Qum autē in mēbro in quo neruus est apostema
acciderit calidū nimijqꝫ caloris medicaminibus vtere que
cū aceto fiunt. Assignatio eius. Sume calcadisi obolos
iiij.ȝagi.ℨ.iiij.tūbali eris.ℨ.m.galbanū.ℨ.v.thuris.ℨ.h.cere.pi
cis.cuiusqꝫ.ℨ.xxxvij.ς.⁊ de aceto acerrimo.℔.i.⁊.℥.ij.tere
cū aceto medicamina diebus cōtinuis ⁊ in lapideum proijce
cacabū ⁊ liquefac:ac diligēter cōmoue donec perfectum fiat
⁊ qum opus videris cōmoue ⁊ vtere mēbrūqꝫ cataplasma ⁊
lanā aceto infusam superpone ⁊ oleo.nec vero oꝫ neruis qui
lesi sunt medicaminū aliquid frigidoꝝ approxiare. Quꝫ
aūt spasmus fit ex nerui vulnere neruū abscindere accelera.
cui spasmus factus est ne forte ad cerebrū vsqꝫ spasmus at-
tingat ⁊ intereat patiēs.dehinc dorsi spondiles oleo linias
viol'.cū adipe anatis liquefacto ⁊ galline.Sic ⁊ si quādoqꝫ
vulnus fiat in capite quod ad cerebri partes penetrat ⁊ ope-
rimētū.medicamina nō erūt acceleranda que carnem addu
cant ⁊ cicatrizēt.Si etenim hoc feceris patienti interitus nu
tritur festinus:quoniā cerebrū intumescit ⁊ animus cōfūde-
tur spasmusqꝫ fiet:appone itaqꝫ lanā oleo intinctā diebꝰ tri-
bus quo ⁊ ab apostēate ⁊ spasmo securus fias:⁊ post hoc vn
guento vtere ⁊ pulueribus carnē adducētibus vt qui ex mir-
ra fit.aloe ⁊ thure.vnguētoqꝫ nigro ⁊ similibus. Quꝫ āt
vlcus cōponitur cū fractura ossis.medela ⁊ cura que vlceris
ē cū emplastris fit roborātibus.Quod autē in osse confra-
cto cōsolidātibus fit:hoc est si vulnus in capite ē:⁊ os aliqd
cranei fractū fuerit:sed tamē operimēto nō officit.ossis locꝰ
cū aristol'.ē cataplasmādus.ro.diligenter trita ⁊ cum aqua
distēperata quoniā os educet.post hoc medere cū candaro
⁊ mirra equaliter tritis ⁊ cū melle distēperatis ⁊ cū vino co
cto donec nodetur ⁊ cū licinio fricabis ⁊ vnguētis vtere iux-
ta quod ante exposuimus.Qum autem in vlcere aliquod os
erit putridum:cuius signum ē ꝙ aliquotiens cicatrizat̄.ali-
quādo aperitur vulnus ⁊ rubigo īde defluit si stibij caput in
duxeris vulneri moueri intus senties ⁊ stridere:hoc ītellecto
medicamē appone acutū qd corrodit carnem mortuam.hoc
vbi feceris ⁊ locus tāq̄ prurigo factus est aut caro fluxa.bu
tirum appone tepidū donec caro decidat adusta ⁊ os nudet̄
manifestato osse si potes incide.sin butyrū adijce secūdo te-
pidū donec ipsuꝫ decidat.⁊ sic curabis.die qdē cū floris eris
vnguento.die alio cū bambace donec caro oriatur ⁊ cicatrix
superinducatur.

Capitꝫ.xxij.de vlcerum cum accidentibus composito-
rum medela.

q Uando aūt cōponitur cū accidēti vlcus ⁊
est accidēs hoc dolor grauis.erit
hoc curandum medicamine.sume granatū dulce in
vino coque ac vlcus emplastriza.Quod si nō sedatur dolor
dormitationē faciētibus cataplasma exterius medicamībus
vt opio ⁊ elberuo ⁊ similibus.quo dolor mitigetur.Quo quie
scente medicamē aufer dormitionis.Quod si nimium appo
natur nocet mēbri sensui ⁊ carneꝫ prohibet oriri. Qū aūt
accidens hoc vulneris est denigratio intellige vlcꝰ cōputruis
se ⁊ pessimū factū.Quare acceleranda est sanguinis minu-
tio patienti a vena que mēbro illi conueniat si virtus ⁊ etas
tempusqꝫ ⁊ alia huiusmodi adiuuerint.dabisqꝫ patienti fru-
ctuum aquaꝫ aut lebelabi.cū.cass.f.rotula.Reges aūt illū re
gimine refrigeranti taꝫ cibis q̄ alijs.⁊ in quo est locus sit fri
gidus.Maxime si tēpus fuerit estas proximaqꝫ sint illi.san-
dal'.aqua.ro.cāphora.⁊ odorifera frigida.meꝫauris illū pas
ces que ex cucurbitis fiūt atriplicibus ⁊ masso cū aqua gra
natorū ⁊ heserem aut aceto ciba quoqꝫ illum lactuca intiba
portulaca.Et si invirtute apparuerit debilitas.pullos dabis
franquillinos.locū vero quiē niger butyro cataplasma ⁊ fo
lijs intibe ⁊ cathemie.sed ⁊ solatro diligenter trito cū modi-
co viol' oleo vel.ro.quo stet passio. Quam vt stare videris
eiusqꝫ signū ꝙ eneruatum est vulnus.⁊ emollitum videbisqꝫ
in nigredinis terminis tanq̄ incissuras ⁊ extremū albū ī cir
cuitu tunc butyrū appone.⁊ floris eris vnguētū cū sarcocol
la diligenter trita.donec oīo nigredo cōsumatur.⁊ ad carnē
peruenias rubeā.Sic deinceps carnē adducentibus mede-
beris.Et si vlcera dilatari videris ⁊ nō cōsolidari ⁊ tāq̄ gra
nula in eo aliqua.oleū appone.ro.⁊ ceruse vnguētum.⁊ ma-
lorum caueat chimorū a cibis patiens.calefacientibusqꝫ ⁊ re
frigerantibus vescatur.

Capitulꝫ.23ꝫ.de fistularum medela.

s I ex accidenti vlcere fiat fistula:cura eius ē bā
bace cōprimere veteri infuso vino ribāo
⁊ puluere vel sulphure croceo circūfuso. Et si locus
plurimū profundus ē licinio oportebit interiꝰ intorquere me
dicamē ⁊ aquā rosatā in qua vitis lignū infusum fuerit adu
stum hoc medicamē proderit:⁊ incidere oportebit:⁊ deīceps
vulnerum adhibere curā. Et sciēdum qm̄ qum vulnus in
pectus ceciderit:⁊ ad cōcauitatis eius vsqꝫ terminuꝫ perue-
uerit aut in cerebro ad terminos vsqꝫ vētriculorum eius atti
gerit:eger nō viuet.Sic ⁊ si in epate magnū fiat vulnus aut
stōaco.patiēs nō euadet.nisi paruū fuerit.ab hoc eteni quā-
doqꝫ liberabitur.

Capitulū.24ꝫ.de educendis sagittis ⁊ spinis ⁊ silibus

s Agitta aut spina si in aliquo intrauerit mē
bro:loco.s.quo ferro educi nequeūt
loco p̱ quē ingressum est aliquid horum aristol'.ro.
apponatur diligēter trita ⁊ cū assego distēpata.sitqꝫ ibi die-
bus aliquot. Uel sume cāne radicē feresiace viridis ⁊ tritam
diligēter cū melle misce locoqꝫ appōe. Aut sume embati gū
mulā ⁊ picē liquefacias ⁊ imisce ill' adꝫelfar i al's athelphar.
tritū diligēter.hoc eīm ferrū educit ⁊ extrahit eū in locū quo
forcipibus ⁊ alijs poterit educi. Nos autē quo modo p̱ for-
pices fiat eductio eo ostēdemꝰ loco q̄ de chyrurgia dicemꝰ.

Capitulū.25ꝫ.de ignis adustionis medela.

q Um corporis adurit̄ locꝰ oꝫ ouū lo-
co excutē aut attramē-
to feresiaco illinire ⁊ pāno refrigerare aqua rosa.in
fuso:⁊ ēplastrū adhibelēticulaꝝ tritarum diligenter ⁊ deco-
ctarum.Aut terrā armenicam cum aceto aqua mixto. Sūe
quoqꝫ adhesum in alio badesā ⁊ ordei alfitum diligenter tri
ta ⁊ distēperata cū oui albumine ⁊ aqua rosa. loco appone.
Sꝫ ⁊ cerusam sume martacū cuꝫ oleo ro.⁊ oui albumine:ac
cū modico vini aceto p̱cute ⁊ locū cataplasma:sitqꝫ frigidū.
Unguentuꝫ quoqꝫ calcis si loco apponas vtile est. Assigna
tio eius. Marsagele.i.calcis albe extincte q̄tuꝫ vis aque in
funde ⁊ duabus mitte sic horis:dehinc aquam excola ⁊ aliā
appone.Sicqꝫ q̄tū oꝫ facias fecēqꝫ p̱ijce ⁊ aquā dimitte do
nec clarescat ⁊ resideat qd immergitur.Jam tunc aquaꝫ pe
detentim excolabis:⁊ quod mersum fuerit sume ac paruꝫ sic
catum cum oleo rosa.diligenter misce.vt tanq̄ vnguentuꝫ fi
at ⁊ vtere. Et si adustio ex calida facta fuerit aqua oliua
rum aquam salsarum superinfunde ante q̄ turgeat :aut ci-
neris aquam. Ut autem intumuerit vnguento vtere ceruse
⁊ vnguento calcis prodest enim.

Capꝫ.xxvj.de medela percussionis cum flagellis.

i N huius medela pellē oꝫ sumere bidentis
que statim ab aīmali fuerit abla-
ta calidāqꝫ apponere loco percusso.qm̄ eo die ⁊ no
cte sanabitur.aut certe lini sume pānū ⁊ aqua īfusuꝫ frigida
percussionis appone loco ⁊ imuta quādoqꝫ:oꝫ tamē prius
locū manibus premere ⁊ pedibus calcare.dehinc que diximꝰ
appone.emplastriꝫa etiam cū espidabagi vnguento quoniā
proderit.Et si caro percussiōe aut alia re cōtrita ē sanguisqꝫ
cōclusus sub cute.cū fugilibus emplastriꝫa admixta panis
medulla bonū ē enim ⁊ vtile.

Capitulū.xxvij.de cōmuni eorū medela quos attracta-
uit aut pupugit animal venenosū.

e T quoniam de morborū medela ⁊ pas-
sionum dictū est que in cor-
poris fiūt exterioribus ab exterius aduenientibus
causis.vt ab inaīantibus corporis.iam hoc loco dicemꝰ eas
que a corporibus fiunt animatis.vt animali venenū habēti
primūqꝫ de medela disputabimus que morsui ⁊ percussioni
animaliū cōmunis est venenosoruꝫ. Oꝫ ergo qū hominē
reptile pupugerit.aut venenosum animal attractauerit vt ali
quis sit qui ore loco statim sugat sed cauendū ne ieiunus sit.
sugatqꝫ qui id exhibet vinū.⁊ in ore oleū habeat oliue.⁊ opti
me locū sugat ⁊ expuat.liget aūt que desuper locū sunt forti-
ter ne possit virus ad corpus transcurrere:⁊ si locus incissu-
ras patitur minutatim incidatur.⁊ apponatur sicia sepius ⁊
que mēbro vicina sunt ventosentur:sicia etenim cū igne virꝰ
abstrahit ⁊ alia a mēbro profundo.sitqꝫ ignis multus qui ar
deat ⁊ adurat.Oportet aūt aliquādo mēbrū abscidere.si qd
pupugerit aut attractauerit animal mortiferū est.vt est vipe
ra ⁊ cerastes.si quidem possibile est abscindi.Tradit enim

optimus galienus hoiem in vincā laborantē vipera esse percussum in digito. Qui cū viperam esse intellexisset digitū falce quam tenebat abscidit ⁊ a morte liberatus est. Q; si venenum in corpus diffunditur oportebit statiꝫ percussū sanguine minui. maximeqꝫ si sanguinea in eo superfluitas est. ⁊ aliquid illi piperis porrigendum est ac allij. propineturqꝫ vinū vet⁹ ⁊ loc⁹ calefacientibus cataplasmetur. ⁊ cutē mordētib⁹ vt sqlla. ⁊ allio agresti. Aut certe cinis vitis sumat̄ ⁊ arboris ficus cū aceto ⁊ iaro ⁊ cepa cum alfito. Aut pone porri folia ⁊ farinam ⁊ sal. aut caterū. aut caprarum fimus: aut roretur locus cū aceto in quo camomillā ⁊ sequebegum decoxeris. Et expedit gallū scidē ac apponere calidū attractatōis loco aut percussionis. venenū eteim extrahit ⁊ dolorem mitigat ⁊ desiccat. vtere ēt sal' vnguēto ⁊ eo ꝙ cuꝫ cacl'a fit. propina illi intibe aquā amare ⁊ pedē porcinū diligēter tritū cum aceto. aut vino cū sale quo cbēnas fuerit conditus. ʒ. iij. illi ꝓpina ⁊ sanguinē testudinis marine. aut castorei exagiū. j. cuꝫ vino mixto. vel seliami semē aut lauri baccas: seu cancruꝫ fluuialem assum. vel aristol'. sume. r. ʒ. j. cū. ʒ. x. succi porri ⁊ tātūdem vini. Radix quoqꝫ hermeli si sumat̄ de ea dimidiū exagium fortiter prodest: prodest ēt illis hoc electuariū. Assignatio eius. Baccarum lauri ⁊ lilij. ireos radicum. ziziberis. aristol'. ro. cuiusqꝫ. ʒ. v. thuris pulueris. rute agrestis. cuiusqꝫ ʒ. iiij. orobi. farie. ʒ. iij. tere oia diligenter ⁊ cuꝫ vino distempera: propina exagiū dimidium. Propinetur illis quoqꝫ tyriaca cum pigano: aut tyriaca magna sub exagio dimidio vsqꝫ ʒ. Hoc ē vniuersale regimen cōtra venenatorum morsus ⁊ puncturas. quod singulis proprium est hic exponemus.

Capitulū. 28m. de morsu hois ⁊ simie ⁊ canis medela.

a Etende morsum hois si ieiunus ē magis nocet. Ydeoqꝫ accelerandum ⁊ locus cum pice cataplasmādus: ⁊ emplastrū cineris vitis adbibēdum distēperati cū aceto. Aut sume cepam ⁊ tritā cū melle distempa ⁊ appōe. Uel sume ireos radicē tritam diligēter ⁊ cum aceto distēperatam appone. Uel radicū fenicl'i cortices cōtritos ⁊ cū melle mixtos. Sꝫ ⁊ fabarum farina cū aqua distēperata ⁊ aceto oleoqꝫ ro. ⁊ si locus tumet litagiro cataplasma. Canis ⁊ simie morsus in primis cura cū cepa ⁊ sale cōtritis ac distēperatis cum melle ⁊ loco appositis.

Cōtra cāis morsuꝫ: stati acetū acerrimū sup̄fūde: aut acetum nitri: aut lanaꝫ sume succidam ⁊ aceto infusam ac oliue oleo appone. Cepa quoqꝫ cuꝫ melle tunsa si cataplasmetur ꝓdest. Catapl'cē ꝙꝫ h vnguēto attractiōis loc⁹. Assignatio eius. eris corticem. galbanū. zeniar. ireos radicē cuiusqꝫ: par. i. purgamēti argenti. p. ij. tere diligenter ⁊ liquefac cum oliue oleo ⁊ cera. ⁊ cōtrita admisce. medicamina ⁊ vnguētum fac locoqꝫ appone. Unguentum aliud homis simie canisqꝫ morsui. Sume cere adipis galbani. cuiusqꝫ. ʒ. v. olei loti. ʒ. xx. liquefac oia in oleo vt fiat vnguētū ⁊ morsum locū cataplasma sanabitur enim.

Capm. xxix. de leonis ⁊ leopardi morsus medela.

b Os morsus medicaminibus curare oꝫ te attrahentib⁹. vt emplastro quod de aristol'. fit ⁊ ireos radic̄. ac melle. ⁊ narcisci cepa si terantur diligent̄ ⁊ loco apponātur cum aceto ⁊ aqua prodest: vnguentuꝫ etiam quod diximus i quo eris cortices sunt ⁊ zeniarū ac quema prodest.

Capm. xxx. de morsus ebenars ⁊ badie in al' haxue me.

e Benars mors⁹ cū cepa ⁊ allio cataplasmādus est. ⁊ patientē allium ⁊ cepam comedere precipe. badie vero dentes in morsure remanent loco ideo dolor perseuerat. id circo dentes loco opꝫ educere fricando. s. cū oleo ⁊ aqua tep̄. Ut exierint locuꝫ optime suge. ⁊ aquā desup stilla. in qua furfur decoxeris. locoqꝫ vitis cineres adherere fac cum oleo: est enim vtile.

Capm. xxxj. de rabidi canis medela.

cribra ꝛ vtere. Assignatio trociscorum arsenici vtilium pustu
lis ꝛ vlcerationibus putridis vlceribusqʒ gingiuis corroden
tibus.sume ʒernichi rubei ꝛ crocei.cuiusqʒ.ʒ.caquie.viij.alu
minis iemenici galle.cuiusqʒ.ʒ.iiij.lapidis calcis.vj.tere oia
diligenter.ꝛ cū aceto distēpera.trociscaqʒ ꝛ qum opus fuerit
vtere contritis ꝛ cribratis.pustulasqʒ eis frica ꝛ vlceratio
nes putridas. ꝛ post hec oleum suge rosarum cum aceto
dehinc aquam rosatam ꝛ oleum rosatum. Calicō quoqʒ me
dicamē est vtile oibus vlceribus ꝛ pustulis corrodētibus pu
tridisqʒ in lingua ꝛ ore.si locus eo fricetur optime donec qđ
putridū est comedat ꝛ auferat.post quod aquā sugat rosatā
ꝛ acetū ꝛ post rosarū oleū.

Capitulū.77.de passiōis medela que in ore ꝛ oibus ei⁹
fiunt partib⁹.ꝛ primū de fissuris labiorū emorroid.ꝛ pustul.

s **I labijs** fissure acciderint ꝛ est illis profun
ditas cataplasma illas cū anatis
adipe cū cera liquefacto aut rosis siccis tritis admi
xto modico dragaganti ꝛ sic cataplasma:aut sume amilum.
quethirā.cerusaʒ.gallā.equaliter.tritasqʒ cribra ꝛ misce cum
galline adipe in qua parū liquefeceris cere:sintqʒ medicami
na tantūdē quātū ꝛ cera ꝛ oleū ꝛ super pāniculū ponantur
subtilem qui intra cānā est nebaticā:quo medicamē i suo ser
uetur vigore. De emorroidibus. Emorroidū labiorū cu
ra cephalice est iminutio.aut.iiij.que in labijs sunt venaruʒ
que iabarel dicuntur arabice amputatio cū minuta incisiōe.
Aut sitiā appone ꝛ emorroides amputa ꝛ rosa vestias sicca.
ac sarcocolla ʒafranoqʒ quoniā vtile est. De pustul. In
pustulis cephalicā phlobotoma.ꝛ decoctionē propina miro
bol.aut cū ceruse vnguento cataplasma:aut lithargiro:ꝛ gal
la tritis diligenter ꝛ cū cera oleoqʒ rosarū liquefactis.

Capitulū.78.de doloris dentiū ꝛ cōgelationis medela.

d **Entium** dolor quʒ ex calido accidit patien
tē acetū sugere impera: ꝛ aquā ro
satā cū modico cāphore:aquā quoqʒ sūmag cum ar
noglossa:aut sumat populi folia ꝛ tarse fructū.ac cū aceto co
quat ꝛ sugat. Et si gingiuā videris rubeā cephalicā patiētis
phlebotoma. Et si cholere apparent rubee vestigia.cū miro
bal.solue ꝛ aloe ꝛ tamarindis ꝛ ʒaccara. Et si dentiuʒ dolor
ex frigido fuerit.patientē solue cū hyere pill. ꝛ dētes cū hye
ra pic. frica ꝛ aquā mellis sugat in qua ʒufā coxeris ꝛ faute
negū:aut in ore acetū teneat in quo lauri baccas decoxeris ꝛ
folia aut capparis radicis cortices ꝛ piretrū.ipsumqʒ sugat.
aut coquat cucumeres agrestes ꝛ in ore teneat.aut elleborum
nigrū in aceto decoquat.fertur āt quoniā cācri cū oleo lilioꝝ
decocti vtiles sunt dentiū dolorib⁹. Et si nō sic quiescit appo
ne aliquid appolonie grece.aut tyriace magne in aceto lique
facte pone.super molares dentiū cū pāno aut bābace aut sul
phuris medicamē:aut socrite quoniā hec dolorē sedant. aut
sume alleū ꝛ super mollares pone comestos.aut coloquinti
de adipē in aceto decoque ꝛ sugat.aut antepersicorum sume
ossula ꝛ sal optimeqʒ tere ꝛ cū aceto distēpera ꝛ super mola
rē pone.vel ʒinʒiberē in aceto coque ꝛ melle ac superpone:vl'
frica dentes in quibus dolor ē.aut sume serpentis spoliū ꝛ in
aceto decoque ipsumqʒ sugat quoniā dolori prodest ex frigi
do dentiū. Assignatio ad dolorē molarium ex frigido. Su
me piperis.ʒ.v.piretri.mintengi.cuiusqʒ.ij.buraci.iij. tere ꝛ
cū melle distēpera.molarēqʒ cōprime.aut sume opiū.ꝛ cū mi
ba pasta fluxa ꝛ molari superponēs astringe:vel sume arse
nicū ꝛ cū galbano optime misce ac molari applica.aut suni
ʒo trito diligēter molarē reple.quoniaʒ dolorē sedat. acetum
quoqʒ ꝛ sal si in ore teneātur ꝓsūt cōgelationis dolori mola
riū ex calido aut ex frigido eo ꝙ in aceto refrigeratio sit ꝛ ꝓ
fundatio sua subtiliatione ꝛ penetratione i molaris substan
tiā:ideoqʒ dolorē sedat ex calo ꝛ quoniam subtiliat ꝛ incidit
humorē phlegmaticū dolorē sedat ex frigido. Sal aūt eo ꝙ
in eo dissolutio sit ꝛ subtiliatio ac superflue desiccatio humi
ditatis. Assignatio al' ad dolorē molariū.piretri.ʒ.nusaderi.
opij.cuiusqʒ.ʒ.ʒ. tere diligēter ꝛ molarē reple comestū ꝛ sup
ponat cere modicū. Q si nō h̄ ꝓsūt medicamīa.coctura vte
re ꝛ igne hoc modo sume olei oliue.℥.vnā.maiorane.hermeli
cuiusqʒ.ʒ.ij.tere duo hec diligenter.ꝛ in oleū proijce ꝛ fortiter
bullire fac.ꝛ patientis ori insuffla.molarēqʒ qui patitur con
sidera illiqʒ fistulā superpone ferri aut eris croci mundato
prius molari his que corosa sunt.tunc sume duas acus ferri
ꝛ in igne pone.donec simul incaluerint calore nimio.tunc su
me extremū acuum.ꝛ in oleo merge cū medicaminibus de
cocto fistuleqʒ induc.donec vsqʒ molarem attingat.ꝛ in fora
mine eius pone.feratqʒ patiens donec refrigeretur. Ut aūt
refrigerata fuerit in ignem cōuerte donec incalescat.ꝛ aliam
sumptā oleo imerge:ꝛ cū ea quēadmodū cū alia fecisti fac.
qumqʒ refrigerata fuerit ad ignem cōuerte.ꝛ alia sūpta simi
liter fac sepius quoniā dolorē mitigabit. Si non mitigat̄ ex
tirpa ꝛ extrahe. Medicaminis assignatio qđ ꝯmestas educ̄
molares ponatur i molari lac asine ꝛ asa fetida.educunt eiʒ
Si aūt dentiuʒ imoratur productio gingiuas cū butiro.aut
cum cerebro leporis frica aut ossium eius medulla. Assigna
tio medicaminis galieni in medicaminibus cōpositis ad do
lorem molariū.sume piperis piretri titimalli lactis ꝛ terens
oia diligenter cum galbano distempera ꝛ super molarem qū
opus fuerit pone. Medicaminis assignatio vtilis dētib⁹
corrosis.iusquiami.merue.quēne.apij.mihe.cuiusqʒ.partem.
heltiti iocundi.piperis.cuiusqʒ.ʒ.partem tere hec diligenter
ꝛ distēpera cum palmitum vitis aqua.ꝛ sume de eo asiafum.
dentesqʒ cataplasma.ꝛ super molares pōe corrosos. Me
dicaminis assignatio molarium corrosionē superfluam ar
cens.sume sunizum frixum.ꝛ cum aceto tritū acerrimo super
molarē pone quoniaʒ prodest. Assignatio ad dolorem mola
rium.piretri.mintengi.ʒinʒiberis.buraci.cuiusqʒ.ʒ.iij.pipis
.vj.tere oia.ꝛ cum aceto distempera.locoqʒ superpōe.ꝛ si me
dicamina hec sūpseris.molariqʒ corroso cōprimas ꝛ frices
cum eis dolorem sedat. Assignatio medicaminis ad dormi
tationem que dentibus accidit cōgelatio vocata.portulacam
masticet cū suis ramis.aut sal ieresi.molaresqʒ cum eo fricet
aut oleo vngat ʒēbaci.aut oliue.bis.vel ter.oreqʒ teneat aut
espidabagi ius pingue.aut dulciū amigdalaꝝ oleū.aut ēba
ci gūmā masticet. De dentium medela.debiliū ꝛ cōmoto
rum quibus iminent cōcauitates.dentes debiles quibus hoc
accidit propter etatis magnitudinē nullā suscipiunt curā.qū
autem ex humiditate contigerit que neruos humectat ꝛ gin
giuas ꝛ laxas facit.medicamine eget reprimenti.vt alumis
rubei.carmaregi.balaustie.cuiusqʒ parteʒ.rose.ru.partes.ij.
tere oia.ꝛ gingiuas dentesqʒ frica. Assignatio al'.carmaregi
rameʒi.mirobalani.cimini.cuiusqʒ.iij.ʒ.balaustie rose.sūma
ci.cuiusqʒ.v.cortic̄ glandium exteriorum.mirti granorum.sā
dali albi.cuiusqʒ.ij.tere oia diligenter.ꝛ dentes frica. Me
dicaminis assignatio que dentes roborat ꝛ confortat.fusali
cusmaʒagi.galle.ielnari.rose.sumaqui.glandiuʒ cortic̄.bēne
mectice.mirti.granorum.equales partes tere ꝛ vtere. Alia
sandali albi.rose ramecci sabadi.cuiusqʒ.ʒ.iiij.tharatiti.cus
maʒagi.glandium cortic̄ exteriorū sebbi iemenici.cuiusqʒ.ij.
sūmaqui.seminis rosarum.cuiusqʒ.iij.tere omnia diligenter.
ꝛ dentes frica.ꝛ si sebbum coxeris rubeū cum aceto ac masti
caueris dentes confortat.

Capitulum.lxxviiij.de his que dentes elimant ꝛ mundi
ficant medela.

N elimandis dentib⁹ oꝫ ordi
sumere
farinā cum melle distēperatam.ꝛ post ea adustam
paleaʒ quoqʒ adustā.d singulis sume.ʒ.iij.spume maris.sibi
adusti cancri marini.testarū oui adustaꝝ.cuiusqʒ.ij.tere oia
diligenter.ꝛ dentes frica.quoniā elimat fortiter. Assigna
tio al'. Sibi vsti.sembadegi.cotis. spume maris.cornu cerui
adusti.salis andrani.cuiusqʒ partē.radicis cāne aduste.par

tes.ij.sadegi. quadrātē.fracture catini.sini.ς. partē. tere oīa diligenter ⁊ frica dentes. Assignatio al'.Salis andrani. farine ordei equales partes teres cū melle distempera ⁊ combure horumq3 ⁊ radicis aduste cāne cuiusq3.ʒ.iij.cornu cerui adusti.testarum oui structij adustarū.cuiusq3.ʒ.ij.buraci.fracture catini sini.cuiusq3.ʒ.sēbedegi.ς.ʒ.tere oīa diligēter ⁊ frica quoniam fortiter elimat.

Capitulum.80.de vlcerū ⁊ apostematum gingiuarū me.

SI in gingiuis pustule appareāt aut apostema sanguinēq3 de ipsis videris fluentē3 vtere cephalice phlebotomo ⁊ sitias applica. Et si passio diuturnior fit patientis iabarec incide aut venas.ij. que sub lingua sunt minue.⁊ corpus eius soluēti iminue medicamine aut decoctione:precipeq3 egrotanti sumachū sugere in aqua fricatū rosarū.cibis vtatur subtiliantibus.vt pullorū carnibus ⁊ taugorū cōditis cū granatorū aqua ⁊ berberis hocq3 vtatur medicamine. Assignatio eius. Sume hypoquistidos cāsi in al'carasi alumis.r.corticum granati acidi. sumac eq̄les partes. Coque oīa in aqua optime hec atq3 sugat. Et si medicamina hec teras subtilissime:gingiuasq3 ipsis comprimas manifeste proderit quoniā vlcera desiccāt. Assignatio al'.Cipressi foliorū.nucis balaustie.galle. cusmazagi. eq̄les partes coque in aceto sufficienti optime ⁊ acetū sugat. Et si virge pastoris aquā sumpseris ⁊ solatri cū aceto misceas ⁊ sugat patiēs medet̄. Assignatio medicaminis contra sanguinem a gingiuis fluentem.seminis rosaru3.rose sumac. equales partes in aqua coque rosata. colaq3 ⁊ admisce parum aque virge pastoris ⁊ arnoglosse ⁊ sugantur.qm̄ sanguinis fluxum amputāt ⁊ pustulis prosunt.apostematiq3 calido quod in gigiuis nascitur. Assignatio medicamis ad gingiuas iminutas.corrosasq3.primo phlebotomo vti o3 in cephalicam ⁊ sitia3 ceruici apponere.potuiq3 mirobal'.decoctionem offerre:tūc cibis regēdus refrigerantibus ⁊ subtiliātibus:⁊ auium dāde carnes edorūq3 cum sumaco.⁊ granatorum aqua aut heserē condite.granatū sugat.poma comedat ⁊ pira.similiaq3:dulces caueat cibos ⁊ multi carnes nutrimenti:medicaminibus vtatur acutis.vt calicon ⁊ cum eis dentes cōfricet ⁊ gingiuas.carnēq3 putrida3 cū modico aceto donec sanguis exeat ⁊ caro comedat̄ putrida. auferaturq3 omnino. Tūc acetum sugat.post rosarū oleū.atq3 hoc tribus faciat vicibus.vt putrida locus erit mūdatus carne. cerusе vnguētum appone ⁊ litbargiri.quo caro redeat ⁊ reformetur locus.aquam sugat rosatā.in qua sumachu3 coxeris. gallā.cipressi conū.quo gingiue durescāt.⁊ ad suū redeāt nālem statum. Nōnunq̄ coctura vtendum ē qū medicamē nō proficit acutū q̄ntum opus est:qō quēadmodum exibēdū sit chyrurgie tractatus expediet.

Capm.81m.de oris ⁊ vaporis fetidi medel'.

ORis fetor ⁊ vapores quēadmodum diximus aut ex carnis putredie fit que in ore ē:aut ex dentiū putrefactione ⁊ corrosiōe aut ex phlegmate putrido quod in stomacho est. Et cui9 os fetet ex putredine carnis que in ore est.phlobotomo vtatur. ⁊ sitiam applicet ceruicibus ⁊ patientis incide iabarech.hec si nō sufficient mirobal'.solue ⁊ tamaridorū decoctiōe ⁊ acuto qō dictū est vtere medicamine ⁊ gingiuas donec sanguis fluat frica.⁊ post hoc cum galla ⁊ granatorum corticibus ac glandiū exterioribus emplastriza diligenter tritis cu3 mirti aq̄.aut rosarum distemperatis. Et si hec prodesse nō vident̄ coque quatinus caro a gingiuis mūdet̄ putrida.⁊ aqua3 deinceps sugat.in qua rosam coxeris.balaustiam. gallam. cusmazagum.glandium cortices exteriores similiaq3. Qō si oris fetor ex dentibus fit corruptis ⁊ comestis. corruptū amputa ⁊ comestū purga ferro ⁊ lima:oēs eorum purga partes putridas.⁊ qui huiusmodi ē lac caueat ⁊ dactilos. hec vt feceris acetū sugat in quo piretrum cusmazagum coxeris.aut bāsali acetū si presto est.fricationibus vtatur dentiū aromaticis vt musci pill'.⁊ alijs.dentesq3 ⁊ gingiuas quotidie mane optime extergat ⁊ vespere cū pāno lineo ⁊ optime oibus purget. Nocte oleo inungat rosato.arsunego:si forte in gingiuis calor ē:aut balsamino si frigus ⁊ humiditas. gariofilum masticet ⁊ masticē ac xiloalocm cū miutēgo ⁊ piretro. Et si vaporis fetor pp̄ phlegma ē quod in stomaco generat̄ patienti vomitū īpera post ciborū porrectionē incidentiū phlegma vt fugilū.pisciū salsorū.sinap̄.mell'.⁊ post vini potū hoc in ebdomada semel aut bis vtatur:maximeq3 estate.huic aloes dabis infusionē ⁊ absinthij siropū singulis ebdomadibus aloes accipiat pill'.cū hyere pill' stomachū purget ⁊ coucanicis:⁊ quādoq3 triferā dabis minorem cum hyerapic̄.oīa hec quo stomachus a phlegmate purgetur. Assignatio medicaminis stomachū purgantis.anhelitūq3 iocūdat. Sume cinnami.asene.salis indici.cacale.spice nardi. cuiusq3 partem. aloes oiu3 ponderis duplū tere ⁊ pill'.⁊.ʒ.iij.propina. Sit āt illi cibus subtilis ⁊ desiccās vt carnes auiū sartaginate ⁊ assate ac cū pigano cōdite ⁊ apio. vinū bibat ribanū vetus ⁊ in eo cubebe infundat ac besbasam.gariofilūq3 ⁊ xiloaloem crudū.zinziberem.sabadū excorticatū. Que generant phlegma caueat vt pisces recētes.lac.carnes agnorū pinguia ⁊ vnctuosa.oīa refrigerantia ⁊ humectantia fructusq3 humectantes ⁊ legumia.aque potū abstinēs. mirobol'. vsū frequētet. ⁊ belliricorū cū melle cōditorū.masticez masticet ⁊ gariofilum. cacalā ⁊ hauō sini.⁊ hoc sugat medicamen. Assignatio eius Sume vini ribani ⁊ aque rosarum optie.cuiusq3.ς. lb. xiloloaloes crude.gariofili.besbas..nucis muscate.masticis cuiusq3.ʒ.ij.tere oīa diligenter ⁊ in pāno lineo liga.⁊ in aqua3 rosatā vinūq3 proijce in vase mūdo ⁊ bulli ad leues prunas. donec ad mediū redeat:depositumq3 igne refrigera ⁊ cola: hoc sumat medicamē mane ⁊ vespere:⁊ ī his que assignauimus persitet cōstans.⁊ dentium curationē cū sabado ⁊ adechаro.sandaloq3 albo:qm̄ hec anhelitū iocūdant.⁊ fetorem oris repellūt. Assignatio dētifricij qō anhelitū iocundat: ⁊ gingiuas cōfortat. Sume sandali albi. rose.r. cuiusq3.ʒ. v. sabadi albi.citri cortic̄.siccorum.adechari.rameci.cusmazagi.cuiusq3.iij.cacale.cubebe.besbase.gariofili. masticis. xiloaloes indici.secci.cuiusq3.ij.tritis omnibus diligenter frica.

Assignatio dentifricij alius. anhelitum iocundantis ⁊ gingiuas roborantis. Sume piperis. sandali. seminis rosarum.cuiusq3.v.mirobal'.cusmazagi. citri corticum. cuiusq3.ij.xiloaloes indici.musci. sadegi.indici. masticis. cubebe. cuiusq3.ʒ.tere oīa diligenter.⁊ qum opus fuerit vtere:q̄ si dētifricium vis in quo ⁊ elimatio sit ⁊ cōfortatio anhelitusq3 iocundatio.hoc vtaris. Assignatio eius.ordei farine distemperate cū melle ⁊ aduste palee ⁊ cornu cerui adustorum.cuiusq3 ʒ.v.cusmazagi.spume maris.salis andrani.cuiusq3.iij. rose. sabadi.sandali.cuiusq3.iiij.fufali.mirobalani.rameci.cuiusq3.ij.masticis.xiloaloes crude.secci.gariofili.cuiusq3.ʒ.musci.camphore.cuiusq3 quadrantē.tere oīa diligēter.⁊ qu3 op9 fuerit vtere. Assignatio alia.anhelitū iocundat.gingiuas roborat.dentes nitidat. Sume spume maris.ordei farine cū melle distēperate ⁊ aduste.cāne radicis aduste.cuiusq3.ʒ.viij salis andrani.v.heili.cubebe.cacale.besbase.piretri. cuiusq3 iij.spodij.rose.sibi adusti.origani.xiloaloes.crude. secci. gariofoli.cuiusq3.ʒ.tere omnia diligenter ⁊ dentes frica. Assignatio alia ad idem. Sabadi albi excorticati ⁊ tunsi quantum vis.vino rora veteri ribano.⁊ distempera cum melle trociscos fac.⁊ super tegulam sicca calidam. sed ne cōburatur caue.qū rubuerit ⁊ desiccatum fuerit refrigera.⁊ tere.⁊ sume ex eo.℥.salis andrani.iij.spume maris.iiij.cusmazagi.v.xiloaloes indice.iiij.tere oīa diligenter ⁊ frica. Al' ad idem.farine ordei.⁊ sal'.cuiusq3.ʒ.x.tere ⁊ cum melle distēperans cōbure ⁊ tere diligenter.hesse.zinziberis.sibi armenici. cusmazagi.cuiusq3.cuiusq3.ʒ.ij.cubebe.secci.cacali.gariofoli.cuiusq3.ʒ.tere medicamina hec diligenter ⁊ frica. Assignatio pill' musci indici.sume rameci caparis.cuiusq3. libra3. laua aq̄ ⁊ fūde desuper libras aque.xxx.⁊ coque donec.v. supersint aq̄ libre.colaq3 ⁊ medicamina abijce.dehinc in lebetem mundū aquā conuerte cuius exteriora luto cataplasma.⁊ coque aq̄3 donec tāq̄ mel efficiatur ⁊ cōmoue ne cōburatur.⁊ ab igne dpositū in vase viridi.pone ⁊ in vmbra desicca.hoc qū necessarium fuerit sume de eo exagia.x.tereq3 ⁊ subtili transmitte pāno ⁊ sume gariofoli.nucis muscate.besbase.xiloaloes.sadgi indici.sandali albi.cubebe.cuiusq3.exagiū.musci puri.exagia.v.⁊ funde desuper aque.℥.vj.campore.iij.tere omnia diligenter ⁊ subtili cribra pāno.⁊ sume rameci exagia.v.⁊.ς.⁊ funde desuper aque.℥.vj.⁊ coq3 donec ad duo redeant.cola ⁊ cum ea medicamina distēpera.pill'q3 in modū ciceris.ac in vmbra desicca ⁊ qum opus fuerit vtere. Assignatio medicaminis alius.quod anhelitum iocundat.rose.ru.sandali albi sabadi.cuiusq3.ʒ.x.seliche.spice optime.cinamomi.gariofoli nucis muscate.cuiusq3.iiij.citri corticum siccatorum.⁊ foliorū adechari.sene.rameci.cuiusq3.v.secci xiloaloes indice.masticis.cinamomi.besbase.cuiusq3.ij.cāphore.ς.ʒ.musci.i. obolū tere oīa diligenter.⁊ distēpera cū misusano.aut vīo.aut aqua foliorū citri.pill'q3 in ciceris modū.⁊ in ore tene. Pill' al's que in ore tenētur aloes.ʒ.iij.fufali.gariofoli.galengar.piretri.cuiusq3.ʒ.musci.cāphore.cuiusq3.obolū.tere oīa diligēter ⁊ cū vino distempera ribano.pill'.ac in ore tene. Pill' al's. vtiles.xiloaloes indici.gariofoli.masticis.equales partes te

re. ⁊ cum vino distēperans pill. ac in vmbra desicca ⁊ i ore tene. Pill. al. que anhelitū iocundāt. si fetor ex stomacho fuerit sume hcili. cacale. nucis muscate. fufali. cinami. galengar. cuiusqȝ. ℥. iij. rose. r. sandali albi. cuiusqȝ. v. cāphore. ʒ. ℥. musci quadrātem. tere oīa diligenter ⁊ cū aqua distēperans pill. in ciceris modum. ⁊ supprime in modum lenticule. ⁊ in ore tene prosunt enim.

Capitulum. 82. de his que humiditatē ab ore somni tēpore fluētē amputant spumāqȝ que puerorū fluit ab ore.

b **Humiditas** aūt que sōni fluit tēpore ⁊ spuma que puerorum ore stillat. sic curatur. Si ex calore est patiens intibā comedat cum sale ⁊ in saliua vomitu vtatur. ⁊ suicū ordei accipiat. ac tritici ieiunus. Et si ex humiditate est phlegmatica ⁊ grossa misceatur cum alfito sinapis modicum. ⁊ muri sorbitet ieiunus mane. thurisqȝ frequentet masticationē ⁊ masticis. ⁊ si hec nō cōplent desiderata. vomitu cū fugilibus vtatur. ⁊ melle. ⁊ triferam accipiat paruam ⁊ mirobolana condita. Spume aūt puerorum que stillant ex ore curantur. os cum acaga absterge ⁊ inunge vino infusa: qm̄ illas amputat.

Incipit sermo sextus secūde partis libri cōpleti artis medicine qui dicitur regalis dispositio hali filij abbas discipl'i abimeher moysi filij scyar. De passionū medela que spūs accidunt organis: Capitula decem ⁊ octo habens.

Capitulum primum de apostematis vue medela.

a **Si vue apostema** acciderit calidū patiētis minue cephalicam: ⁊ cum cassia fist. naturam solue: mānaqȝ ⁊ lebelabo ⁊ guttur eius hoc īsuffla medicamen. Assignatio eius. Rose. balaustie. cusmazagi. sandali albi. sumaci. asiafi. memithe. lenticule. aruci. lilij foliorum. cuiusqȝ partem. tere oīa diligēter ⁊ subtili cribra panno. gutturqȝ insuffla cum fistula. arnoglose aquā gargarizet ⁊ rosarum tritaruȝ expressam. solatriqȝ ⁊ queffare in quibus sumac fricaueris. Et si vua ceciderit ⁊ eneruata ē medicamē gutturi insuffla quod vocatur anthirū regum qm̄ prodest. Assignatio eius. Sume aque memithe. rose ru. semis rosarū. sumac. zafrāi.. Nusaderi. saturcie feresiace. piretri. piperis. cusmazagi. granati florum. aruci. mirobalanorum. citrinorū. murre. i al. mumie. vel mirre. optime. galle. sebbi iemenici. bezazi meccici. bēne. cacale. calami aromatici. arsenici. ru. costi. stercoris canis albi. qui tribus roderit ossa diebus ⁊ hyrundinū adustarum. cuiusqȝ partē tere ⁊ cribra: ac gutturi insuffla. ꝓdest eim casui vue ⁊ suffocatiōi ac gutturis apostematibus si fuerint ex humido. Prodest ēt casui vue alumē iemenicum ⁊ balaustia equaliter sumpta ⁊ trita diligēter ac gutturi insuffla ta. aut si cū cocleari inducatur paruo. Sic ⁊ nusaderuȝ gutturi insufflatum aut vue superpositum ⁊ gargarizatū cuȝ aq̄ ro. in vino decoctū prodest materiarū fluxui ad vuam. maxime folia illi9 cui ossula sunt. Q: si vua nō sustollitur medicaminibus his ⁊ radicē videris ipius attenuatā. caputqȝ augmentatum ⁊ rotundū: tūc eius cura ē abscissio quēadmoduȝ in chyrurgia exposuimus.

Capitulū. 2m. de suffocationis ⁊ ingulationis medela.

a **Alio loco** dixi iugulationē apostema eē calidū quod accidit aut in gurgulione aut in gutture. aut in meri. Qum igitur acciderit passio hec equū est in eius medela ad cephalice accelerare phlebotomiā. ⁊ multū educere sanguinem. si virtus. etas. tēpusqȝ adiuuerit: idqȝ secūdo apponere ⁊ tertio iuxta morbi quātitatem. ⁊ sm ꝙ virtus tulerit: nō aūt semel sanguineȝ extrahas sȝ paulatim qm̄ passionis huius domin9 difficileȝ hȝ transglutionē: ⁊ si semel illi sāguinis quātitateȝ auferes necessariā virtus eius debilitatur ac soluitur: vt igitur phlebotomo fueris vsus nām sustenta. ⁊ primo die cū cassia fi. ⁊ terebino ac prunis. iuiubisqȝ ⁊ sebestē molli si patiens poterit transglutire. Sin hac vtile ē ⁊ equum in passione clisteri vti forti quo materia a superioribus traducatur ad iferiora. Et si aliqua febris comitatur molli ⁊ leni vtere clisteri. quo mā a supiorib9 traducat̄ ad iferiora. qd fit ex iuiubis. sebesten. cathemia. furfure. blito. ordeo tunso Et si transglutire preualet ordei aquam propina in qua violā decoxeris ⁊ lenticulā. pasce in granatorꝫ aq̄ decocta: polētā illi porrige q̄ fit ex heueri frustis cū zacc. ⁊ amigdal. olo. prādiū minue ⁊ repmētiū p9 adhibe gargarismum que ꝓhibent ⁊ materiarum que ad locum decurrunt influxum repellunt. vt plantaginis aquam ⁊ rosarum. granatiqȝ muzi ac portulace. aut aquam rosatam. in qua sumac fricaueris. lenticulamqȝ tritam aut seminis psilij aquam triti. cū aqua rosata ⁊ gurgulioni eius insuffla hoc refrigerans. Assignatio eius. rose amili. seminis portulace. spodij. zaccare. tabarzedi. balaustie equales partes tere diligenter ⁊ subtili trāsmitte pāno. gurgulioniqȝ insuffla. hocqȝ in principijs facies die facto secūdo ⁊ tertio. aquā gargarizet coriādri. ⁊ aquā in qua lenticulā coxeris ⁊ mororū robuȝ ⁊ violarū oleū: aut aquā gargarizet solatri in qua lenticulā coxeris. rosamqȝ ⁊ liquiritie radicē in qua parum fricaueris medulle cassie. f. vt āt ad statū passio attigerit ⁊ ad declinationē fuerit conuersa. gargarismo vtere cū aqua solatri ⁊ feniculi in quibus cassiā. f. fricaueris ⁊ vini robū. gurgulioni insuffla āthirū regū de quo diximus in vue apostēate: ⁊ si hec nō proderint. gurgulioni canis stercus insuffla cui trib9 porrecta sint ossa diebus. hoc autem fit qum inclusus in domo nihil omnino ciborū accipit preter ossa. factoqȝ die tertio sumitur quē emisit fimus ⁊ siccatur. sumesqȝ ex eo partē. ⁊ galle ⁊ satureie partē tritisqȝ diligenter ⁊ subtili cribratis pāno gurgulioni ⁊ gutturi insuffla. Cataplasma aūt ab interioribus gurgulionē cū pēna hoc ipso medicamine quoniā mirabilis ē vtilitatis. prodest ēt intestinorū vlceribus ⁊ emissionibus manifestissime quēadmodum. G. testatur. refert quoqȝ quoniam si puerorū fumo vtatur quis desiccato ⁊ trito i gurgulionis apostemate ⁊ suffocatiōe manifestissime medetur. Qum ergo medicaminibus his vsus fueris ⁊ apostema nō dissoluitur sed differtur eius tēpus patiensqȝ dolorem senserit. venas duas que sub lingua sunt minue. ⁊ sic omnib9 vtaris medicaminibus dissoluentibus que dixim9. Et si apostēa eorū nō ē que dissoluūtur: sed in saniē conuertitur: gargarismis vti oportet cū his que maturāt huiusmodi saniem: vt ficuū decoctione cum modico sunizo ⁊ vini robo. aut cassia. f. fricata in ficuū decoctione: aut vuarū passarū chorosanicarum cuȝ modico iūnizo in al. vini robo mixto. aut sume semē merue. ⁊ diligēter cū modico lini semie tere ⁊ cribra ac cuȝ lacte percute caprarū ⁊ gargarizet: vel cepā sume narcisci ⁊ diligēter tere ⁊ cū calida frica aqua ⁊ cola ⁊ decoctionis ficuū parū adde ⁊ iūnizi ⁊ gargariza tepidā: aut sume aquā ficuū cū butyro vaccino ⁊ sunizo. ac gargarisma fac tepidum. quoniā horū oīuȝ ē medicaminū emissiones maturare ⁊ furunculos ac eruptionem facere. Qum autem maturatū intellexeris apostema. ⁊ eruptio moratur gurgulioni medicamina insufla reprimētia sepius ⁊ continuatim. vt gallam. balaustiaȝ cusmazagum. cortices granati. sebbuȝ iemenicum. quoniam hec apostematis facient eruptionem. partes quia eius aduabunt fortiter. intātū vt sepent. probaui hoc ⁊ i alio apostemate. in quo maturātium vsus diutinus fuerat. ⁊ non apiebatur apuiqȝ illud hoc medicamie. Erupto apostemate qū sanies fuerit egressa. patientē butyrum precipe gargarizare vaccinū cū aqua calida ⁊ violarū oleū. quo vlcus abluatur ⁊ purgetur a sanie. tūc aquam gargarizet. i qua cusmazagū coxeris ⁊ liquiritie radicē cuiusqȝ parteȝ ireos radicis tātūdē. Prodest aūt hac in habitudine gargarismus cū ouorū vitell. crudis ⁊ percussis in aqua ⁊ amigdalorum oleo dulciū ⁊ cū modico amilo ⁊ dragaganti. Sorbeat aūt sorbitionē que ex aq̄ fit furfuris ⁊ penidijs ⁊ amigdalorum oleo quoniā prodest.

Quod si ex phlegmatica fuerit materia apostema frigidūqȝ patientē nucū robū gargarizare cōuenit cū mirra factū ⁊ zafrano. cū modico aque feniculi. Aut sume fimi ericij vel hyrūdinū. i. ʒ. ⁊ in aqua frica in qua piretrū coxeris ⁊ gargarizet. aut gargarizet aquā in qua fenugreci ⁊ feniculi semen coxeris cū piretro. quoniā hec calefaciunt ⁊ subtiliant phlegma. apostemaqȝ dissoluunt. gargarizet etiā mell' aquā i qua mixta sit aqua in qua piretrū. maiozanā. lētriculāqȝ cū corticibꝰ coxeris ⁊ modicū zafrani. gulāqȝ ab interiozibus ⁊ exteriozibus cataplasma cuiꝰ canis fimo distēperato cū melle. ⁊ sume fimi canis. ʒ. zafrani. ʒ. ʒ. tere diligenter ⁊. ʒ. in al's. i. ʒ. sumēs de eo in mell' aqua ⁊ feniculi frica gargarizetqȝ: ⁊ gutturi eiꝰ ac gurgulioni insuffletur hoc medicamē. Assignatio eius sume fimi canis qui ossa comedit. mirre. zafrani. ziziberis. sinapis. galle. granatozū florum equales partes. tere diligenter. ⁊ gurgulioni insuffla. Qum autē apostema ab exteriozibꝰ acciderit. regimē erit adhibēdū. quod in manifestoꝝ cura exposui apostematū.

Capitulū. 3m. de eius medela qui spinā aut os aut hyrrudinē trāsglutiuit.

c Uius gurgulioni os aut piscis spina infixa sunt. bucellas transglutiat magnas parum illas masticās. aut ficus porrige ipsi syricas. qs non multū masticans trāsglutiat. aquā gargarizet in qua ficus decoxeris cum modico iummazi aut vini robum. et si frustrum sumpseris azezei. i. carnis. ⁊ complicaueris. cuz filo ligaueris patientēqȝ deglutire preceperis ⁊ retro cum filo retraxeris spina exibit. Quod si nō egreditur sepius id fac: ⁊ si nihil prodest vomitu vtere: quoniā quod in gurgulione est ⁊ meri fortiter expellet cū virtute depellenti. Quod si durū aliquid vt os hō trasglutiuerit vt fructuū ossula similiaqȝ nec a meri pertransire pōt. collū eius fortiter percute: quoniā quod in gurgulione est eiusmodi exibit. Quod si irrudinē trāsglutiuit ⁊ hec gurguliōi eius adhesit. patienti allea porrige ⁊ muscas propina que in fabis inueniuntur cū aceto. acetumqȝ illi porrige acerrimū. Quod si irrudo ore aperto videtur cum forpicibus educatur.

Capl'z. iiij. de submersi in aqua ⁊ fune suffocati medela.

q Um autem quis aque īmergitur plus eq̄ opoztet eū pedibus suspendi capite demisso: quo ab eo aqua exeat: post hoc gurgulioni eius acetū infunde in quo coxeris piper: ⁊ diebꝰ aliquot sorbitionē accipiat que ex ciceris fit aqua cū lacte. Qui autē fune suffocatus ē ⁊ dissolutus si ex eius ore spuma exierit nulla ē ad eius salutē via. Cui aūt nō sic violarū gargarizet oleū ⁊ aquā tepidā sorbitionēqȝ accipiat que fit ex heueri furfure atqȝ clamore arceatur ⁊ verbis multis: calidozūqȝ ⁊ pungentium porrectione ciborum quoniā sic sanabitur.

Capitulum. v. de tussis que ex gutture ⁊ pulmonis canali fit medela.

t Ussis qum ex gutturis acciderit asperitate ⁊ pulmonis: patienti medicamina oz dare ⁊ cibos qui leniāt ⁊ explanent: vt amigdalas violas conditas cū amigdalarum oleo dulcium: aut seminis citoniozū spumā ⁊ penidia amigdalarumqȝ oleum. polentam que ex heueri fit farina ⁊ amilo cū zaccara ⁊ penidijs amigdalinoqȝ oleo dulci. oua sorbeat sorbilia: pinguedinē recentē lactis cū zaccara tabarzedi: violarū propina illi sirupū cum seminis citoniozum lababo: aut sume amigdalarum nuclea ⁊ terens cum iulab distempera in modum electuarij ⁊ comedat: aut sume quethire albe gūme arabice: medulle semis citoniozū ⁊ medulle semis cucurbite. cuiusqȝ partē ⁊ tritis oībus diligenter cum iulab distempera ⁊ amigdalarum oleo dulcium ⁊ electuarium fac ac mane ⁊ vespere porrige: ore teneat quethire frustum. aut citoniozum semen. aut pill' tussis has. Assignatio earum. Sume nucleozum amigdalarum purgatozum ⁊ seminis cucurbite: ac seminis citoniozum medullarum. cuiusqȝ. v. ʒ. q̄thire amigdali gūme. cuiusqȝ. iij. tere oīa diligenter ⁊ cum seminis citoniozū lababo distēpera. aut semis psilij: ⁊ qui voluerit his addere zaccare ptem. ⁊ penidiozū. ij. quo accipientē delectēt bonū ē: pilluletqȝ nō nimiuz dure atqȝ in ore alternis habeantur tēpozibꝰ. hec ⁊enim asperitatem leniunt. Lenit aūt etiaz illā si cere albe sumat. ʒ. iij. violarum olei. x. ⁊ optima superinitias penidia zaccareqȝ tabarzedi ⁊ quasi electuariū facias: accipiatqȝ patiēs alternatim. Qum aūt ex calore tussis fit cū febre. patientem sanguine minuere cōpetit. in principijs a cephalica refrigerātiqȝ illū disponas regimine ⁊ humectanti vt ptisana in qua iniubas coxeris. ⁊ sebestē. violasqȝ in ea fricaueris cōditas ⁊ oleū superinstilla amigdalarū dulcium. ⁊ cucurbite seminis oleum: sit illi cibus mezaurum factū cū spinachijs aut sermaco. aut maluis. aut amigdalino oleo. aut amigdal' excoriatis tritisqȝ: granata da illi plena: ⁊ cānaz mell': persica. iūmazuz. cucumeres. citrolos. cibis abstinere fac accidis. ⁊ salsis clamare caueat ⁊ multum loqui: fumū fugiat ⁊ pluerez: sorbeatqȝ alternis horis citoniozū seminis spumā. aut seminis psilij cum modico zaccare tabarzedi ⁊ penidijs optimis: ⁊ reliqs omnibus que aña diximus in asperitatis gutturis cura. Et hoc electuarium tussi que ex calido est medetur. Assignatio eius. sume seminis cucurbite. ⁊ seminis cucumeris. ac citroli ⁊ seminis citoniozum medullarum. ⁊ seminis psilij cuiusqȝ. ʒ. iij. amili. quethire. gūme amigdalie. cuiusqȝ. iij. obolos. spodij. ʒ. ij. penidioꝝ optimozū. ʒ. x. tere oīa diligenter ⁊ cū semis psilij lababo distēpera aut seminis citoniozū ⁊ amigdalarū oleū dulciū superinstilla electuarioqȝ facto vtatur quoniaz prodest: ⁊ si ex medicaminibus his pill' feceris supplanas patiensqȝ eas in ore tenuerit alternatim prodest illi. Qū aūt ex frigido est ⁊ sicco tussis: quēadmodum hieme accidit. ⁊ qum septētrio flat patentem vti opz sorbitione que ex furfuris fiat aq̄. cū melle. ⁊ olo amigdalio. cassiā. f. gargarizet i aq̄ fricatā i q̄ fenicl'i semē coxeris: aut dab illi chalēgebi. ʒ. x. fricati i aq̄ fenicl'i. dabqȝ illi hoc electuariū. Assignatio eiꝰ sume seminis canape. lini. ⁊ semis helbe ⁊ seminis merue. cuiusqȝ partez. j. medule semis bābacis ptem: gūme prunozū. ʒ. partē. tere oīa diligenter ⁊ cū subtili cribra pāno. ⁊ proijce in ipsum nodatum cassie fi. medullā in lebete ⁊ electuariū compōe ac vtere. Sumat patiēs quoqȝ alternatim pill'as has ⁊ in ore teneat. Assignatio earū. Sume pistaccozū. pinearū. medulle granorum bābacis ⁊ semis botami. cuiusqȝ. ʒ. v. gūme prunozū. quethire. cuiusqȝ. iij. tere oīa diligenter. ⁊ super inijce tātūdez zaccaretabarzedi. ⁊ cū semis psilij spuma distēpera. pill'qȝ ⁊ quz opus fuerit vtaris. Sit aūt huic cibus pulli colūbaruz iā surgentes. espidabagū cū cicere ⁊ aneto cinamo. ⁊ galēgar. aut cyrrium ius factū cum blito. ⁊ oliue oleo ⁊ amigdalino. ciminoqȝ ⁊ cinamo. Fructū sumat pistacia. fauū mellis. ficus siccas. botamū. modicūqȝ illi propina vini noui parūper dulce sit. frigida caueat. ⁊ aque abstineat potu frigide. qm̄ sub hoc regimine festinātius in bonū reformabitur.

Capitulum. vj. de raucedinis medela.

r Aucedo qū ex vociferatiōe accidit aut fūo autp l'uere. patiēs rebꝰ vtat' lenitē bus q̄ i asperitatis medela assignauimus. Que auē ex hūiditate cōtingit ⁊ sine asperitate ⁊ calore: patiens aquā gargarizet in qua anisuz ⁊ semē decoxeris feniculi cū aq̄ mellis. Sorbeatqȝ polentam ex heueri factā cum melle ⁊ amigō oleo in qua radices coxeris ireos: gargarizet cum melle aut prassiū. aut cātozīū ⁊ ziziber cōditū. Mel illi comedēduz da ⁊ sunizum cū sinapi. gargarismū fac percusso. hocqȝ illi porrige electuarium. Assignatio eius. Sume semis lini. fenugreci. cuiꝰqȝ. ʒ. x. pineaꝝ magnarū. medulle semis bābacis. cꝰqȝ xx. tere oīa diligēter ⁊ cū melle distēpera dispumato: qumqȝ opus fuerit vtere. Et si raucedinis tēpus protellabit' ⁊ gutturis humiditas patiēti radicū aquam propina. Assignatio eius. Sume corticū radicū apij ⁊ feniculi. cuiusqȝ. ʒ. x. semis apij. ⁊ feniculi. añ. cuiusqȝ. iiij. masticis. spice optime. cuiusqȝ ʒ. ⁊. ʒ. asari. sadegi. cuiusqȝ. ij. cātorij subtilis ⁊ crossi. prassij. cuiusqȝ. iij. radicis liquiritie abrase. v. ireos radicis. iij. ficus albas numero. x. zebibi corosanici optime purgati. xx. ʒ. coqȝ oīa in. iiij. aque. ℔. lento igne. donec ad librā redeāt. ⁊. iiij. cola. ℥. ⁊ frica i ea exag. j. electuarij cassie fi. ⁊ bibe tepidū: post q̄ sit cibꝰ franglinus cōditꝰ i espidabagocū cicere ⁊ olo loto. Aut sūat tpibꝰ altnis pineaꝝ nucleos magnaꝝ cū zacc̄. aut pistatia cū zacc̄. Et si nucleos qñqȝ amigō. porrexeris amararum prodest.

Capitulū. 6. de pectoris ⁊ pulmonis passionibꝰ ⁊ primū de tussi que ex materijs fit ad ea descendentibus.

s I tussis que in pulmone accidit ⁊ pectore ex calore est: patiens phlebotomo vtatur basilice: ⁊ iuxta quod opus fuerit sanguinez extrahe: ⁊ secūdū ꝙ virtus fert. ordeiqȝ aquā propina i qua iniub. coxeris ⁊ sebestē. ⁊ similia his regiminiqȝ quod in tussis diximus cura. Qum in gutture accidit ex calore: pectꝰ cuz oleo lini. violarū ⁊ ninifar in quo cerā liquefeceris albam ⁊ ceroto emplastriza albo refrigeranti. Et si ex frigido tussis fuerit regimine vtatur raucedini assignato ex humiditate: pectusqȝ liliozū inunge oleo ⁊ cera quēadmodū ante diximꝰ Et si tussis ex materia ē que ad pectus descendit. patiensqȝ tēperati exspuit sputū liquoris. dāda sunt ei q̄ pectoris ad-

iuuēt purgationē ab eiusmodi re vt isopi decoctionem. Assignatio eius. iniubarū. sebestēq3 cuiusq3 fasciculum. vue passe chorosanice. ʒ. xx. ficus albas subincisas neruo. bsusani. ligricie. radicū abrase ⁊ tunse cuiusq3. ʒ. v. semis catbemie ⁊ cabezi. iiij. isopi. violarū. iij. coque oia in. iiij. aque libris donec ad librā redeāt ⁊. ʒ. Ex his. iiij. sume. ℥. ⁊ violarū cōditarum. ʒ. v. in eis confrica oleūq3 superinstilla amigdalarum dulciu3 quasi exagiū. i. ⁊ tepida h bibe. Sit cibus mezaurū cum blito ⁊ spinachijs. maluisq3 ⁊ iura facta de furfuris aqua ⁊ fabarū farina ac ptisana in qua porros coxeris syros cū zaccara. zebibū comedat corosanicū ⁊ ficus albas siccas cū amigdal'. aut cū pistachijs. butyrūq3 cū zaccara porrige aut mel si nullus calor ē. quoniā h pect9 pulmonēq3 purgāt ⁊ materiei iuuāt sputū ab eis. sed ⁊ cassie. f. electuariu3 hac quoq3 in pte vtile ē. Assignatio eius. Sume cassie. f. medullā ⁊ in modica aq̄ calida cōfrica ⁊ cola ⁊ sup ignē pone temperatū ⁊ modicū adde quetbire: vel gūme prunorū peuteq3 donec electuarium fiat ⁊ quū opus fuerit vtere cū amigdalino oleo. aut sume in ore frustū ligricie succi tēporib9 alternis: ⁊ vtaris piter his pill'. Assignatio carū sume medulle seminis cucurbite ⁊ seminis melonis. seminisq3 cucumeris. arsunegi. diligēter tritorum. cuiusq3. ʒ. iij. farine fabarū. v. dragagāti prūorū gūme cuiusq3. ij. penidioru3 quātū oium pondus est. tere diligenter oia ⁊ cū seminis lini spuma distēpera. pillulaq3 pill'. suppressas. ⁊ sub lingua pone. quoniā proderunt.

De acute materiei medela. q si que ad pectus descenderit subtilis est materia ⁊ acuta ⁊ continuata fuerit patiente3 phlebotoma ⁊ sāguinē extrahe iuxta quod virt9 patitur ⁊ etas adiuuat tēpusq3 ⁊ regio. Ptisanāq3 propina spissi liquoris. in qua iuiubas decoxeris ⁊ sebestē. papaueriq3 cū siropo papaueris. ⁊ sorbitionem porrige factam ex papauere trito ⁊ fricato in aqua colatoq3. cū amilo ⁊ zaccara tabarzedi. ⁊ papaueris porrige electuarium quod sit cum medicaminibus alijs: siropūq3 papaueris ex corticibus eius factum cū zaccara. chabisum illi porrige comedendū quod ex farina fit beueri. cum papauere ⁊ amigdal' dulcibus. polentāq3 factā de atria ⁊ lenticule farina massiq3 meçaurū ⁊ cucurbite ac lenticule. ⁊ hoc electuarium quod acutis cōposui fluxibus. Assignatio eius sume papaueris albi diligenter triti. ʒ. x. amili. dragagāti. gūme arabice cuiusq3. iiij. medulle seminis cucurbite ⁊ seminis citoniorū. cuiusq3. iij. tere oia diligenter ⁊ cū penidijs distēpera liquefactis in aqua rosata qūq3 opus fuerit vtere. Electuarium aliud ad idē. sume papaueris cū corticibus suis librā. ⁊ iuiubas quinquaginta. sebestē grana. c. coque i. v. aque libris. donec ad libra3 redeāt colatāq3 in sartagine pone lapidea mūdā: ⁊ desuper penidiorū corosanicorum optimorū librā proijce. robi vini librā ⁊ ad lenes decoque prunas donec spissetur. ⁊ electuariū fiat tūcq3 dragaganti. ⁊ gūme arabice cuiusq3. ʒ. vij. amili. v. hn tritorum superadijce ⁊ electuariū fac. Assignatio electuarij alterius fluxui vtile acuto a capite descendenti ad pect9 subtili. Sume papaueris albi ⁊ nigri rufi. cuiusq3. ʒ. xx. ligricie radicis succi tūse. xxx. seminis citoniorum ⁊ seminis cathemie. cuiusq3. v. infunde oia. in. v. libris aque die ⁊ nocte. debe coque donec ad mediu3 redeāt. ⁊ superinijce quetbire. ʒ. vij. gūme arabice. v. seminis citoniorū medulle trite diligēter. v. zaccare. tabarçedi libras duas. ⁊. ʒ. ⁊ super ignē pone tēperatum. ⁊ sine ligari donec electuarium fiat. Et si nullus illic calor fuerit. vini robū superadde. ⁊ spissat depone in vase cōdens. quūq3 opus fuerit vtere. Quod si fluxus robustior fit. ⁊ multus a capite. nec hoc sufficit regimen ad eius amputationem op3 caput abradere ⁊ adhibere cataplasmata fronti cū terra sigillata. aut armenica distēperatis cu3 arnoglosse succo. ⁊ cum chalefi oleo illine. in qua papauer coxeris cū suis tūsis corticibus ⁊ mirti folia. quo cerebrū roboretur ⁊ spisset materia. faciunt aūt hec cardamū ⁊ colūbarū fim9 ⁊ rapsia si terātur diligenter ⁊ distēperentur. cū atheli aq̄ ⁊ foliorum cipressi. Et aceti respiret vapores in quo furfur coxeris. ⁊ fabas. aut lapide3 calefac. ⁊ in aceto proijce in quo furfur coxeris atq3 super eius vapores patiens stet acclinis. Sandali quoq3 vapores. ⁊ cāphore super prunas proiectorum respiret si calor illic fuerit robustus. quoniā oia hec materia3 desiccant ⁊ spissant. Sōnum minuat quantū poterit: quoniā materie amplius in sōno ad pectus descendūt. sitq3 puluinar ei9 altum ⁊ pectoris pāni soluti. Cibus sit sorbitio que fit cū amilo ⁊ simile farina alijsq3 huiusmodi que dixim9. Et si medicaminibus his nō curantur papaueris da electuarium. qd cum medicaminib9 fit qm ma3 glomerat ⁊ dormitionē adducit. Assignatio eius sume papaueris recentis albi cū suis corticibus librā. ⁊ in. x. aque libris coque donec ad. iij. redeāt libras colaq3 ⁊ in vas mitte stagnatū mundūq3 mellisq3 superadde optimi ⁊ colati librā. menibechtegi libras. ij. ⁊ si fortis illic calor est. mellis locū penidia obtineāt optima. ⁊ lento ō coq3 igne donec spissetur ⁊ nodetur. tunc ab igne depōe. ⁊ superijce caquie ⁊ galle. sūmaci. zafrani. balaustie. succi barbe caprine. cuiusq3. ʒ. tritorum ⁊ cribratorū. ⁊ permitte ad ignem donec tāq electuariū fiat. quūq3 op9 fuerit vtere. Cū ergo his curaueris. ⁊ tn̄ materia non amputatur vaporib9 illis quos diximus in corize medela vapora. Et si sic quoq3 non auferr̄ cocturam adhibe iuxta quod in chyrurgia exponemus.

De tussis que ex crossa fit ⁊ viscosa materia medela. Qn̄ aūt tussis ex mā ē crossa frigida ⁊ viscosa. q difficile ē emittere: patiēs calefacienti disponatur regimine ⁊ subtilianti ac incidēti purgantiq3 ta3 cibis q medicaminibus: ⁊ cibi quidē sint panis mūde farine cū franglinorū carnibus tangorū. cubegorū in sartagine cū aceto paratis ⁊ oliue olo ac muri. satureiaq3 ⁊ cimino: aut ciceris aq̄ cū olo ⁊ aneto. cinamo. galēgar. mel comedat ⁊ chasquegebe mum. mel. f. siccū quod ex mōtibus auffertur. robanis i al' manis: ⁊ si pisces sumpserit salsos cū sinapi prodest: blitusq3 cū aceto cōdita ⁊ muri oleoq3 oliuarū ⁊ sinapi radices ⁊ apiu3 syrū elixata: hisq3 similia. pincarū comedat nucleos: ⁊ pistatiorū vuas passas chorosanicas ⁊ amigdalas amaras non nunq̄. vinū bibat mediocriter mixtū ⁊ cibū minuat balneu3 intret. post tēperatū exercitiū ⁊ ante cibū. Medicamia autē sint isopus sicca. cātoriū cū electuario cassi. ⁊ hec ē assignatio aque isopi. Assignatō ei9. Sume iuiub. xx. sebestē poma. xxx. zebibi chorosanici purgati granis. ʒ. xx. ficus albas siccas ⁊ subincisas numero. x. capillorū veneris ⁊ liquiritie radicis abrase ⁊ tūse. violarū siccarū. semis cathemie ⁊ malue. cuiusq3. ʒ. iiij. radicis adechari ⁊ foliorū ei9 cuiusq3. ʒ. iij. isopi sicci tantūdē. cātorij crossi. ʒ. iiij. aristologie. r. masticis cuiusq3. ij. sqlle assate. ij. coque oia. in. iiij. aque libris. ad lenes prunas donec ad librā redeāt. colaq3 ⁊ sume de ea singl'is dieb9. xl. ʒ. c9. ʒ. vsq3 exag. plenū electuarij cassi i ea fricati. ⁊ amigdal'. oleū instilla dulciū ac amararū c9q3. ʒ. i. tepidā bibe h tribus diebus aut. v. propina cōtinuis: hūore maturato crosso ⁊ subtiliato medicamen aliquod porrige laxās phlegma ⁊ humores crossos. prodest autē hac in parte hoc medicamen. Assignatio pill'. ad tussem ex crossis humoribus. turbit. ʒ. agarici obl'os. iiij. salis nafte. ij. coloquintide adipis obol'. ⁊. ʒ. semis apij tātūdē. tere oia diligenter ⁊ cū aqua distēperans pill'. ⁊ ē potio plena. Pill'. assignatio que phlegma deponunt. Sume turbit agarici. hyere pic'. cuiusq3. ʒ. succi liquiritie. ʒ. ʒ. cologntide adipis. ʒ. ʒ. sarcocolle. iij. omnia diligenter tere ⁊ cum aqua distemperans pillul'. potioq3 eorum. ʒ. ij. ⁊. ʒ. vsq3. iij. cū aqua calida. porrectionem assuescat squingibin mellei cum semibus. ⁊ si tēpus estas fuerit vomitu cū fugilibus ⁊ sqingibin vtatur ⁊ aqua calida. singulisq3 hebdomadibus semel aut his. iuxta q superfluitatis videris abūdātiā. Nec vero aq̄ potum frigide m'tiplicet: sitq3 amplior eius potus aqua mellis ⁊ electuariū seminis lini illi porrige cū melle dispumato: ⁊ si aliquid piperis addideris perfectius erit. Et si materia validissimi est frigoris ac crossitiei. hoc vtatur electuario iux̄ qd opus fuerit. Assignatio eius. Seminis lini partē. thuris. ʒ. partem. Cardamomi. cimini. cuiusq3 quadrātem. tere oia diligēter ⁊ subtili trāsmitte pano. ⁊ cū apum distēpera melle. ⁊ lubenter. in al's lubuū melle. cuiusq3 partē vnā. ⁊ electuarium fac: sumaturq3 de eo singulis diebus in saliua coclear. j. ⁊ in somni tēpore similiter. qm̄ perfecte est vtilitatis ad eorū q in pectore sunt phlegmatū crossorum incisione ⁊ subtiliatione. Assignatio pillularū. q fluxui materiarū a capite ad pectus sine calido descēdentiū psunt. Aloes epatici. loti. ʒ. iij. turbit. ij. succi liquiritie. ʒ. tere oia diligenter ⁊ cū aqua distēpera pillulaq3. quarū potio. ʒ. ij. sūt ⁊ vsq3. iij. dabisq3 quoq3 illi puluerē hunc mane: ⁊ post ipsum squingibin bibet mixtū. Assignatō eius. Sume seminis nasturtij. ʒ. x. sunizi. iiij. anisi. ⁊ seminis feniculi cuiusq3. ij. aristologie. ro. exag. fautenegi fluuialis. ʒ. ij. satureie fereflace tātūdem. tere oia diligenter ⁊ puluerem fac. singulisq3 de eo accipiat diebus. ʒ. vsq3 exagiū. ⁊ post ip3 squingibin bibat. ℥. mixti. qm̄ proderit. Pectus oleo inunge liliorum aut narcissi nocte. ⁊ mane cū tepida ablue in qua camomillā. mellilotū. berenia setu3 coxeris ⁊ milio caput cataplasma calefacto ⁊ pāno calefacto. patiētēq3 iclinari fac sup vini vapores. in quo calefactos proieceris lapides: materiaq3 respiret que ad nares defluit omni tēpore ⁊ funizum olfaciat. Huiusmodi itaq3 rebus tussi molestatū. op3 regere q ex crosso fit humore pectus inuiscanti ⁊ pulmone3.

Capitulũ.8m.de asmatis ⁊ anhelitus angustie medela.

a **S**nia ⁊ anhelitus arctatio ex crosso generãt phlegmate. qui partibus ⁊ mẽbris pulmonis canalis inuiscat queadmodũ eo retulim⁹ loco q̃ de pulmõis canal' ptib⁹ explicauim⁹. cãsq3 passiõu3 q̃ anhelit⁹ accidũt orgãis. Medela itaq3 ea3 calefaciẽtib⁹ fit reb⁹ ⁊ subtiliantib⁹ in quib⁹ incisio fit ⁊ purgatio quo humiditatẽ mũdent ⁊ incidant climentq3. Est autẽ huiusmodi squille acetũ ⁊ squingibin hãsali. hyerapiĉ. aristologie rot. sirop⁹ cũ mell' aqua ⁊ cãtoriũ subtile si in aqua coquatur optie: hecq3 cũ mell'o bibatur squingibin aut cũ melle: aut sume isopũ ⁊ ireos radicũ. sunizũ quecũq3 presto fuerint diligenterq3 cũ melle terens distẽpera ⁊ comedenda offer. aut squingibin admisce hãsali ⁊ bibatur quoniam magne ẽ vtilitatis ⁊ pulmonis canalis oppilationẽ aperit. phlegmaq3 incidit crossum. Sic ⁊ quersenne farina. lupiniq3 ⁊ amigdalarum amararũ si sumãtur de singulis pars vna diligenterq3 trita distẽperentur cũ melle ⁊ quasi electuariũ comedatur aut cũ squingibin misceatur hansali cũ aqua mell'. aut cũ vini robo bibatur. si patiens calorẽ nõ fert magnũ. Et si pinearũ sũpseris nucleos cũ melle pdest. sic ⁊ botami grana. Et si galbani sumas ʒ. ⁊ in aqua teras in qua ficus albas coxeris. ℥. cũ dulciũ ol'i amigdalarũ. ʒ. bibaturq3 hoc tribus diebus manifestissime prodest. oportet autẽ te vti oibus his post corporis purgationẽ cũ phlegma ⁊ humiditatẽ deponẽti catartico: vt medicamine quod ex turbit ⁊ agarico cõponitur. saleq3 nafte: ⁊ si sic corpus eius cũ vomitu cũ fugilibus ⁊ squingibin euacuaueris a phlegmate ⁊ crosso purgatũ erit hũore. Et hec electuarij assignatio in passione hac vtilis ẽ. Sume prassij. squille. cepe allate cuiusq3 partẽ. ireos radicis. ϛ. parte3. tere omnia diligẽter ⁊ cũ melle distẽpera dispumato. atq3 electuariũ fac patientiq3 in diei pricipio offer coclear vnũ. ⁊ post ipsũ aquã bibat in qua elsam ⁊ sibũ. aut bereniasetũ fautenegũq3 montanũ coxeris: proderit enim. Assignatio aq̃ isopi que huic vtilis ẽ passiõi. Sume iuiub. xx. ficus albas nũero. x. vue passe chorosanice optime interius purgate. ʒ. xx. sebestẽ poma. xxx. semis cathemie ⁊ malue cuiusq3. ʒ. iij. liquiritie. radicis abrase ⁊ tũse. v. cantori subtilis. ⁊ crossi capparis radiĉ. corticũ. hesse. fautenegi mõtani. sibi armenici. bereniaseti. cuiusq3 iiij. radicũ feniculi. corticũ ⁊ radicũ apij. cuiusq3. ʒ. v. isopi sicci. iiij. ireos radicũ prassij. aristologie. r. cuiusq3. iij. sadegi idici. masticis. spice optie. cuiusq3. ij. coq̃ oia i. v. aque ℔. donec vsq3 librã redeãt. ⁊. ϛ. cola. ⁊ singul' de ea dieb⁹ sume ℥. iiij. cũ exagio electuarij foqui. i alio diakaki. ⁊. ʒ. j. olei grãorũ pinearũ ⁊ si his fortiora tibi necessaria fuerit. frica i eis tyriace diatesseron. ʒ. ϛ. Et hec lahuci assignatio huic vtilis passiõi. Sume quersẽne. i alio capill' veneris. adiãti. liquiritie succi. c⁹q3 ʒ. vj. fẽicl'i. semis prassij. isopi. cuiusq3. iij. mihe fluxe. gũme botami. cuiusq3. ij. agarici. iij. vue passe chorosanice optie purgate. xx. terenda diligẽter tere ⁊ subtili trãsmitte pãno. vuasq3 passas ⁊ botami gũmam. mihamq3 fluxã. in robo vuarũ infũde: dehinc i mortario teres diligẽter medicamia adijce ⁊ cum melle dispumato distẽpera. huius potio exagiu3 vnum.

ce quo epatis tueātur virtutem ne dissoluatur. Emplastꝝ
ad epatis dolorē ex calido. Sume sandali albi. ʒ. v. sandali. r
vij. rose. r. v. violarū. ninifar. cuiusqꝫ. ʒ. iij. fusali. terre armeni
ce. cuiusqꝫ. ij. cāphore. masticis. sadegi. idi. cuiusqꝫ. ʒ. tere oīa
diligēter ⁊ gūm as in rosarum oleo liquefac. aut mirtino ca
lefino aut ninifar. singulorū necessaria sumpta quātitate: tri
taqꝫ inijce medicamina: ⁊ emplastro facto epar emplastriza
Aliud ad idē. Sādali albi. fusali. cuiusqꝫ. ʒ. iiij. sandali. r.
rose. cuiusqꝫ. vj. farine ordei. v. cāphore. ϛ. ʒ. tritaqꝫ oīa diligē
ter cū intibe aqua. solatriqꝫ ⁊ portulace. coriandri viridis ac
sempuiue aqua distempa ⁊ epar emplastriza calidū. Aliđ
simile. Sandali rubei. ʒ. v. sandali albi. violarū optimaꝝ. fa
rine ordei. ninifar. cathemie radicis cuiusqꝫ. iij. rose. r. cāpho
re. zafrani. cuiusqꝫ. ϛ. ʒ. tritaqꝫ oīa diligenter subtili trāsmitte
pāno: ⁊ cū rosarū oleo distempa: aut ninifar in quo cerā al-
bam iuxta qd necesse fuerit liquefeceris ⁊ epati factū appōe
emplastrū. Trociscorū assignatio. q dolori medētur epa-
tis ex calido. Sume rose. ʒ. vj. semis cucumeris ⁊ citroli. ⁊ cu
curbite. cuiusqꝫ. iij. lacce purgate. semis portulace. cuiusqꝫ. iiij
semis intibe. aquesutbi. cuiusqꝫ. iij. sādali albi. spodij. reubar
bari. semis feniculi. cuiusqꝫ. ij. zafrani. eupatorij succi. cui⁹qꝫ
ij. tere oīa diligēter ⁊ cū itibe aq̄ distēpera: ⁊ exag. j. iforma
trociscos. ⁊ cū sqngibi ac itibe aq̄ refrigerātis bibe. Trocis
corū assig° al'. Rose. r. ʒ. iiij. berberis. iij. seis itibe. ⁊ aq̄sutbi.
cuiusqꝫ. ʒ. ⁊. ϛ. spodij. mellōis semis. ⁊ cucumeris. cui⁹qꝫ. ij. lac
ce. reubarbari. liquiritie succi. cuiusqꝫ. ʒ. zafrani. ϛ. ʒ. tere oīa
diligēter. ⁊ cū itibe aq̄ distēperās exag. iforma trociscos: q̄s
cum squingibin ⁊ aqua propinabis frigida. Et si cum febre
tussis fuerit: oportebit his addere trociscis gumme arabice.
quethire. amili. cuiusqꝫ. ʒ. liquiritie succi. ʒ. cū iulab. ninifarqꝫ
syropo ⁊ violarū propinari. Sit patientis si nulla fuerit
febris aut tussis cibus pulli gallinarū aut taugi cū zirabago
parati aut granatorū vel heserē aqua ⁊ acidi citrorum. adij-
ciasqꝫ cinamomi modicū. spice queffare. mētc. piscibusqꝫ ve-
scatur lapidosis herbis in al'herijsqꝫ caueatqꝫ quibus cali-
da sunt cōdimēta fercula. vt alleū. cepa. piper. carui. galēgar
⁊ oia reliqua in qua calida sunt ⁊ pungentia. Si sit autem fe
bris erit illi cibus mezaurū cū his que diximus ⁊ oleo loto ⁊
amigdalino oleo dulci. ⁊ ordei illi propina aquaꝫ. Si vero ⁊
tussis molestat simul. sit illi cibus mezauꝝ quod cū masso fit
spinachijs. cucurbitis. atriplicibus. maluis ⁊ similib⁹. ⁊ si na
tura mollis ē spodij expedit illi dare trociscos stringētes cuꝫ
quibusdā syropis stringentibus vt citoniorū syropo ⁊ ribsi.
mirtinoqꝫ. vētrēqꝫ eius emplastris stringentibus emplastri-
za vt hoc. Assignatio eius. rose sandaloꝝ. fusali. balaustie
rameci. terre armenice. calami aromatici. talaba. eq̄les par-
tes tere diligenter ⁊ cū arnoglosse aqua virge pastoris corim
borum vitis similibusqꝫ distēpera. ⁊ stringentibus illū pasce
ponticisqꝫ cibis vt mezauro quod cū portulaca fit ⁊ hēmazo
ac berberis succo. sūmaci quoqꝫ ⁊ similibus.

De epatis male cōplexionis frigide medela. Qū
autē mala epati frigida accidit cōple-
xio patienti trociscos reubarbari aut absinthij dare expedit
aut lacce. aut huiusmodi alios quos assignabim⁹ cū sqngibi
melleo ⁊ hāsalino. iuxta quod opus fuerit. emplastrizes aūt
epar cū aloes emplastris aut estamaicon. similibusqꝫ calefa-
cientibus que assignabimus. Et si hec ad finē vsqꝫ nō attin-
gent desideratū radicū da cū cartami medicamine aquam ⁊
lacce medicamen cū amigdalaꝝ oleo aut aliquid athanasie
condite cum lupi epate. Fertur quoqꝫ quoniā epar lupi sicca
tum si cum reubarbaro bibatur. dolori prodest epatis q ex fri
gido est. emplastriza eius epar in saliua cū panno adechari
aque infuso ⁊ florū eius. spice asari. nemami ⁊ sansuci. Et
hec trociscoꝝ assignatio epatis ex frigido dolori vtiliū. Sūe
masticis. spice aromatice. asari. lacce purgate. cuiusqꝫ. ʒ. iij. ro
se. r. iiij. anisi. ij. gafeti succi. absinthij greci. reubarbari. cuius
qꝫ. ʒ. zafrani. obolos. iiij. tere oīa diligēter ⁊ distempera cum
apij aqua. ⁊ trociscos fac. a. ʒ. vsqꝫ exag. propinabisqꝫ trocis
cum cū squingibi hāsali ⁊ itibe ꝯdite aqua: prodest epatis do
lori ex calido ⁊ frigido. eo q̄p amaritudis cā in eis subtiliatio
sit. ideoqꝫ ⁊ oppilationē aperiūt. Trociscorū assigna° ali
orum qui epatis prosunt dolori si sit ex frigido. Sume rosaꝝ
ʒ. vj. berberis. masticis. spice. gafeti succi. asari. cuiusqꝫ. iij. ra
uedisini. zafrani. cuiusqꝫ. ʒ. ⁊. ϛ. liquiritie radicis. lacce lote. cu
iusqꝫ. iiij. absinthij greci. ij. tere oīa diligēter ⁊ distēpera cum
feniculi. apijqꝫ aqua. ⁊ a. ʒ. vsqꝫ exag. trocisca. propinabisqꝫ

cum squingibin. Et si pualidũ est. frigus.ʒ.v.vsqȝ.vij. bibat misusani aque mixti. Sȝ ⁊ si simplex biberit misusanũ proderit. Radicũ aque assignatio. que dolori medet̃ epatis. Sume corticũ apij.⁊ feniculi. cuiusqȝ.ʒ.x. semis apij. anisi. feniculi. cuiusqȝ.iiij. masticis. spice aromatice. cuiusqȝ.ij. radicum adecbari.⁊ florũ eius. gafeti herbe. alsintbij greci. besse. iabade. calami aromatici. cuiusqȝ.v. lacce purgate. rauedesini. costi mari. fube virgarũ. cui⁹qȝ.ʒ. zebibi taifi optie purgati ab interioribus.ʒ.xx. coque oia i.v.℔. aque donec ad.℔.⁊.ϛ. redeant:⁊ sume singulis ex ea diebus.ʒ.xl. ac superistilla ill' amigdalarũ olei dulciũ ⁊ amararũ. cuiusqȝ.ʒ. athanasie. iuxta qd̃ opus fuerit. Et si cũ his natura sicca ẽ addẽdũ erit medicaminibus aque radicum. mirobolanum kebulum. turbit' tunsum. Et anteq̃ radicum porrigas aquã mirobolanũ kebulũ da ⁊ aloes pill'. qm̃ nãm emollient:⁊ complexionẽ calefaciẽt.

Emplastri assignatio quod frigiditati prodest epatis. Sume babunegi. melliloti. aloes epatice. sibi armenici. absintbij greci. cuiusqȝ.ʒ.v. masticis. asari. spice. aromatice. seliche. costi. carpobalsami. xilobalsami. cuiusqȝ.iij. zafrani.ij. terensqȝ omnia diligenter cum susani oleo distempera ⁊ costino. nardino. iuxta quod opus fuerit in quo cerã liquefeceris. ru.⁊ medicamina admiscens emplastriza.

Emplastrum aliud ad idẽ. absintbij greci. sãdali albi. spice. radicis. adecbari. aloes epatice. cuiusqȝ.ʒ.iiij. masticis. carpobalsami. xilobalsami. mibe fluxe seliche. costi. xiloaloes indice. laudani secci. cuiusqȝ.ij. rose. vj. tere oia diligenter ⁊ subtili cribra pãno. atqȝ cum liliorꝫ oleo distẽpera ⁊ cera. r. iuxta quod opus fuerit. sicqȝ epar emplastriza. Et si medicamina hec cuȝ misusano distẽperaueris ⁊ nadarube ꝓderit. Sit huius domini passionis cibus frãquilini. taugi. cum ciceris aqua ⁊ oleo conditi loto. ciminoqȝ. aneto. galengar. aut i patella cocti. superirrigato vino ribano. Et si pane illũ pascas vino ifuso ribano prodest. propinaqȝ illi vinum ⁊ gendicon. apiũqȝ porrige. mẽtã badernebinã. feniculum ⁊ similia.

De mala epatis cõplexiõe humida. Qũ aũt accidit mala epati humida cõplexio simplex sine materia curare expediet his quibus hydropisis in pricipio curatur. Et si illi mala acciderit frigida ⁊ sicca. his quibus ethicaȝ patiẽtes curantur medeberis. humectantibus scilicet ⁊ mollientib⁹ potib⁹ ⁊ empl'is. sic vt quedam admisceas pontica ⁊ aromatica odore quo epar ab illis fiat robustus.

Capitulum.32. de apostematum epatis medela.

a Postematuȝ aũt que epatis accidunt i medela animaduertẽduȝ ⁊ si apostema calidũ est. basilice incipe a phlebotomia in manu dextera.⁊ iuxta quod opus fuerit sanguinẽ extrahe. si virtus etas tempusqȝ anni presens aliaqȝ huiusmodi adiuuerint. Et si sanguinis minutionis patientis consuetudo fuerit amplius extrahes ⁊ ordei illi aquã cum zaccara propina. post hec squĩgibin zaccarcũ simplex. naturã eius cũ lebelabi aq̃ ⁊ cassie. f. medulla molli ⁊ leni. in ipsum vtaris clisteri qd̃ ex iuiub sebestẽ. viol' ordeo tunso. blito furfure zaccaraqȝ. r.⁊ violarum oleo ac rosarum fit. simul autẽ intuendum Et si apostema in latere est epatis gibboso. tũc maxima tua erit cura ad vrine prouocationẽ ⁊ berberis trociscos patiẽti dabis a.ʒ. vsqȝ exag. cũ squingibin.℥.⁊.ϛ. ac itibe aqua.⁊ aq̃ sutbi. strigniqȝ expressa cocta ⁊ dispumata. cuiusqȝ.ʒ. sumes .xv. dabis aũt hunc dormitũ eũti puluerem. Assignatio eius seminũ cucumeris. citroli.⁊ melõis. medulle cuiusqȝ.ʒ.v seminis apij. feniculi. anisi. cuiusqȝ.ij. seminis intibe ⁊ aquesutbi. spodij. cuiusqȝ.iij. rose. berberis succi. cuiusqȝ.iiij. rauedsini.ʒ.⁊.ϛ. tere oia ⁊ subtili cribra pãno. qũqȝ opus fuerit.ʒ.ij. cũ squingibin.℥.⁊ aqua sumẽs frigida vtere. Trociscorũ assignatio epatis dolori ex calido apostemate in latere gibboso vtilium. sume rose. r. optime purgate.ʒ.vj. berberis.iiij. seminis aquesutbi. cucumeris. citroli. melõis seminũ medulle. cuiusqȝ.iij. tabasiri. liquiritie. succi cuiusqȝ.ij. rauedsini. lacce purgate. cuiusqȝ.ʒ.⁊.ϛ. zafrani. masticis. spice. cuiusqȝ.ʒ. tere oia diligenter ⁊ cum solatri aqua distemperans a.ʒ. vsqȝ exag. trocisca. quos cũ oleorum aqua ⁊ squigibi propiabis.

Trociscorũ assignatõ aliorũ ad eadẽ vtilium. rose.ʒ.v. berberis.iij. spodij.ʒ.⁊.ϛ. semis cucumeris ⁊ citroli. lacce purgate. fube virgarum. cuiusqȝ.ij. rauedsini.ʒ. zafrani. spice. masticis. absintbij. cuiusqȝ.ʒ.ϛ. tere oia diligenter ⁊ cum itibe aqua distẽpera.⁊ si calor imoderatus fuerit his adde medicaminibus. cãphore obolos.ij. Propina quoqȝ ei in cuius epatis latere gibboso apostema est calidum casei aq̃ cũ squingibin sũptã.⁊ puluerem qui ex cucumeris. citroli granis. semis apij ⁊ anisi. feniculi. ex singulis iuxta quod opus est sumẽs. sitqȝ caprarum esca. apiũ. fenicl's intiba ⁊ similia. Qd̃ si in latere est conico apostema. tunc maxima sit tua cura ad nature solutionem qum latus hoc epatis intestis cõparticipet. Da ita qȝ illi itibe aquã lebelabi ⁊ solatri. cũ cassie. f. medulla. sumẽs ex tribus predictis postq̃ bullierint ⁊ dispumate fuerint ac colate.ʒ.xliij.⁊ fricabis in eis cassie. f.ʒ.vij.⁊ i hyeme tepidas bibas. in estate refrigeratam. cum olei amigdalorum.ʒ. dulcium. propina quoqȝ spodij mollientes trociscos cum squingibin. sed ⁊ cum cassie. f. medulla. aquã casei.⁊ mirobolãa cũ hec puluere. Assignatio eius mirobolãi citrini.ʒ.x. semis intibe aquesutbi ⁊ citroli seminis cuiusqȝ.ij. lacce purgate rauedsini cuiusqȝ.ʒ.⁊.ϛ. scamonee.ϛ. dragma. de eo propina ʒ. cũ casei aqua iuxa quod opus fuerit. Oportet autẽ huius domini apostematis corpus iminuere cũ fructuũ decoctione ⁊ clisteri vtaris leni quo materias abstrahat ⁊ per solutionẽ educas. sed ⁊ camele lac illi propina. sed tamẽ prius his que prediximus pasce. incipiasqȝ illud propinare a.ϛ. libra vsqȝ librã.⁊.ϛ. cũ hoc puluere. Assignatio eius. sume mirobolani citrini ⁊ kebuli cuiusqȝ.ʒ.v. emblici. bellirici. cuiusqȝ.iij. semis intibe ⁊ aquesutbi. feniculi. cuiusqȝ.ij. teres ⁊ cũ lacte.ʒ.iij. ꝓpinabis diebus vij.⁊ si nulla fuerit febris cũ lacte trociscos dabis hos patiẽti. sin portulace cũ aq̃ ⁊ cũ cassia. f. Medicamen aliud ad idẽ. sume rose. r.ʒ.vj. berberis lacce lote cuiusqȝ.iiij. spodij.iij. rauedsini. sandali albi. semis intibe. aq̃sutbi. cuiusqȝ.ʒ.ij. semis feniculi. anisi cuiusqȝ.ʒ.⁊.ϛ. zafrani.ʒ. terẽgebini. vj. tere oia diligẽter ⁊ cũ mãne aqua distẽpera. Et si validus fuerit calor cãphore adde.ϛ.ʒ. Emplastra ãt ex maxima parte oȝ eẽ ex his que repellunt ⁊ prohibẽt materiã sua frigiditate cõposita ⁊ põticitate quale est cerotũ quod ex intibe fit aqua ⁊ queffara cucurbiteqȝ rasura. strigno. frõdiuȝ vitis succo. rosarũ aq̃ ⁊ semperuiue. ac arnoglosse cũ rosarũ oleo ⁊ cera alba. hisqȝ ea que sunt aromatici adde odoris. vt sandalũ. rosã. cãphorã. Die facto tertio aut q̃rto addẽdũ erit his aliqd eorũ que dissoluũt qual' est camomilla. mellilotum cathemia. ordeum. nec ab horũ desistes dissoluentiũ augmentatione quãdiu augetur apostema donec ad statuȝ pertigat. iã tunc ex dissoluentibus ⁊ reprimẽtibus cõposita sint emplastra medicamibus eq̃liter. Vt apostema declinare ceperit reprimẽtia minue ⁊ dissoluentia auge. caueasqȝ eorũ q̃ refrigerãt imoderationẽ ⁊ vsum nimiũ. sicqȝ ⁊ reprimentia. Sepe etenim hec in apostema ferũt durũ. difficilisqȝ eius fit dissolutio ⁊ aduentus hydropisis fit causa. Refrigerantia etenim ⁊ desiccantia materiã glomerãt ⁊ spissãt ⁊ dissolui prohibẽt. fit itaqȝ oppila° ex oppilatõe meatuũ hydropis. Assignatio emplastri in apostematis principio vtilis. Sume sandali albi.ʒ.iij. sandali. r. ninifar cuiusqȝ.iiij. rose. r.v. asiafi. memithe fusali. cuiusqȝ.ij. acatie. terre cimolee.ʒ. cãphore.ϛ.ʒ. tere oia diligenter ⁊ cũ intibe aqua distẽpera. ac q̃ffare ⁊ sempuiue. portulaceqȝ ⁊ lactucarũ. Emplastrum aliud apostẽatis epatis principijs vtile. Sume foliorũ solatri. foliorum caquenegi. tabalebi. rose viole recẽtis. portulace. semperuiue. rasure cucurbite lactucarũ partes equales tere in mortario diligenter ⁊ sandalũ adde albũ. rosã modicũqȝ ordei farine ⁊ epar emplastriza. Emplastrum aliud quod epati adhibetur quȝ apostema augetur. sandali albi.ʒ.iiij. rubei.v. rosaruȝ vj. camomille florũ. melliloti. cuiusqȝ obolos.iij. absintbij. greci.ʒ.⁊.ϛ. zafrani. cãphore cuiusqȝ obolos.ij. tere oia diligenter ⁊ sume ol'i violarũ ⁊ ol'i camomille cuiusqȝ partẽ. cere q̃drantem. Ceram in ol'o liquefac ⁊ medicamia superadde. misceqȝ diligenter ⁊ emplastro facto epati appone apostẽato. Emplastrum aliud vtile epatis in statu apostemati. sandali albi ⁊ rubei. cuiusqȝ.ʒ.v. rose. r. optime purgate.iij. camomille florum. melliloti violarũ siccarũ. ordei farine. cuiusqȝ.iiij. absintbij greci. fasali. asiafi memithe. cuiusqȝ.iij. masticis. spic̃. nardi. cuiusqȝ.ij. zafrani.ʒ.⁊.ϛ. cãphore obol'.ij. tere oia diligent̃ ⁊ in camomille oleo ac violaceo liquefacta prius in eis cera. r. quanta opus fuerit distempera ⁊ vtere. Emplastruȝ cuius in declinatione vsus ẽ vtilis. Sume sandali. r. albi. fusali. violaruȝ ninifar. cuiusqȝ.ʒ.iij. rose. r. camomille. melliloti. absintbij greci. capilli veneris. semis lini. cuiusqȝ.v. masticis. spice nardi. mibe cuiusqȝ.iij. zafrani.ʒ.⁊.ϛ. tere oia ⁊ distẽpera cũ aneti oleo. aut liliorũ alborũ cera in eo liquefacta. Et si cum apostemate febris fuerit medicamia cauenda erunt calida ne patienti propinẽtur neve eis epar emplastrizet̃. Et si apostema epatis ex manifesta fuerit cã. percussiõe. s. aut casu. tunc hoc emplastrũ erit adhibendum. Assignatio eius mirti.ʒ.iiij. xiloaloes optime. baccarũ lauri. zafrani. calami aromatici. mirre. masticis. cuiusqȝ.ij. cere. v. liliorũ olei. xv. vsqȝ.xx. misusani.iiij. medicamina, diligenter terens subti

li transmitte panno. ꝛ cum misusano misce. ceramq; in oleo liquefac ꝛ medicamina sic in eo distempera. factoq; emplastro epati applica. propina autem eiusmodi patienti fube virgas. mirraz cinamomū. terrā armenicā cuiusq; ptem: tritis oibus diligenter. patiēti propinabis. ʒ. ij. cum rosarum oleo. Emplastri assignatio ad idē. Sume pentafoli ʒ. x. ciceris excoriati. lacce lote. vij. reubarbari. iiij. ȝafrāi. iij. terre armenice. x. mumie. iij. tere oīa diligenter ꝛ cuȝ liliorum oleo mumiā dissolue. ipsoq; medicamina dissolue ꝛ epar emplastriza. propinaq; de eo. iij. ʒ. cum ciceris aqua tūsi ꝛ infusi ꝛ si nulla fuerit febris vinū illi porrige ribanū. Expedit autē in cibis tuū esse in calidum patiente apostema epatis regimē quale ꝛ illius est qui calida eius cōplexione molestatur: sitq; egrotantis habitatio in frigidis locis ꝛ aere iocūdo. que oia aquilonis exurat ventus. Et oportet apostema in epate habentem fructibus arcere ponticis vt citonijs piris similibusq; quoniā oppilationē pariunt ꝛ materie probibent egressū vnde ꝛ apostema augēt.

Capitulū. 33. de aperiendo epatis qui in saniem vertitur apostemate.

q **Um autez** quod in epate est apostema ī saniem conuersum est emplastris vti opz de quibus in furūculorum diximus cura. qui in stomacho accidunt. Et hec emplastri assignatio quod apostema facit erūpere. Sume fenugreci. seminuz lini ꝛ meruc. cuiusq; ʒ. x. radic cathemie. silemi farine. molendini pulueris. cuiusq; vij. camomille. melliloti. violarū siccarum. cuiusq; v. narcisci cepe. ʒ. ij diligenter tritas. fermenti cuiusq; x. masticis. ʒ. colūbarum fimi. buracis cuiusq; iij. tere que possibile est borū medicaminū diligenter. ꝛ cum mollib⁹ aduna medicaminibus ꝛ oleū cheiri. violaceūq; in quo cerā iuxta quod opus fuerit liquefeceris superfunde. factoq; emplastro apostemati applica. ꝛ opz patiēti ordei dare aquā cū melle. ꝛ ficuuȝ aquā decoctaruȝ. fenugrecūq; cū melle. Et bec decoctionis ad hoc vtilis assignatio. Sume fenugreci. seminis lini. cuiusq; ʒ. x. ficus albas numero. x. adiāti seminis cathemie ꝛ maluc. cuiusq; v. fantenegi. cētauree cuiusq; iiij. isopi. prassij. cuiusq; ij. coque oīa in. iij. aque libris donec ad libram redeant. colans. iiij. ex ea. ℥. sūe ꝛ mell'apū sradde. pe nidiorūq; cuiusq; ʒ. x. olei amigdalini dulcis. ij. bibat tepidū ppia q; lactis asine. ꝛ capꝛ. ℥. iiij. c̄ seie meruc. ꝛ feūgreco. ꝛ ȝuȝenegi tritis diligēter cuiusq; sume. ʒ. ꝛ. ʃ. ꝛ tepidū propia. Oz autē māin in vesice trabere partes ꝛ renuȝ medicamib⁹ vrinā prouocātibus: quatenus p vrinā sanies emittatur. Sit igitur qd ad bec porriges si nulla est febris. besse. fautenegi. isopi. radicū apij. feniculi. daucij; decoctio cuȝ melle. Qd si aliqua igruat febris calida nō erūt danda. dabis itaq; seminum cucurbite. cucumeris. citroli. mellonis medullarum. cuiusq; ʒ. v. amili. dragagāti. gūme arabice. cuiusq; ʒ. ꝛ. ʃ. ligritie. succi. ij. tere bec diligenter. ꝛ. ʒ. iiij. cū violarū syropo aut in lab. aut papauerino mane porrige. vespere tātūdez. ꝛ lenib⁹ mollientibusq; pasce cibis: vt mezauro quod cum blito fit ꝛ spinachijs. maluis. catafo. ꝛ cū amigdalorū oleo ꝛ penidijs. Dabisq; illi polentā que ex simile medulla fit cum amigdalorum oleo ꝛ penidijs. aut ȝaccare ꝛ ordei aquā cuȝ ȝaccara prodest: ona sorbitet sorbilia: ꝛ agnorū vescatur pedibus cū espidabago paratis. similibusq; cibis qui digestioni parent. ꝛ cito a stomacho descendūt ꝛ intestinis. Ut autem apostema erupit: ꝛ in renū partes sanies fertur ꝛ vesice: ꝛ per vrinam egredietur patienti papaueris trociscos dare expediet cum papaueris syropo. ꝛ iniubarū. ꝛ nimifar: cibosq; illi offeres quos assignauimus sorbitiōes ꝛ alia. Qz si apostemate erupto ī stōaci ptes ꝛ itestia sanies declinauerit: ꝛ per egestionem euacuabitur. ꝛ vrinā: oportebit nature cauere emollitionem. sz ꝛ desiccationē. Attende itaq; eius tēperiei q̄ntum fas est: patientemq; ouis refice sorbilibus ꝛ polēta que ex simile panis fit. mica sine ȝaccara: lacte quoq; a quo eius excolaueris aquositatē ꝛ sorbitionē q̄ fit ex riso ꝛ amilo. Et si materia ad ea fertur loca que inter siphacem sunt ꝛ itestina. in q bus. s. i hydropicis aqua aduātur: locus erit tibi incidēdus qui ī inguibus ē: saniesq; abide purgāda: queadmodū i chyrurgia expōem⁹. Cū āt apostēa calidū ī vētris erit lacertis qui sup epar positi sūt: apostēatū calidorū cura curādus erit qd ī mēbris accidit. phlobotomia. s. medicaminū poculo ēplis ꝛ cib. Et si h̄ ī saniē ꝯuertiſ medicamib⁹ vteris apiētibus ēplastris ꝛ īstillatiōib⁹: vltimoq; icisione. Nec ē i huius mōi apostēatib⁹ prestolādum: donec medicaminū vi erūpāt Sanies nāq; si ī bis diutius psliterit locis corrodit ꝛ putrescere lacertos facit. siphacēq; q̄ super vētrē ē erūpitq; ad interiora ꝛ ea que ītus sunt ledit mēbra. hic itaq; apostemata h̄ expedit icidere anteq̄ ad iteriora erūpant. Qd si fieri contigerit furūculorum qui ab iterioribus erūpunt cā adbibendū erit regimen queadmodū presignauimus.

Cap⁹. 34. de apostēatis fri qd in epate accidit medela.

a **Postematum** i medela frōꝛ que epati accidunt patiēti trociscos dare oportet absinthij cū squingibin. pderit autē si dederis illi borū trociscorū aliquos. cū aqua in qua fenugreci feniculi semis. cuiusq; ʒ. x. radic adecbari ꝛ florū ei⁹ cuiusq; v. ȝebibi taifi. xv. ficus albas numero. x. bullieris. bec coque in duabus aque libris. donec ad librā redeant colabis q; de ea. ℥. iiij. ꝛ superinijces boꝛ trociscorū exag. cū charue oleo. ʒ. ij. ꝛ amigdalini. ʒ. Trociscoꝛ assignato frigido epatis apostemati vtilium. rose. ꝛ. ʒ. v. berberis. iij. anisi. seminis apij montani. adecbari radicis ꝛ eius florum. selicbe calami aromatici. cuiusq; iij. masticis. spice. darsisabāi. asari. raued sini. fube virgarū. lacce purgate. cuiusq; ij. mirre ȝafrani cui⁹ q; ʒ. ꝛ. ʃ. tere oīa diligenter ꝛ cum feniculi aqua distēperans exag. trociscos informa. Aliorū assignatio trociscorum. Sume apij semis anisi. nanacbue. absinthij cuiusq; ʒ. iij. fue virgarum. lacce cuiusq; ij. rauendsini. masticis. spice nardi. cuiusq; ʒ. ꝛ. ʃ. succi gafeti. ȝafrani cuiusq; ʒ. tere oīa diligēter ꝛ cum vino distēperans a. ʒ. vsq; exag. trocisca. Et si frigidum hoc apostema tenerū est. patienti radicū aquaȝ dare oportebis hanc. Assignatio eius: sume corticē apij radicū ꝛ feniculi cuiusq; ʒ. x. semis apij. anisi. ꝛ feniculi. cuiusq; iiij. radicis adecbari ꝛ florū eius. berbe gafeti. camedrei. camepitbi. sucabe. badauredi. cuiusq; v. masticis. spice nardi. asari. cui⁹q; ij. ꝛ. ʃ. fubevirgaꝛ. lacce. selicbe choriboꝛ. balsai cui⁹ q; ij. ꝛ. ʃ. ȝebibi taifi. xx. fic⁹ albas. nūo. vij. coq oia i. iiij. aq̄ libris. dōec ad librā. ꝛ. ʃ. redeāt. colabq; ex ea. ℥. iiij. ꝛ fricab in eis medicais cartami exag. amigdalorum amararum olei addens. ʒ. ꝛ si apostema in latere fuerit conico epatis: pone simul charube oleū amigdalini loco quo naturā faciat fluxā. eparq; emplastris emplastriza calefacientibus ꝛ desiccantibus. Emplastri assignatio tenero vtilis apostemati quod epati accidit. Boum stercoris ꝛ caprarū fimi. cuiusq; ʒ. vj. semis apij. nanacbue. anisi. cardamōi. cui⁹q; iij. radicis adecbari ꝛ florum eius. aloes epatice. cuiusq; ij. nardini. clitici. spice. aromatici. nitri. cuiusq; ʒ. ꝛ. ʃ. gūme botami. ratinegi. cuiusq; iij. cere albe. iiij. cerā ī olō liquefac aut costio ꝛ dissolue ī eis gūmam ꝛ ratinegum. sicq; medicamia admisce diligēter trita: optieq; percute. ꝛ epar apostema babens empl'iza tenerum: empl'iza quoq; estamaicō empl'ro: aut emplastro diaspermaton. Sit illi cibus ciceris aqua cū oleo loto avt taugi: aut franglini i espidabago parati: siue i sartagie cum oleo oliuarum. garo. cinamomo. cimio. Ex oleribus illi mentā permitte: badernebiam. piganū. apium. oibusq; probibe a fructibus. lacte. legumibus. preter vuas passas dulces ficusq; siccas. ꝛ barū moderata sit quātitas. Mell' aquā illi ꝛ gēdicon propia. ac xiloaloes: nōnūq̄ syropū: ꝛ aliqñ ȝaccare electuariū. vt xiloaloes. ac ambre iuxta tēpus iperabit.

Qd si apostema qd epati accidit nigrum ē durum. s. ꝛ seliros patienti zufc dabis decoctionē: cuius hec est assignatio. Fenugreci. ʒ. x. semis lini. vij. adiāti. ligritie radicis. cuiusq; v. semis catbemie ꝛ maluc. cuiusq; iiij. ficus albas numero. x isopi sicci. iij. vue passe choroSanice iterius purgate. xx. coque oia in. iij. aque lb. donec ad lb. redeāt: colaq; ꝛ sume ex ea. ʒ. xl. cū. ʒ. amigdalini olei. ꝛ. ʃ. tātūdēq; olei charue. ꝛ tepidas ppia. Et si aliq̄s illic sine febre calor fuerit: casei aq̄ da egrotāti que fit cū sqngibi: iuxta qd opus cē videris cū lacce medicamie. ꝛ rosarū siliūq;. Et si nullus est calor camele propina lac que comederit apiū. abrotanum. in diei principijs. in fine ordei farinā distempatam cū semine apij ꝛ feniculi. bec cum ea. x. faciesdiebus: ꝛ sic illam emunges: dabisq; de eius lacte librā cum exagijs. calcalanegi duobus. aut cuȝ mirobolanorū. kebuli ꝛ indi diligenter tritorū cuiusq; partē ꝛ apij semis anisi. feniculi. cuiusq; quadrantē partis. bec teres diligenter ꝛ cū boc sumes lacte. ʒ. iiij. ȝaccareq; ʒ. vij. Emplastrizabis autē epar hoc emplastro. Assignatio eius. Sume fenugreci. lini semis cuiusq; ʒ. x. mibe fluxe. cere albe cuiusq; v. adipis galline ꝛ anatis. cuiusq; vij. olei nardini xx. ceraȝ liquefac ꝛ adipē ac oleū cū miba sicq; medicamina superinijce ꝛ emplastriza epar. Et si cū duro apostemate calor fuerit. emplastrum adbibe in quo camomille ꝛ melliloti cuiusq; ps ponit. viole sicce partes duc. fenugreci. semis lini. cuiusq; ʃ. pars. masticis quadrans. bec oīa diligenter teres ꝛ cum oleo distēperabis violarū ceraq; alba ꝛ emplastrizabis. Em

pla strum aliud ad epatis duritiē. mirre. aloes. mibe. ȝafrani amomi. cardamomi. laudani. siselei. radicū apij. cuiusqꝫ. ʒ. v. carpobalsami. absinthij greci. costi indici. cuiusqꝫ. ij. ⁊. ſ. camomille. mellilotí. selicbe. cuiusqꝫ. iij. turis. vij. cere. ſ. libram in violarum olei libra liquefacte. olī nardini quadranteꝫ. anserini adipis ⁊ vitulini. cuiusqꝫ. ʒ. x. que teri possunt diligēter tere. adipesqꝫ in olīs liq̄fac. ⁊ simul oīa misce. factoqꝫ emplastro epati adhibe.

Capitulum. 35. de epatis opilationis medela.

a TUero epatis oppilationis est medela. hec si oppilatio in latere fuerit gibboso ipsius egrotanti medicamina dabis vrinam prouocantia que meatus purgent ⁊ oppilationē aperiant. vt apij semen. anisū. feniculū. nanachuā. da ⁊ berberis trociscos cum feniculi succo ⁊ apij ac squingibin ⁊ lacce trociscos ac absinthiacos cū his que prediximus. ⁊ si hec non prosunt radicuꝫ illi propina aquam in qua radices semiaqꝫ ponuntur. absinthium. daucū. nanachuā. apij semē mōtani. semē pētafili. costū. merua pietū ⁊ silia. cū amigdalaꝝ olō amararū. Et si sū pseris agarici floꝝ. addechari. gētiane. cuiusqꝫ ptē terasqꝫ diligenter ⁊ exagi. cū squingibin ꝓpines proderit. Sit huic cibus ciceris aqua cū aneto ⁊ cimino. cinamomo. oleo loto ⁊ dulcibus illū probibe maxieqꝫ illis que cū amilo fiunt ⁊ farina. vt chabiso. faludego. catatisi. arceas quoqꝫ illū post prādiū a motu. Et si oppilatio in latere fuerit conico epatis. patientē cū epithimi solue decoctione ⁊ clisteri facili. cui sēia incidunt aperientia oppilationē. Dabis ēt illi electuaria oppilationē aperientia. vt cartami medicamē ⁊ lacce. atanasiāqꝫ ⁊ electuariū pētaticon. quoniam optima ē illi i vētositatis dissolutione ⁊ oppilatione aperienda actio. emplastriȝa quoqꝫ hoc epar emplastro. Assignatio eius. camomille. mellíloti. bereniaseti. cuiusqꝫ. ʒ. x. semis apij: nanachue. cuiusqꝫ. iij. spice aromatice. assari cuiusqꝫ. ij. prasij. amigdalarū amararum cuiusqꝫ. iij. tere oīa diligenter ⁊ cū feniculi aqua distemperans epar emplastri ȝa stō cibis vacuo.

Capitulum. 36. de hydropisis spērū ⁊ primuꝫ hydropisis carnose que hyposarca dicitur medela.

b IDropisis spēs alio confirmatum ē loco tres. carnosam tympanicaꝫ ⁊ vtream. ⁊ nos hic ab hydropisis carnose medela incipiemus. Dico ergo qum videris malā habitudinē ⁊ cōplexionis corruptionē incipi. expedit patientē ciborū arcere copia. quoniam sua cibus multitudine stomachū grauat ⁊ a digestiōe probibet. corporisqꝫ auget humiditatem. ⁊ calorem extinguit naturalē qum i huiusmodi morbo debilitas isit illi. Caueas quoqꝫ cibos tarde digestionis frigidosqꝫ ⁊ humidos vt lac. pisces recētes. butyrū. sisami oleū. legumina. ⁊ que ex tritico fiunt vt amilū. atriā ⁊ que cū melle fiunt ⁊ ȝaccara: vt faludegū. cabisum. catatisum fugiles ⁊ similia. Epar eteiꝫ eo q ipsis tanq̄ dulcibus plurimū delectetur cibis ad se trahit hos. inuiscaturqꝫ illi que i eis ē substātia crossa ⁊ meatibꝰ eius. vnde ⁊ oppilō augetur. ⁊ hec roboratur passio. Jō ergo oīa hec ill̄ officiūt qbus i viscribꝰ oppillō ē ⁊ crossities vt i stō. splene in renibꝰ alijsqꝫ. Laudabilius aūt in huiusmodi dominū passionis fame vtimur ⁊ aque paucitate potus ⁊ ꝓhibitiōe ab exercitio ⁊ labore post cibū eiusqꝫ vsu ante cibos balneoqꝫ salse aq̄ ⁊ alumiose ac buratiane ⁊ sulphuree exercitiū Cibos demꝰ illi calefaciētes ⁊ desiccātes subtiliantesqꝫ ⁊ digestioni faciles. post balneū hora plena. aut post exercitiū. si nō itercidat balneū. vt carnes pullorū. taugorum franglíorum. cubegorū passerum i espidabago paratorum. cum aneto cicere. ciamomo. galengar. cimio. aut i sartagie cum aceto coctas. carui. muri. darasini. galēgar. pipere. engedano. heltitho. modicūqꝫ vini ribani. i quod virgas proieceris pigani. apij. mēte. fautenegi ⁊ salsamēto cū aceto. garo. sinapi. queqꝫ fiunt de blito dabis cum oliue oleo. garo. sinapi. aceto ⁊ similibus rebus subtiliātibus. vinū illi propia ribanum vetus. aut merū. aut certe parū mixtum. ⁊ quātum poteris ab aque pure potu arce. nisi perpauce. nec vero aquā sumat oīo cum niue refrigeratā: quoniā hec epatis refrigerat cōplexiōē. ⁊ morbum auget i tm̄ vt nōnunq̄ eius naturalē extiguat calorem huiusmodi opꝫ esse regimē hydropisis carnose dn̄i qū eiꝰ aduentus pricipia videris. Dehinc ituere quenā sit huius aduētus passionis cā. intellectāqꝫ rebus oppugna contrarijs. Et si cā huius in epate fuerit apostema. aut durities eius. aut opplō meatibus eius accidēs. aut apostema stomaci vel frigiditas eius vel spleis apostema. vel eius debilitas. oportebit horum proponere medelā singulorū. hīs que facient huic obuiā passioni quēadmodū suis expositū ē in capitulis. Et si hoc

mēstruorū conclusionis accidit cā. aut emorroidum sanguis vtēdum i patientē erit mediastine phlebotomo. si etas virtusqꝫ adiuuerint. sanguinis quantā necesse erit extrahas quātitatem iuxta quod virtus patitur. paulatim nō seml̄. phlebotomia nāqꝫ hac in parte medela est optima. quꝫ ⁊ virtus alacrior alleuiata fiat. ⁊ calor assurgat naturalis. Dehinc ipso quod iam dictū virtutē eius augebis regimie calefacienti. s. ⁊ desiccanti vterisqꝫ exercitio i patientem ante prandiū ad caloris sol̄ estus i locis calidis in quo calor roboreṫ natural̄ ⁊ i omne diffundatur corpus: humiditasqꝫ desiccetur ⁊ a corporis profundo ad eius educatur exteriora. Caueat aūt patiens capiti ⁊ operiat. sitqꝫ eius exercitjū iuxta q̄ virtus fert ⁊ nō imoderatū. ne forte calor dissoluaṫ nāl̄ ⁊ virtꝰ dbiliteṫ. Sitqꝫ exercitij eiꝰ ps eqtatō modica: ps pedū lēis dābulatō i arenosis locis ⁊ plueris. ⁊ si forte possiblē ē patiētē abi q̄ ē reg ōe trāsire ad aliā calidiorē ⁊ sicciorē fiat: ipaqꝫ illi i sabulo volutari: ⁊ puluerē calidū si fieri potest ⁊ patitur: fricatiōe vtatur forti cū māibus ⁊ manutergijs prius corpori superiecto burace modico ⁊ sale. gallaqꝫ ⁊ alumie: ac similibꝰ desiccantibus: post hec in balneis lauetur buracianis sulphureis aut alumiosis. Et si nulla ē illi febris corpus eius aqua īfunde in q̄ mirtum. cortices glādium: alumē. buracum. sulphur cum nemamo. calamēto. sansuco. bereniaseto coxeris: aquāqꝫ cui ferrum imersum ē calefactum: post hec paruꝫ gescat. ⁊ quos diximus vescatur cibis ⁊ hec in hac exbibēda sunt passione cū ciborum ⁊ aliorū regimie. Quo āt vti oꝫ medicaminum regimie vrinā prouocātium ē cura. Sunt eim hydropisi hyposarche vtilia: vt apij semē montani. daucum. nanachua. semē feniculi. anisum. asarū. siseleon. absinthiū. fautenegum montanum. si cum aq̄ coquātur ⁊ melle: bibatqꝫ. ij. patiens. ℥. cum. ſ. ʒ. vsqꝫ exagium socrite. Medicamis assigº qō vrinā prouocat ⁊ hydropicis prodest. Sume dauci. asari. semis apij mōtani. anisi. cuiusqꝫ. ʒ. v. polij. in al̄ spodij. camedrei. ȝebanegi. i al̄ ȝebbosiaci. camepithi. fautenegi montani. carpobalsami. florū adechari. cuiusqꝫ. iij. spice aromatice selicbe. cuiusqꝫ. ʒ. ⁊. ſ. ȝafrani. ʒ. tere oīa diligenter. ⁊. ʒ. ij. cum squingibin mellei. ℥. ij. mixtis aq̄ propia. Pulueris assigº ad eadem vtil̄. Sume semis apij. anisi. semis feniculi. gafeti succi. absinthij greci. spice. cuiusqꝫ. ʒ. lacce. rauedsini. scolopēdrij. cuiusqꝫ. iij. radicis liquiritie. ʒ. ⁊. ſ. tere oīa diligēter: ⁊. ʒ. ij. cum vino propina ribano. Assignatio trociscorum hydropi carnose vtilium in passionis ꝑncipijs. Sume rose ru. optime purgate. ʒ. vj. berberis. iij. asari. spice. nardi. gafeti succi. absinthij succi. cuiusqꝫ. ij. seminis apij. anisi seminis. feniculi. adechari. cuiusqꝫ. ʒ. ⁊. ſ. ȝafrani. ſ. ʒ. tere oīa diligenter ⁊ cū aq̄ distēperans. a. ʒ. vsqꝫ exag. trocisca. quos cū feniculi aqua ⁊ apij propinabis si nullus illi fuerit calor. Sin cum intibe aqua amare ⁊ aquesuthi. ⁊ trociscis vteris reubarbari cū squingibin diebus aliquot ⁊ nōnunq̄ cum vomitu euacuab̄ adbibito squingibin ⁊ fugilibus aneti aqua ḋcoctis. maximeqꝫ si tēpus estas fuerit. hunc etenim ad euacuandū prodest humorē. oportet autē vti te vomitu prius ⁊ euacuatione humoris anteq̄ aqua robretur ⁊ humiditas domineṫ q̄diu virtus retinens ē ⁊ adhuc valet. vt eteniꝫ hūiditas dominari ceperit ⁊ debilitata virtꝰ succubuerit vomitꝰ nullus erit vsus. ⁊ euacuatiōe vtēdū cuꝫ laxatiuo phlegma deponenti: vt estamaiconis pill̄. quibus intercidit turbit ⁊ hyera ⁊ hebelnili. coloquintide adeps. hisqꝫ anteq̄ passio roboreṫ vtenduꝫ. Ut autē roborata ⁊ fixa fuerit eo vteris quod diximus regimine calefacienti ⁊ desiccanti. vrinamqꝫ prouocantibus. Electuarij assignatio quod vrinam prouocat ⁊ hydropicis prodest. Sume spice. selicbe. florum adechari. asari. cuiusqꝫ. ʒ. iij. granorū. mirti. costi. cinamomi. mibe cuiusqꝫ. ʒ. tere oīa diligenter ⁊ cū melle distēpera dispumato. dabisqꝫ de eo. ʒ. Simul autem ⁊ intuendū in vrinā. ⁊ si alba fuerit frigiditasqꝫ ⁊ humiditas dominātia corpori ⁊ epati. nullusqꝫ est calor. patienti radicū propina aquā cōpetētē cū cartami medicamie. aut electuario lacce paruo. dehinc magno cū amigdalarum oleo amararū ⁊ oleo charue. athanasiaqꝫ facta cū lupio epate ad eadē prodest. si. ʒ. ſ. de ea vtaris vsqꝫ. ſ. exag. cū feniculi aqua expressa. sic ⁊ mitridatū corruptioni prodest cōplexionis ⁊ hydropisi. si iuxta quod opus ē de eo sumatur: tyriacaqꝫ faruc ad eadē manifeste prodest. si ex eo. ſ. ʒ. vsqꝫ. ſ. exag. sumatur. minus amplius ve iuxta quod opus fuerit. Opꝫ autē cū hac habitudine corporis assuefacere euacuationem alternis tēporibus cū opoponacis pill̄. ⁊ estamaicō ⁊ sabarbarani electuario similibusqꝫ. Tradunt antiquorum quidaꝫ ericij carnē si desiccetur ⁊ diligenter teratur. bibaturqꝫ de ea ʒ. ij. vsqꝫ. iij. cū vino veteri hyposarcis prodest. Aqua quoqꝫ

athali.ʒ.xx.cū liquiritie radicū.ireos.ʒ.x.⁊ vino ribano hy-
posarce manifestissime prodest.emplastra quoq3 ⁊ cataplas-
mata adhibenda sunt.Cataplasmetur itaq3 hui⁹ passionis
domini vēter ⁊ oē eius corpus hoc emplastro. Assignatio
eius.camomille.mellilоti farine ordei.bouis fimi ⁊ ouini ca-
prarūq3.cuiusq3.ʒ.xv.corticū radicis capparis.aloes epati-
ce.costi amari.cuiusq3.v.masticis spice.assari.absinthij greci
cuiusq3.ij.tere diligenter ⁊ cū vini distēpera aceto ⁊ apij suc-
co feniculiq3 ventrēq3 cataplasma ⁊ oē corp⁹ ⁊ ad solē3 pa-
tientē iuxta quod ferre pōt statue. ⁊ sic cū decoctionis aqua
lauabis ī qua camomilla fuerit.sibū.artemisia. Et si diebus
aliquot corpus cataplasmaueris cū fimo boum ⁊ ouium tri
tis diligenter ⁊ distēperatis cū athali aqua manifeste prode
rit. Emplastrum aliud ad idē vtile.Sume fimi boū qui si-
bum comederunt ⁊ abrotanū camomillam ⁊ similia partem
aloes quadrantem.sal'andrani.ς.partē.ireos radicū octa-
uā ptis.tere diligenter ⁊ ī acerrimo coque aceto donec spisse
tur ⁊ ventrē oēq3 cataplasma corpus:sicq3 vt siccetur permit
te ⁊ in balneis cū aqua lauabis calida ī qua sibū.abrotanū3
nemamū.sasucū coxeris. Hoc itaq3 regimine ⁊ cura o3 hy-
dropicū carnosū disponere. Nec vero expedit in vni⁹ vsu
medicaminis diutius psistere:neq3 ī eorū que interius nec q̄
exterius adhibentur:sed expedit in huiusmodi domio pas-
sionis a medicamīe trāsire in medicamē ne forte vni assue-
scat natura medicamini:roboreturq3 in eo nec prosit.sicq3 ⁊
in oībus prolixis o3 facere morbis.

Capitulum.27.de hydropisis vtree medela.

N hydropisis vtree medela expedit
regimē in morbi eē pn
cipijs quod ⁊ in principio assignauimus roborata
passione ⁊ aqua confirmata medicaminibus vtendū erit la
xatiuis ⁊ aquā deponētibus vt pill' asaie ⁊ serchasi. sitaregi-
q3 prosunt oēs enim he. Et hec pill' assignatio que hydro
pisi prosunt vtree ⁊ aquā deponunt. Sume tubali eris folio-
rum mazerionis cuiusq3 partē.tere ⁊ cribra ac cū apij aqua
distemperās pill'.earū potio a.ʒ.vsq3.ij.iuxta quod opus fue
rit. Pill' alie vtiles hydropisi vtree.Sume virgarum bal-
sami.lacce cuiusq3.ʒ.ij.anisi.masticis.cuiusq3.ʒ.⁊.ς.rauedsini
absinthij succi ⁊ gafeti succi.⁊ eris vsti.mazeriōis in vini ace
to die ⁊ nocte infusi.cuiusq3.ij.sabernij.diagridij. ireos radi-
cis.costi.cuiusq3.ʒ.tere oīa diligenter ⁊ cū feniculi aqua distē-
pera pillq3 earū potio.ʒ.ij.vsq3.ij.⁊.ς.cū aq̄ calida. Pill'a
rum aliarum assignatio.Sume mazerionis.vj.ʒ.rose.r.opti-
me purgate liquiritie succi.cuiusq3.tere oīa diligēter ⁊ cū so-
latri aqua distēpera pillulaq3.ʒ.propina.ij.cū calida. Pil
lularū assignatio aliarū turbit albi.ʒ.v.hyerepicre.iiij.opopo
nacis tantūdem agarici.ireos radicū cuiusq3.iij.salis naste.
ij.lacce.rauedsini.radicis adechari ⁊ florū eius seliche. cuius
q3.ʒ.⁊.ς.euforbij.ʒ.tere oīa diligenter ⁊ cū feniculi aqua distē
perans pill'.dabisq3 de eis.ʒ.ij.cū zaccara ⁊ aqua calida.Et
sic cū camele lacte.ʒ.ij.de eis.⁊.ς.bibantur manifeste prode-
rit. Catarticū aliud vtree deponēs aquā.Sume sene. mi-
robolani citrini.mazerionis.saberemi.eris vsti cuiusq3 par.
tē.cinami.masticis.cuiusq3.ς.partē tere oīa diligenter.⁊.ʒ.i.
ac.ς.cū tātūdē zacc.⁊ aqua calida porrige. Medicamen
aliud probatū.Sume vrine camele arabice.℥.aque fugilum.
℥.⁊.ς.aque calide tm̄dē.fimi colūbarū.ʒ.⁊.ς.tere medicamē
hoc diligenter ⁊ in aquas proijce vrinasq3 ⁊ bibat patiens.
Medicamen aliud aquā deponēs. Sume succi radicis.
ireos.ʒ.x.vrine caprarū.℥.ij aloes infusionis.ς.℥. misce oīa
⁊ superinijce colūbarū fimi triti diligenter.ʒ.ij.zafrani.ς.ʒ.⁊
sic propina.quoniā fortiter aquā laxat.nec vero hoc faciēdū
nisi cui virtus valida est. Qum autē eger medicamina laxa
tiua nō patitur: emplastris vtendū est laxatiuis.quorū h est
vnū. Assignatio eius.Sume coloquintide adipis ⁊ radi-
cum eius.saberemi.hebeliuli.mazeriōis.diagridij.aloes.mir
re.cathemie radicis.machali.ireos radicū.boum fimi.pascu
lum.cuiusq3.℥.iiij.tauri fellis.cucumeris agrestis. miutengi.
cardamomi.euforbij.misinoi.mihe fluxe.cuiusq3.v.ʒ.buraci.
r.salis naste.cuiusq3.iiij.gūme senoribari.iij.corticū radic.vi
tis.āseris adipis ⁊ gallie ⁊ vituli. cuiusq3.℥.ij.cere.ς.℔.cerā
⁊ adipes liquefac in aneti oleo ⁊ medicamia supinijce. facto
q3 emplo vētrē empl'iza.qm̄ aquā laxat fortiter. Et q̄ patiēti
vt sūat facilia sūt aq̄q3 deponūt,ppia illi. Mazeriōis olī
assignatio ad eadē vtilis.Sume mazeriōis optimi ℔.⁊.ς.su
perfunde ℔.v.aque suauis.quas moderato coque igne doec
libra supsit.Tunc amigdolorum oleo dulciū quartā libre ad
de:donec aqua deficiat coque supstite oleo ⁊ propia de eo cū
camele lacte aut casei aqua.ʒ.j.Sit post hec medicamina ci

bus espidabagi ius cū cinamomo.galēgar.aneto.cicere ⁊ olo
loto. Emplastri assignatio qd vtree hydropisis pdest aq̄
Sume fimi bouis.ʒ.xxx.sulphuris crocci. cardamomi. bac-
carū lauri.miutengi.cuiusq3.v.caprarum fimi triti diligēter.
ʒ.xx.tere oīa ⁊ ī subtilē redige puluerē:atq3 cū squingibin di-
stempera:⁊ ventrem ad solē emplastriza. Emplastrū ali-
ud ad idē.Sume ficus nigras siccas in vino aceti infusas ⁊
fricatas.xxx.fimi caprarum triti.x.ʒ.buraci.nitri.ireos radi
cis.cuiusq3.v.tere oīa diligenter ⁊ cum ficubus pista:ventrē-
q3 emplastriza stomacho cibis vacuo:⁊ donec siccetur dimit
te:lauabisq3 cum aqua in qua camomillā.hreniasetū. sibū.
sansucūq3 coxeris. Emplastrum aliud ad idē.Sume rati
negi.amoniaci.cuiusq3.ʒ.v.nitri.thuris minuti. cardamomi
sulphuris crocci.⁊ albi.cuiusq3.iij.columbarū fimi.x.tere om
nia diligēter cum pueri vrina qui mulierē nō nouit: ventrēq3
emplastriza. Emplastrum aliud ad idē.Sume marchasi
te.sulphuris crocci.nitri.amoniaci.botami gūme .cere albe.
cuiusq3 partē.ireos radicis.miutēgi.cuiusq3.ς.partem.medi
camina diligēter tere amoniacūq3 ⁊ gūmas botami. cerāq3
in oleo liquefac nardino aut costio.iuxta qd opus fuerit:vē-
trezq3 emplastriza.Emplastrū quoq3 qd dicitur mileti vtile
est:sicq3 ⁊ emplastrum fula habed manifeste prodest. Et
hec emplastri assignatio quod in omnibus hydropisis ē spe-
tiebus vtile.Sume amomi.spice.cardamomi.cuiusq3.ʒ.x.ma
chali glauci.maseti.amoniaci.sabadi.zafrani.cuiusq3.v.alo
es. mirre. thuris masculi. carpobalsami. xilobalsami. lau-
dani. cuiusq3. xv. corticum seliche . costi amari . piretri .mi
he recentis .aristologie rotūde.mellilоti.ireos radic.cui⁹q3.
.x.gariofili masticis.cuiusq3.vij.rose.r.optime purgate.colū
barū fimi cuiusq3.xx.cucumeris agrestis coloquintide adi-
pis.cuiusq3.x.gūmas cū zafrano vino infunde veteri ⁊ medi
camina diligenter tere cribraq3 ⁊ in modico īfunde bani olo
in quo cerā iuxta quod necesse fuerit liquefeceris.gūmasq3
distēpera dissolutas ⁊ medicamina simul misce alia.factoq3
vnguento vētrē emplastriza.qm̄ optime prodest.omibus hy
dropisis spetiebus.⁊ op3 diligenter te adhibere speculationē
⁊ discretionē inditiūq3 acue in his que assignauimus medi-
caminibus ⁊ cibis.vtereq3 singulis iuxta quod passionis ro
bur debilitasq3 iperat.atq3 secūdū quod virtus etasq3 patit
in firmi.qm̄ hec caput eorū quibus indigemus sunt.caue er-
go ne a te peccatū incidat in ea quā considerans cura.his
itaq3 qū vsus fueris medicaminibus nihilq3 conferūt.⁊ pas
sio diuturnior fit.ac aqua roboratur.camele lac patienti pro
pina que etatis sit iuuenis.nec longe a partu.sed nec prope q̄
q3 sana sit corpore.⁊ feniculū comederit.sibū.abrotanū itiba
apiū hisq3 similia.hec camela in diei comedat pricipio ī fine
ordei farinā cū feiculi semie mixtā ⁊ apij anisiq3 ⁊ absinthio
hec facies per ebdomadā vsq3 dies.x.dabisq3 patiēti de eius
lacte diebus singulis libram cū.℥.v.zaccare ⁊ .ʒ.i.pulueris
huius. Assignatio eius anisi seminis apij cuiusq3.ʒ.ij.mi
robolani citrini.vij.fuhe virgarū lacce purgate.rauedsini.ga
feti succi cuiusq3.ij.ireos radicū eris vsti cuiusq3.ς.ʒ.tere oīa
diligēter ⁊ distēpa cū lacte de eo.ʒ.ij.vsq3.iij.porrige. Pul
uis ali⁹ ad idē. Sūe mirobolani citrini.ʒ.iiij.absinthij greci.
lacce purgate.rauedsini.gaferi succi cuiusq3.ʒ.tere oīa dilig-
ter ⁊ sume.ʒ.ij.⁊ adde radicis ireos erisq3 vsti.cuiusq3 obolū
⁊.ς.mazerionis optimi in aceto infusi die ac nocte ac desicca
ti ⁊ triti diligenter.ς.ʒ.⁊ cum camele lacte.ʒ.ij.vsq3.iij.ppia.
Puluis alius ad idē.cū camele lacte ppinād⁹. Sūe anisi.
masticis.gafeti succi.rauedsini polij cui⁹q3.ʒ.⁊.ς.asari.costi
camepithi.eris vsti.mazerionis.agarici cuiusq3.ʒ.tere oīa di
ligēter ⁊ exag.c̄ lacte ppia camele.⁊ si h ad optatū pduxerit
finē nihil addes.Sin cum vria camele lac ipm propia. Sūe
itaq3 lactis librā.⁊ vrine camelle.ʒ.xx.fugilū succi.x. zacc.x.
Propina quoq3 cū lacte electuarium lacce min⁹ dehinc ma-
gnum:aut cum caquelenego:⁊ propia rursus opoponacis.ʒ.
ij. Electuarij assignatio qd cū camele lacte bibitur: ⁊ opti
me prodest.Sume mirobolani citrini.turbit albi. cuiusq3.ʒ.
x.bellirici.ij.emblici.iiij.piperis.v.mazeriōis.℥.ziziberis.iiij
tere diligēter oīa:⁊ cū melle distēpera dispumato.sumeq3 ex
eo cu3 camele lactis exag.aut simplicis.ʒ.ij. Nō expedit aūt
ei dare lac cui febris fuerit hydropico s3 alijs:qum lac febri-
citātibus malum. Qū ergo oīa que assignauimus feceris
⁊ hydropisis vtree dnm oib⁹ cure spēb⁹ attēptaueris: nihil-
q3 cōfert:⁊ qd desideras nō aiaduertis: coctura vtēdū erit ⁊
crepatura.Et i crepādo periculū ē magnum:nec adhibēdu3
videtur nisi in eo cuius virtus valida est:nec semel ab eo aq̄
euacuabis s3 paulatim singul' aliquid diebus iuxta quod vir
tus patitur.Pauci aūt sūt qui ab crepādo liberētur.Neq3 ⁊

eũm aliquẽ vidi cui hoc adhibitũ sit preter vnũ: nec is libera-
tus ẽ. Refert aũt. G. se nemineẽ vidisse cui crepatio adhibita
sit ⁊ liberatus fuerit: excepto viro vno cuius valida erat vir-
tus: corpusqꝫ corpulentum. Nos autẽ queadmodũ hoc fie-
ri expediat in chyrurgia exponemus.

Caplm. 38. de hydropisis timpanice medela.

b **Ydropisis** tipanice ĩ medela: qm̃ spẽi hui⁹ ex vẽtositate ẽ gñãtio ea sũt ne-
cessaria que vẽtositatẽ dissoluunt ⁊ dissipãt: ⁊ quod
laudabilius adhibetur radicum ẽ aqua cũ pentaticõ electua
rio: ⁊ amigdalarum oleũ amararũ. oleũqꝫ pigani ⁊ similia.
Radicũ aque assignatio hydropisi tympanice vtilis. Su
me. corticũ apij. ⁊ feniculi. cuiusqꝫ. ʒ. vij. semis apij. arguitegi
i al'. argimegi. dauci. petroselini. cimini carmanici. cuiusqꝫ. iiij
sabade. radicum adechari ⁊ florũ eius. cuiusqꝫ. iiij. semis ru-
te. sabade. cuiusqꝫ. ij. asari. spice nardi. masticis. cuiusqꝫ. ij. ⁊
ς. costi amari. seliche. carpobalsãi ⁊ ei⁹ ligni. cui⁹qꝫ. ʒ. ς. opo-
põacis. ʒ. ⁊. ς. zebibi. taifi. xx. coque omnia in. iiij. aq̃ lb. donec
ad libram redeant. colaqꝫ ⁊ sume ex ea. ℥. iiij. in quibus exa
giũ fricabis electuarij pentaticõ. aut. ς. exagiũ socrite hydro
pisi prodest manifeste tipanice. Dentur etiam huic medicaia
laxatiua. vt serapini pill' ⁊ apij da illi succũ feniculiqꝫ viridis
cuiusqꝫ. ℥. iiij. cũ exagio pulueris huius. Assignatio eius.
Sume semis apij nanachue. dauci. semis apij cuiusqꝫ. ʒ. iij.
asari. costi. spice. masticis. pipis albi. cuiusqꝫ. ʒ. cardamomi
. ij. rauedsini. ʒ. ⁊. ς. sequebinegi. ς. exag. castorei. ς. ʒ. tere oia
diligenter ⁊ exagium cũ apij succo ⁊ feniculi propia. ⁊ si vo-
lueris cũ vino propiabis mixto. Assignatõ pill' tipanice
vtiliũ hydropisi. Sume hyereptere. ʒ. vj. serapini agarici. sal'
idi. gafeti succi. florum adechari. mazerionis. corticũ seliche
cuiusqꝫ. ʒ. euforbij. ʒ. ⁊. ς. turbit. ʒ. vij. absinthij succi. ireos ra-
dicum. cuiusqꝫ. iij. tere oia diligenter. ⁊ distẽperans quasi pi-
per pillula. dabisqꝫ de eis. ʒ. ij. vsqꝫ. ʒ. ij. ⁊. ς. cũ calida propia
quoqꝫ domio huius passionis oleũ nardinũ. aut costinum
cum vino ribano. ⁊ tyriacaꝫ illi da farue iuxta quod opus es
se videris. ventrẽ eius emplastro hoc ẽplastriza. Assigna-
tio eius. Sume camomille mellilotti bereniaseti sansuci. faute
negi cuiusqꝫ. v. semis pigami ⁊ eius gũme. iij. asari. carpobal
sami. xilo cassie. spice. cuiusqꝫ. ij. castorei. mirre ratinegi. mihe
fluxe. cuiusqꝫ. ʒ. ⁊. ς. terenda tere diligenter ⁊ in aneti oleo gũ
mas dissolue. aut pigani iuxta quod opus fuerit cum quo ⁊
medicamia distẽpera ⁊ ventri appõe.

Capitulũ. 39. de hydropisis que fit ex calido medela.

q **Um autez** hydropisis ex calido ẽ ⁊ vria tincta effluit. febrisqꝫ comita-
tur ⁊ tussis tunc eorũ erit cauendus ⁊ fugiẽdus que
calefaciunt vsus ab interioribus ⁊ exterioribus ⁊ aqua suffi-
ciat solatri ac caquenegi. cacaleqꝫ cuiusqꝫ. ʒ. x. v. lacce lote. ʒ.
rauedsini. ς. ʒ. zafrani obolus cassie. f. granis purgate. v. ʒ. fri
cabis hanc in succis ⁊ colabis. ac medicamia superaddes
trita diligenter ⁊ cribrata ⁊ diebus aliq̃tis propinabis. ⁊ si
nulla illic erit febris. patienti casei aquã propina que cũ squi
gibin extrahitur. primo die. ς. libram cum zaccara. ʒ. x. assari
lacce lote. ʒ. rauedsini. ς. ʒ. mirobolani citrini triti diligenter.
ʒ. ⁊. ς. hec mane bibes ⁊ singulis auge his diebus casei aque
. ℥. ij. donec ad librã peruenias ⁊ si possibile est olei adde car-
nbe. ʒ. proderit. da quoqꝫ electuariũ hoc cũ casei aqua. As
signatio eius mirobolanorũ citrini ⁊ indi purgatorũ. belliri-
ci. emblici. tũsorum. cuiusqꝫ. ʒ. x. tamarindi. xxx. prũa. iniubas
cuiusqꝫ genẽ is poma. numero quinquagita. coque oia in. x.
aque libris donec triens supersit colaqꝫ ⁊ cassie. f. medulle li-
bram superinijce optime granis purgate ⁊ frica diligenter.
addeqꝫ librã. ⁊. ς. penidiorũ optimorũ ⁊ amigdalini dulcis
olei. ς. libra atqꝫ moderato decoqꝫ igne donec liquor ei⁹ tãq̃
mell' fiat. tunc ab igne deponẽs medicamina hec superinijce.
rauedsini. florũ adechari. absinthij succi. asari. masticis. eupa
torij succi. camedrei. salis indi. virgarũ balsami. cuiusqꝫ. ʒ. se
mis aquesuthi. berberis semis. atriplicũ. liquiritie succi. cuius
qꝫ. v. fube virgarũ. seliche. semis feniculi cuiusqꝫ. iij. cũ casei
aqua. ⁊ si necesse fuerit solutionẽ eius augere. sume mazerio-
nis. ℥. optimi ⁊ in aque libra coqꝫ donec medietas deficiat.
colaqꝫ. ⁊ sume ol'i amigdalini dulcis. iij. ℥. ac'cum mazerione
coque lenes ad prunas. donec aqua deficiente solũ supersit
oleum. hec medicamina superinfũde ⁊ misce trita ⁊ distẽpe
ra. hui⁹ potio. ʒ. ⁊. ς. vsqꝫ. ij. aque soluit ⁊ depõit optime si fue-
rit ex mala hydropisis cõplexiõe calida. bibitur aũt cũ came
le lacte. si nulla patienti sit febris. Et si ex calido hydropisim
patienti camele propinaueris lac. cum caquelenego. ex lacte
quidem libra ex caquelenego. ʒ. iiij. cum mazerionis olei. ʒ. p

derit optime si nõ obstiterit febris. Pulueris assignatio q
cum casei aqua sũptus ꝓdest aque ⁊ hydropisi ex calido cu-
cumeris melõis semis medulle. semis portulace. cuiusqꝫ. ʒ. ij.
semis aquesuthi. succi eupatorij. florum adechari. zafrãi dia
gridij. cuiusqꝫ. ʒ. rauedsini. ʒ. ⁊. ς. huius potio postq̃ triueris
est. ʒ. ⁊. ς. cum. viij. casei aque. ℥. vsqꝫ. x. Quibus autem huius
dominum passionis emplastrizare conuenit ⁊ spetiei hydro
pisis sandalum est rubeũ album. rosa fusalum. aloes bouis
fimus mugatum. memithe asiasum. camomilla. melli-
lotum. cathemia. ordei farina. viola sicca. cuiusqꝫ partes
equales. zafrani aũt quarta ptis. hec oia dilligẽter teres ⁊ cũ
solatri aqua distẽpera ac caquenegi. chalefi. intibe. ⁊ modica
cera oleoqꝫ rosarũ i quo cerã liquefeceris. sicqꝫ vẽtrẽ ⁊ stoma
chũ emplastrizabis cibis vacuũ. Hec sunt que hydropisis
si ex calore fuerit domino expedit obseruare circa medicami-
na. Cibi aũt eius eẽ debẽt. frãquilinorũ carnes. cubegorũ
pullorumqꝫ similium in zirabago parati aut cũ limue aqua
⁊ lebelabi. fercula atriplicis. spinachiũ. malua cũ amigdalo-
rũ oleo. coriãdro viridi ⁊ sicco. espidabagoqꝫ ⁊ i sartagie pa-
rata cũ aceto ⁊ oliuarũ oleo. Utilia quoqꝫ sunt que cũ zacca
ra ⁊ amigdalino oleo ⁊ vini aceto fiũt mẽta. sisimbrio ⁊ mo-
dico carui. cappar quoqꝫ in aceto cõditũ ⁊ limue salse si me-
diocrius sumantur. est etenim in eis caloris extinctio ⁊ oppi-
lationũ apertio ⁊ phlegmatis elimatio.

De hydropisis que ex acutis fit morbis medela. Hydropis ãt q̃ ex acu
tis ꝓuẽit morb' dura ẽ ⁊ vix qspiaꝫ ea liberat̃. perpauciqꝫ ꝑꝑ
febris caloris magnitudinem ⁊ epatis debilitatẽ. Et febris
quidẽ que extinguãt desiderat ⁊ refrigerẽt. caqꝫ epatis augẽt
ĩbecillitatẽ. Epar quoqꝫ calefieri gliscit. hecqꝫ febrem augmẽ
tant ⁊ coroborãt. idcirco itaqꝫ vt hypocras hydropisim que
c **Apitis** siphaci calidū nōnūꝙ accidit post ferri curam apostema intantum vt capitis os tolli videas. ⁊ cutem capitis spissatam ⁊ induratam: sequunturq₃ ad hoc sepe mala acciden tia. que patientem in mortem precipitent: hoc autem apostēa huic accidit operimēto. aut frusti alicuius cā ossis qđ ipsū₃ suo pungit acumine. aut ligationis ⁊ constrictionis vi ⁊ liciniorum q̄ apponūtur: aut cibi multi copia: aut ex frigore. aut ex calore. Hec vt itellexeris ꝯsidera: ⁊ si acumis ossis alicuiꝰ cā est auferes. si astrictionis solue ⁊ ligamenta allevia. ⁊ si multus peccat cibus minue. si frigore non caueatur. locū aq̄ cataplasma ⁊ oleo tepido. ⁊ si fortis fuerit calor. cū rosis cataplasma. ⁊ sandalis. solatriq₃ aq̄ ⁊ similibus. Dehinc si infrigidatus fuerit capiti oleū instilla rosarū tepidum in quo cathemie frōdes ac camomillā. mellilotū helbā. lini semē coxeris. Emplastriza ⁊ cum ordei farina. que cū oleo percussa ē rosarum. gallineq₃ adipe liquefacto qum pānū his intinxeris sup caput pones ⁊ collū: ⁊ his confinia locis. auribus modicū₃ instilla olei rosaꝝ ⁊ violacei ac ninifar. Et si valuerit virtus patiētis phlebotoma cephalicā ⁊ naturā cum cassia. f. solue ⁊ lebelabo similibusq₃. Sciendū autē quoniā qū ossi quā diximus curā adhibueris capitis. si opimētū cerebri denigratū videris egrotantē i mortē esse proculdubio: ⁊ sanandum nulla rōe.

Capitulum. 86. de fracture nasi cura.

n **Aso** in eius extremitate frangi non accidit. ꝓs etenim hec cartillaginosa est. accidit autē₃ in superiori loco. Qum itaq₃ acciderit intuere ⁊ si digitus poterit accedere auricularem imitte in naribus ⁊ cū eo os reforma atq₃ in suam reduc habitudinem. Quod si locus superior est strictus grossum deduces intus stibium ⁊ cum eo fracturā₃ adequa manū desuper ab exterioribus deducens: donec ad suam redeat habitudinē. post hec naribus licinia iduces subtili inuoluta ligno. que cum acatia ⁊ mugatho cataplasmabis. apponesq₃ horū paꝝ super cartam ⁊ nasum desoris emplastrizabis. Diebus hec facies paucis quoniam sanabitur perfecte. Qum autem anhelitus patiēti angustat̄ oportebit pannum fistule inuoluere penne ⁊ cataplasmans cum medicaminibus appone naso. Nec vero negligentia cura ē nasi qum fractura acciderit nec diebus aliquot patiaris nec expectes. qm̄ sic solidabitur ⁊ difficilis fit eiꝰ cura. atq₃ i nālē reductio statū. fitq₃ ab ide simi vitiū. Et si nasi confractio i ꝑtē alterā₃ inclinabit̄ attrahere i oppositū molliaris latꝰ sūcoq₃ corigiā latā ⁊ extremo applicabis nasi ab ea in quam inclinatur partē cū piscis colla optima. ⁊ donec desiccetur dimittes ⁊ auferri sit difficile. tūc corrigiā in oppositā retrahes ꝑtē distēsā₃q₃ quā₃ in locū reduxeris suū nasū₃ loco ligabis oportuno. naso prius consolidationis vnguento cataplasmato.

Capitulum. 87. de maxille inferioris si frangatur consolidatione.

q **Um** maxilla frangitur inferior ab exterioribꝰ ⁊ in duo nō separatur attende. ⁊ si in fauce est sinistra confractio. induces mediū ⁊ indicem digitos manus sinistre ori ⁊ cū ipsis gibbositatē que in fauce accidit ad exteriora pelles donec in sua adequetur figura ab exterioribus cū manu dextra. ⁊ si confractio i fauce fuerit dextra. dextre manus imittes digitos. ⁊ quēadmodū precepimꝰ operabis. agnosces aūt faucis in suū statū reductionē. ex dentiū que in ea sunt adequatione ⁊ eorū in suo loco reditū. Si aūt fracta maxilla in duo fuerit diuisa. vtēdū erit extensiōe ꝑtis vtriusq₃ cū quouis ministro ⁊ in suū reformabis locū ac figurā. oportebit aūt dentes vincire qui in fracta sunt maxilla cū filo aureo aut argenteo alios cū alijs si posse fuerit. sin cū filo ligabis serico fortiter cōtorto sicq₃ ligationem adhibebis quā oportet. vt ligamē scil₃ mediū sup spondiles ponatur extendesq₃ extrema duo ab latere vtroq₃ ⁊ per aures deduces vsq₃ dū ad maxillā venias vtrāq₃. subtus maxillā₃ secundo replicabis ⁊ ad superiora deduces super vtrāq₃ genam: ⁊ sup verticē vincies. frōtēq₃ cū vittis cōpones ⁊ ligamina ipsis vicies quo ꝯseruētur posita ⁊ sic maneant. Si aūt maxilla vt illa cōposuisti nō durabit. oportebit frustū sumere cāne subtile iuxta maxille quātitatē ⁊ super illud pānū reuolues fauciq₃ apponēs ligamenta astringes. Ut āt maxillam adequaueris ⁊ in suā reduxeris habitudinē medicamine cataplasma solidationis fascias ⁊ applica anteꝙ liges ⁊ sic ligatione vteris. Quā vt ligaueris patientē ꝗetē impera ⁊ otiū ⁊ a verbis prohibe ⁊ masticatione. Qum refici volueris iuribus vescatur quibus panē infricaueris ⁊ polenta que ex amilo fit ⁊ farina. Oꝫ autē sepius faucē inuestigare ne forte a naturali īmutetur figura. Qđ si contigerit soluatur ⁊ in propriū reducta statum firmiter ligetur. Sciendūq₃ tibi ē maxillam i. xx. diebus solidari ⁊ confortari ⁊ circū proximis Est etenim os molle ⁊ in eo medulla. Qđ si apostema pariter contingerit oriri. apostema ipsū his curabis que ipsum prohibēt. locū cōfortāt post dissoluentibus vtere quēadmodū in apostematū curis expositum est.

Capitulū. 88. de furcularū fracturarū solidatione.

q **Um** furcule frangentur ab humiditate sepius accidit hoc fieri. sub humeri parte interioris ⁊ ad inferiora eneruatur cū₃ ipsius brachij osse. Si ergo frāgitur furcula ⁊ in duo separatur facilius curam admittet ⁊ citius sanatur. ꝙ si fracta nō diuidat̄. In fractione nāq₃ separata extensio adhiberi pōt ⁊ adequatio atq₃ in figurā reductio suā. in alia hec fieri nequeūt. Sic ⁊ in oibus reliquis ossibus. cōfracta ergo furcula mistroꝝ alique₃ iube brachiū tenere. qui furcule vicinatur fracte ⁊ ad exteriora extendat sursumq₃. alijsq₃ p̄cipies humerū extēdere oppositū aut collū quo per ipsos extensio fiat in opposita. tu autē fracturas adequabis ⁊ in suū reduces locum furcule os queq₃ frusta prominebāt propelles que in profūdo extrahes ad exteriora. Et si magna opus fuerit extensione oportebit sub ala spherā ponere magnā pānorū aut lane vel similiū. cubitū tolles donec lateri proximum facias vicino. ⁊ reliqua sicut imperatū est fac. Si āt furcule extremū ad exteriora retrahere nō potes eo ꝙ ad profunda ingressum ē. oꝫ patienti imperes supinū fieri ⁊ sub eius humero puluinar pone tēperate magnitudis: ministerq₃ humeꝝ eius premat ad iferiora. donec furcule os substollatur a ꝓfūdo ⁊ alij adeq̄tur fracture. sicq₃ in suā reduc figurā. Si āt partē aliquā itelliges a furcula separatā ⁊ pupugerit oportebit locū cū₃ phlebotomo findere. aut cum falce. posito prius sub furcula organo ꝙ siphacem tuet̄. sicq₃ insuitione vtaris. sin locum panno reple ⁊ fascijs. Et si fascijs vti magnis necesse fuerit adhibe. Et si calidum acciderit apostema fascias rosarum infunde oleo. Sin opꝰ nō est pones autem sub ala in qua furcula hec est pānorū sphaꝫ aut aliorū mediocrē in magnitudine. ⁊ ea ligabis qua opꝫ ligatione. transibitq₃ ligatio super alas vtrasq₃ ⁊ furculam patientem humerūq₃ fietq₃ iterū ad eam reuolutio. Et si furcule latus quod humero vicinū est ad inferiora declinauerit oportebit cubitum i medio ponere ligatiōis latē. totumq₃ brachiū suspendes collo ⁊ manum cū ligatione alia. Et si furcule latꝰ ad superiora vergit. ⁊ hoc raro cōtingit. prohibeatur cubitus suspendi. sed oportebit patiētem supinum iacere ⁊ subtili illū reges dieta. soluesq₃ ligamēta singulis tribus diebus loco cōsolidationis medicamen appones ⁊ iterum astriges. sicq₃ facies donec mēbrū₃ cōfortetur ⁊ solidatio producatur. furculeq₃ os roboretur ⁊ validū fiat. hoc quoq₃ sepius in. xx. diebus vsq₃. xxx.

Caꝫ. 89. de scapule fracte cōsolidatiōe.

s **Capule** latus non frangitur locus. accidit autem fractura eius extremis ⁊ nōnunꝙ fractura ad interiora fit. nonnūꝙ accidit fissura. aliquotiens etiā₃ seperātur ab ea frusta. Et confractio que accidit ad interiora cū tactu agnoscitur sentimus ⁊enim locū ad interiora conicū sentitq₃ pariter ifirmꝰ i brachio dormitationē ⁊ in scapula dolorem. Fissura ex asperitate deprehēdit̄. quā sub tactu inuenimꝰ cū dolore. Et vtriusq₃ cura ea est que apostema mitigat calidum cataplasmataq₃ ⁊ solidationis emplastra. Qū aūt frusta insunt pungentia tactu intelliges: ⁊ hec si non pungunt reprimentur ⁊ cum ligatione copulentur. si autem elata sunt ⁊ pungunt. locū₃ finde ⁊ educas ⁊ deinceps insue quemadmodū in furcularum ligatione dictum est. ⁊ patienti quietum esse impera super latus sanum.

Capitulum. 90. de pectoris fracti consolidatione.

p **Ectoris** medio fissura accidit atq₃ ad interiora aclinatio. Eiꝰ porro extremū cōteritur Si itaq₃ medio ipsius fissura acciderit in curuans patienti eo fit dolor in loco in al̄ incurua patientem eo in loco vbi fit dolor ⁊ si cū digitis tetigeris sonū fieri audis Qū autem pectoris os frangitur ⁊ ad interiora declinat videbis illic conationē fieri. ⁊ dolor iniest permolestus. flatus angustia tussis ꝑꝑ eam que diaphragmati accidit puncturā₃ Et nonnūꝙ sputū siml̄ accidit sanguinis. hoꝝ qui tales sūt curam eandē esse opꝫ quam in furcula exposuimus ⁊ humero. Et si pectori ad interiora inclinatio acciderit supinam patientē. ⁊ fascias inter vtrāq₃ pone scapulam humerosq₃ ꝓme ⁊ costas adduna cum manibus ab vtroq₃ latere. Et si coste ad interiora declinauerint oportebit vti laneo ligamēto per circuitum. positis prius subtus ligamentis indirectum. tuncq₃ i

vltimo extrema duo ligamētoꝝ adinuicē ligabis. prohibent enim ligamenta rotunda loco cedere suo.

Capꝯ.91. de costarum fractura ⁊ eaꝝ fissura.

p **Ectoris** quidem costis omnibus carū in ꝑtibus fissura accidit hypocōdriorum autem costis ea tm̄ in parte qua spōdilibus continuantur. qum sint hoc loco late ⁊ carū extrema cartilaginosa subtilia. Sicqz ⁊ ab anterioribus accidit illis cōfractio ⁊ fissura hocqz agnosces qum locum tetigeris ⁊ diligenter euz digitis inquisieris. Inuenies nāqz asperitatez in loco. ⁊ sensu nō equalē. Et si os confractum est sonitū qum tanges audies. Et si ad interiora confractio declinat patienti dolor fit molestus ⁊ punctura grauis maiorqz dolor ⁊ puncturis quas pleureticus patitur. accidit autem pariter ⁊ anhelitus angustatio. tussis sanguinis sputum plurimi. Potes autem adequare quam inuenies in costis varietatem. ⁊ adunare. nisi ꝙ costam ad interiora declinantē manu reformare non poteris. Tradunt autem hominū quidā multum oportere hoīe cibum porrigere. sicqz qui ventositatem generet ⁊ inflationez quoniam cū repletus hoc fuerit coste ad exteriora repellent̄. Et hec incōpetens est operatio. quoniā nulla est inter stomachum ⁊ pectus huic loco cōparticipatio. simulqz repletio apostema suscitat calidum ⁊ si fuerit auget. Sunt ⁊ ꝗ huic sitiam apponāt loco ⁊ hoc cōpetētius videt̄. nisi ꝙ ne simul ad locū trahatur materia timet̄ ad lacertū scz ꝗ sup costas ē. ⁊ ꝗ̄ iter eas. fiatqz abinde apostema ⁊ costārū augeatur depulsio ad interiora. Reliqui āt medicorū imperāt lanā loco superponi que oleo intincta sit calido. fasciasqz inter costas disponi ꝗ̄tenus inclinentur. ligationēqz fieri equalem qum per circuituz inuoluitur vt imperatū ē in pectore. Si aūt punctura acciderit grauis. dolorqz ꝑmolestās. patiētē eo ꝙ nimiū diaphragma ledatur. oportebit cutē findere ⁊ discooperire costā ꝗ̄ fracta ē. sicqz sub ipsa organū pones quod operimenta tuet̄. ossaqz auferes ⁊ phragmēta que pūgebant sine molestia. emissisqz his loco curā adhibebis que carnē adducit ⁊ cicatrizat. nisi forte calidū accidat apostema fieri. hoc si fuerit ortū fascias superpone oleo intinctas tepido ⁊ locū apostema consumentibus cura calidū. dietam qualē oportet infirmo disponens ⁊ in eo iaceat latere quo facilius fert.

Capitulum. 92. de ossiuz anche ⁊ penis consolidatione.

a **Nche** ⁊ iliorū ossibus raro quidē accidit fractura ⁊ qū fiat: ea est que ⁊ humeris accidit. ossa nāqz eorū cōteruntur ⁊ in longum findūtur ad interiora cū graui dolore qui ad crura vsqz descendit. huius rei cura ē qualis ⁊ humeri ossis solidatio nisi ꝙ hic ossa nō possunt educi cōtrita cū fissura. sed ab exterioribus cū digitis adequatur. ⁊ reliqua eorū cura que ⁊ humeri ē: ⁊ vtendū ē humectantibus ⁊ fascijs in loco conico ilij quatenꝰ hoc repleto ligatio fiat equalis per circuitū. Sic ⁊ penis ossis cōsolidatio fiat. s. cū digitis adequatur ⁊ ligatur raro his accidit ossibus fractura.

Capitulum. 93. de solidatione ossis cluniū ⁊ spōdiliū spinarumqz eorum.

s **Pondilibus** fractura nō accidit sed cōtritio. sequiturqz eiusmodi accidens nuche cōpressio ⁊ operimenti eius. hoc qum contingerit neruis nocumentū fit per cōparticipationē ⁊ sepe abinde fit mors maximeqz si hec spondilibus acciderit colli. Qū igitur horū quippiā acciderit ⁊ īteritus videris signa curā nō applices. Sin ⁊ locū findere potes ossaqz educere ꝯtrita fac. Et si apostema loco inascetur. que calidū reprimūt apostema appones vt īstillatione olei ⁊ aque tepide ⁊ sic deinceps cōpetentibus emplastris. Et si spine spōdilibꝰ acciderit ꝯfractio. locū findere oportebit: ⁊ quod cōfractum est emittere: ⁊ fissuraz insues atqz vlcerum medeberis cura.

Et si clunis ossi quod ossanium diximꝰ acciderit frangi: digitū induc indicē ano: ⁊ ad exteriora os repelle: atqz cū altera adequabis manu ab exterioribus: sicqz in nālē reformabis habitudinē. Et si os aliquod a reliquis oīo senseris seperatum: locū findes ⁊ educes: fissuramqz insues ⁊ ligationem que frenū dicitur adhibebis: ⁊ nonnūꝗ̄ locuz ligari cōpetit. agnosces aūt qđ his accidit ossibus ⁊ cōtritionis ⁊ fracture cum tactu ⁊ inquisitione facile: nec te eorū aliquid latebit.

Capꝯ. 94ꝯ. de brachij consolidatiōe fracti.

s **I frangatur** brachij os vtendum extensione ē ad superiora ⁊ īferiora: atqz hac moderate. Et si fractura hūero proxima fuerit. humerū extendens a sūperioribus. brachiū ab inferioribus. Si aūt prope cubitum ad inferiora ⁊ brachiuz extendes ad superiora: sicqz confracta reduc ossa in suos terminos ⁊ dispone donec adequētur: sicqz fascijs vtere latis: quas medicamine linies consolidationis: ⁊ loco applicabis fracture per circuitum. Deinde tabellas appones in circuitu fracture quēadmodū assignauimus: ⁊ cū vittis optime vincies nō tamē grauiter ne forte lāgorez mēbro faciat: ⁊ ad ipz materiam cōtrahat apostematicā. Caue aūt tabellas super humeri ponere disgregatioēz aut cubiti: quoniā disgregatiōi nocerent ⁊ neruis: ⁊ ad ipsuz materiā ꝯtraherēt ⁊ apostema fieret. Post hoc aūt brachiū stringes cum ligamētis ad patientis pectus ⁊ in scapule partez colliqz ab opposito fracture latere. Oportebit aūt sic dimittere vsqz in diez tertiū. quo solues ⁊ emplz iteꝝ appōes: fasciasqz ⁊ tabellas ac ligatioēz vt prius. Intuere aūt ⁊ īquire ⁊ si ligamēta laxata fuerit aut turbata: ⁊ a disgregatiōe ad quā strixisti declinarūt añ diē tertiū solues. ⁊ vt decz cōpōes. Et si brachio apostēa acciderit calz cū tabellꝭ strīgi nō expedict. sz cū fascijs ligabis cataplasmatis ⁊ emplastrizabis stringesqz tenuiter: ⁊ sup membrū oleuz instillabis violarū tepidū ⁊ circūquaqz rosis sandalisqz. intinge aqua ⁊ quessare linies quo materiei prohibeatur accessus ⁊ qum dissolutū fuerit apostema recesseritqz iterū qua diximus vtaris ligatione. ⁊ manū mouere patiētē prohibeas donec brachiū roboretur ⁊ supinū in lecto iacere impera. manūqz super vētrē ponat pectori alligatā quēadmodū diximus. Sit autē sub eius brachio puluinar molle. Solues in principio singulis tribus diebus semel donec septima transierit aut amplior. nisi forte infirmo dolor acciderit: qm̄ tūc solues ⁊ ligationē attenuabis. Stringere enim fortius de die in diē brachio conuenientius ē. ⁊ citius eius accelerat robur. Nec hoc desistes facere donec mēbrū cōfortetur. Mēbrū aūt confortabitur in diebus. xl. secūdū maiorē partē. sicqz crus ⁊ femur vt xl. transierint solues ⁊ in balneo infirmū induces ⁊ tēperati caloris aquā instillabis. Oportet autē qum calidum illic apostema fuerit patiētē subtili regere dieta apostematcqz mitigato ad crossa redibis cibaria ⁊ cibis illū pasce frigidis ⁊ siccis qui cōplexioni cōpetāt ossis. quo in fracture loco consolidatio abinde generetur ⁊ confortetur.

Capitulum. 95. de ossis cubiti fracture solidatione.

q **Uoniam** duobus ex ossibus cubitus cōpositus ē. quorū alterū crossius est. ⁊ est sub secundo ⁊ secūdū subtilius atqz superiꝰ. nōnunꝗ̄ vtrūqz frangitur os. nōnunꝗ̄ eorū alterū. Quz ergo vtrūqz cure eorū difficilior ē ⁊ molestior. maximeqz si vno frāgatur ī loco. Et si alterū tātū facilior ē cura. nisi ꝙ si superiꝰ frangatur crossum tardior est cura ⁊ magis malū. ⁊ si aliud velocior. eo ꝙ super crossū positū sit ipoqz ferat̄. Et huiꝰ fracture cura eadē est que ⁊ brachij in extensione ⁊ ligatiōe ⁊ alijs huiusmodi. Sz qū alteri accidit ossi fractura oportebit fortiori vti extensione ⁊ manus figurā facere per tabellam vt sit scilz pollex superior auricularis inferior ⁊ cubitꝰ crossior subtus subtilē quo illud ferat ne onerosior subtiliorē grauet. reliqua oīa que in cubiti solidatione facienda sunt eadē sūt que ⁊ ī brachio diximꝰ. nisi ꝙ cubiti os sepiꝰ. i. xxx. roborat̄ ⁊ durescit diebus sicqz soluitur.

Caplm. 96ꝯ. de manus ossium solidatione.

s **Ciendum** ossibus que in pricipio sunt a cubito manus ⁊ palme. ⁊ dactilꝭ raro fractura accidit sz cōtritio propter eorū teneritatem ⁊ cōcauitatem. Quz ergo fractura acciderit illis: oportebit in conspectu tuo patientē statuere: palmāqz eius super scānum pones: ⁊ mistro alicui vt extendat que fracta sunt imperabis ossa: ⁊ in suā reduces formam: adequabisqz in sua figura naturali. Et si pollici frangi acciderit aut rasche: oportebit cum palma ligare oportuna ligatiōe. Et si digitis alijs cōtigerit vicinātibus alligabis quo stabiliātur: nec opus erit hoc loco tabellas apponere.

Capꝯ. 97ꝯ. de coxe arūdinis fracte ꝯsolidatione.

c **Oxe** arūdo si frangatur eadem est eius solidatio que ⁊ brachij ossis: nisi ꝙ femori quoddam est propriuz ꝙ. s. qū frangitur ad anteriora vel posteriora reuoluitur: quoniā latū st eius os. Oportet ergo illud mediocri adequare extensione. dehinc manu in suam reducere habitudinem. Et si in medio fractura fuerit: ligatione vtendū erit in qua vinculū vnū incipiat a superioribus ⁊ aliud ab inferioribꝰ a medio declinas. Et si anche disgregationi proxima fuerit: ligamēta sume: ⁊ in eorū medio bambacem pones aut lanam: applicabisqz eius mediuz eorū suppone: ⁊ circū ab extremitatibus ad superiora tēdēs: mistroqz qui teneat porriges ⁊ extrema ligamētorū sub fractura liga

bis alij porrigẽs miſtrorum quo ad iferiora extendat. Si
vero fractura in vicinis fuerit genu nobis videtur ligamẽta
a ſupioribus ponere ⁊ alicui dabis qui ad ſuperiora extẽdat
⁊ genu. ipſam ligamẽtis ſtringes: pronuſq; patiens iacebit:
dehinc duo adunabis latera fracture ⁊ in ſuã reduces habi-
tudinẽ figurãq;: ſicq; ligabis ⁊ aſtriges vt ꝯdecet. Et ſi oſſa
que pungunt illic fuerit locum findes ⁊ eductis medeberis.

Capitulu; .98. de geniculi conſolidatione.

g **Eniculi** os eſt tenerũ. ⁊ raro illi accidit fra-
ctura ſ; cõtritio ac nõnũq; fiſſura
i ei⁹ ſpiſſo ⁊ h nõnũq; cũ vulnẽ. nõ nũq; ſine vulnere
⁊ hui⁹ rei facil' ẽ cognitio ſi manu tãgaſ: qm̃ ꝯtiuationũ ſẽties
ſepationẽ ⁊ ſonitũ audies. Hui⁹ fracture cõſolidatio fit hoc
modo. Oportebit igitur fragmẽta adunare diſgregata. alia
alijs cũ digitis. ⁊ in ſuam reducere figuram: faſciaſq; ſuper
pones cataplaſmatas cõſolidationis emplaſtro. dehinc fide
ligabis quemadmodũ videris oportere. Et ſciendum vix cõ
ſolidationem hoc optime fieri loco eo q multu; genu mouea
tur ⁊ ad anteriora interioraq; plurimũ extendatur ac poſte
riora. ideoq; huius diſgregationis motus difficilis eſt. nec o;
huius dominũ vti motu plurimo aut ambulatione aſcenſuq;
maxime qm̃ genu duplicatur qum crus ſubſtollitur ⁊ ponit̃.
in equalibus aũt locis facilis ſit illi iter. nec motum prohibet
difficultas multa.

Capitulum. 99. de cruris arundinis cõſolidatione.

c **Ruris** oſſis fracti conſolidatio eadem eſt q̃
⁊ cubiti. i crure nãq; duo ſunt oſſa q̃;
admodum ⁊ cubiti. Quũ ergo frangitur crus i oẽs
reuoluitur partes. qũq; duũ alteru; in tres tãtum ad interio
ra ⁊ exteriora. Et ſi fractura in oſſe fit groſſo ad poſteriora
crus replicatur. ſi in ſubtili ab anteriora qum igitur accide-
rit fractura oportebit crus a genu parte ⁊ pedis extẽdere me
diocriter. oſſaq; duo adunare ab inuicem diſiũcta ⁊ que alia
inerunt oſſa quo in propriam crus redeat figuram. ⁊ ſic faſ-
cias appones cum cõſolidationis cataplaſmate. ⁊ vna tm̃ in
uolues ligatione. Dehinc fruſtũ ſumes cane lãcealis medio-
cris fortitudinis ⁊ pãnis inuolues mollibus circum fractu-
ram cõponẽs ⁊ erit ſibi inuicem hec proxima cõpoſitio: ſicq;
vincula appones lata optime circũuoluens vſq; ipſu; genu.
Et ſi genu proxima fuerit fractura ligamenta ad anteriora
pertingent. vteris autẽ hac in conſolidatione quod in cubiti
expoſuimus regimine.

Capitulum. 100. de oſſium pedum conſolidatione.

c **Auille** nũq; accidit fractura. eo q ipſa cuſto
dientibus circundatur corporibus ab
omni parte. pedis autem oſſa ⁊ articulorũ frangun
tur quemadmodũ ⁊ in manu oſtenſum eſt. Et horum cõſoli-
datio qualis ⁊ palme fit oſſium.

Cap^m. 101. de euulſionis ſpeb⁹ ⁊ primũ de euulſione maxil
le inferioris.

e **Uulſio** oſſis augmenti eſt egreſſio a ſua fo-
uea in qua cõpoſitum eſt. Et ſi pua
ẽ egreſſio ⁊ ipſa nõ emittitur fouea euulſio nõ vocat̃
ſed diſgregationis ſepatio. Et nos primũ a maxille iferioris
euulſiõne incipiemus. huic euulſio parũ accidit quoniã ſupe-
rior illius cõprimit capita: accidit aũt diſgregationis ſepera
tio lacertorũ qui illa; circundant molliciei cã. quãdoq; lacer
ti ex motus copia q ex maſticatiõe fit ⁊ verbis eneruat̃q; leui
d cã ⁊ diſgregatio ſeiũgit̃. reuertit̃ aũt diſgregatio h i ſuũ p ſe
ipa; locũ ſine cura ⁊ molimie. Qũ aũt pfecta fit ei⁹ euulſio.
eiuſq; ſignũ rei q faucem videbis inferiorem ad anteriora p
minẽtẽ ⁊ ad poſteriora declinãtẽ. oſſiſq; videbis extremum
apparens in ſuperiori maxilla. difficileq; eſt eius domio fau
ces mouere. hec vt videris maxillã ſcies euulſam quã hoc cu
rabis modo. Impera miniſtrorũ alicui caput tenere patien-
tis alijſq; faucẽ inferiorẽ cũ digitis ſuis ab exterioribus ⁊ in
terioribus. infirmuſq; os aperiat quãtum poterit. tunc mini
ſtro precipies maxillã dextrorſum ⁊ ſiniſtrorſum mouere pa
tientiq; vt maxillã laxet ⁊ miniſtro permittat quo illã concu
tiat. Dehinc ſemel tantũ faucẽ extendes ⁊ in ſuũ reſtitues lo-
cum: o; autẽ faucẽ inferiorẽ in poſteriora repellere. vt qum in
ſuũ ingreſſa fuerit locũ claudatur ſimul ⁊ aperire nõ permit
tatur. Et ſi difficile tibi fuerit ſuo reddere cã loco. locũ viola-
rum linias oleo ⁊ cera. ac cũ aqua cataplaſma calida pãno
infuſo ⁊ ſic reſtitues. Erit autẽ ſignũ reſtitute molarium ⁊ vẽ
tiũ ſuperiorũ inferiorũq; adinuicem adequatio in habitu na
turali. poſt hec faſcias cera infuſas ⁊ oleo appones ⁊ omnia
facili ſtringes ligatione. Et ſi fauces vtreq; fuerint euulſe.
hec erit vtriuſq; quã in vna diximus cura ⁊ reſtitutio. Ex-
pedit autẽ qu; vtriq; maxille oſſis euulſio acciderit ipa redu
cere hora. ſin peſſima ſequentur abinde accidentia. vt febris
diuturna parq; cephalea difficilis. Accidit aũt hui⁹ dño
paſſionis ſolutio cholerica. ⁊ ſimul vomitus purus. faucium
nãq; lacerti ſi imutẽtur a ſuo loco extenduntur. ⁊ ſecũ tẽpoꝝ
attrahunt lacertos ⁊ ſepe die moritur huiuſmodi homo deci
mo. in al' tertio.

Capitulũ. 102. de furcularũ euulſione ⁊ extremi humeri.

q **Urcula** ab interiori non euellitur latere quo
niam pectori cõtinuatur ⁊ minime
eo diſgregatur. ideoq; ab hoc nõ mouetur latere. Si
aũt ab exterioribus grauis fiat percuſſio vt euellatur ei⁹ erit
cura. que ⁊ ſi frangatur. ei⁹ vero extremũ quod hũero ꝯtigu
u; eſt. non multũ euellitur: quoniã cui duo ſunt capita lacer-
tus hoc prohibet. ſed ⁊ ſcapule caput. Sed nec furcula gra-
ui mouetur motu. quoniã vt dilatet pectus ⁊ reducat tm̃ fa
cta ẽ. ideoq; ſoli furcula facta ẽ hoi ⁊ nõ reliquis animalibus.
Si itaq; euulſio ex colliſione aut quauis alia accidit re. adeq̃
tur ⁊ in ſuũ redit locũ reductione ⁊ faſcijs multis implicitis.
que illic cũ ligamẽtis ſupponũtur. huic oportunis eẽ. Hec
quoq; cura humeri cõpetit extremo ſi ſuo receſſerit loco. Nõ
q; furculã humero alligat os ẽ paruũ ⁊ cartillaginoſum. hoc
q; ſepius fallit qũ ſuo receſſerit loco intuentẽ intm̃ vt cui ma
ior nõ eſt experientia extimet brachij caput ſeducunt. ſuo emiſ
ſũq; loco. eo q ſcapule caput ſuperiminẽs cernatur. ⁊ quo fa
ctus ẽ a loco traſitus videtur conicus. ideoq; ſignis diſcernẽ-
da ſunt his que deinceps dicemus.

Capitulum. 103. de humeri euulſi reductione cura.

h **Umeri** caput ſepe a concauo diſgregatum ẽ
quod in humero eſt ⁊ ſepe illo emitti
tur. ſed nõ ſepe ad ſuperiora propter operimẽta q̃ ab
humero veniunt, ꝓhibeturq; ad anteriora exire: quoniã ner-
ui qui ad lacertũ veniũt bicipitẽ arcent. quoniãq; humeri ca
put parũ ad interiora ⁊ exteriora mouetur. Egreditur aute;
ad inferiora plurimũ maximeq; in his qui pauce ſũt carnis
⁊ in ipſis velociter. Quibus aũt multa ẽ caro ecõtrario. quo-
niã difficilis ẽ exitus ⁊ difficilis reditus. Nonnunq; aũt qui-
buſdã accidit hoibus percuſſio ⁊ apoſtema illic fit durum. ⁊
in eis ad inferiora euulſio putatur eẽ. quoniã qũ humeru; ſa
num mẽſuraueris ⁊ infirmũ magna intereſt diuerſitas. vide
hiſq; ſcapule caput quo educitur brachiũ conicũ quẽadmo-
dũ in extremitate que diſcedit diximus. videbiſq; humeri na
turalis extremũ vnũ eẽ huiuſmodi extremũ. ⁊ qui euulſus eſt
lacerti caput erit ſub ala manifeſtũ. huiuſq; manus cubitus
coſtis remotus intm̃ vt qũ coſtis illũ proximare volueris nõ
poſſis niſi cũ difficultate ⁊ graui patientis dolore. Nec vero
patiens manũ tollere põt ⁊ auri proximare. nec reliquis mo-
tus ſpẽbus exponere. Si vero acciderit euulſio hec puero
aut adoleſcenti. aut proxima ẽ euulſio ⁊ nõ longi tẽporis. me
dicus manũ accipiat ⁊ diſgregationẽ ſubſtollat. eritq; oſſis
diſgregationis in ſuum locũ reductio. Sic ⁊ ſi ſana ſua eger
tollat manu diſgregatio in ſuũ ingreditur locũ. niſi forte qui
hec ignorat ſit aut puer. Sufficit autẽ multis diſgregationis
reductio in ſuũ locũ ⁊ hoc regimen ſicut ait hypocras. Ipſe
quoq; id ſepius vidi ⁊ facile euulſiõis hora reduxi. ⁊ die quo
q; ſecũdo aut tertio. Qũ ãt euulſio fortior fiet ⁊ durior pa
tientẽ calefieri expedit ⁊ ſuper locũ aquã fundere calidã oleũ
q;. ⁊ in tuo ſedeat cõſpectu ⁊ ſub ala ſpherã illi diſpone ex co
rijs. aut quauis alia re tẽperate duritiei nõ durã quidẽ ſ; nec
mollẽ in latus egrotans. Et ſi paſſio in dextro fuerit humero
pedis calcaneũ ſiniſtri ſuper ſpherã ponet. manũq; preme in
firmantẽ ⁊ extẽdes ad pedũ partẽ. ſimulq; cũ calcaneo alam
preme extolleq;. ſitq; a poſterioribus miniſter qui caput ad
humerũ ipingat aliũ ne forte in extenſione corpus ſubuolua
tur. Eſt ⁊ huius alia rei cura. Imperabis hominẽ iuuenẽ
qui patiente lõgior ſit quãtitate ſtature. in ſiniſtri lateris par-
tes ſedere ⁊ humerũ ſuũ ſub ala ponere patiẽtis tollereq; ſur
ſum. manũq; patientẽ ad ventris premes ⁊ extẽdes partes.
eritq; oẽ corpus poſt ferẽtẽ. ſuſpenſumq; illũ feret. Et ſi q in-
firmatur leuis eſt. oportebit eius pedibus aliquid graue ſu-
ſpendere. Sic etenim manus ⁊ totũ corpus in contraria ad
inferiora extendetur cũ humero qui ſub illius ẽ ala ⁊ in ſuu;
redibit diſgregatio locũ. ac facile itrabit. Facies aũt hoc idẽ
cũ organo quod deſtengũ vocatur diſgregatiõi euulſe. Hoc
aũt ligneũ ẽ longũ cuius extremũ rotũdũ eſt ⁊ nõ multũ croſ
ſum nec ſubtile. hoc itaq; extremũ ſub ala ponitur infirman
tis ſtantis aut ſedentis iuxta q organũ hoc eſt longũ. oppo
ſitumq; in terra aut quoduis aliud ⁊ manus ad inferiora di
ſtenditur in oppoſitũ organi. reliquũq; corpus in aliã totu;

inclinat partē. aut sponte aut alio deponente. quoniaz sic disgregatio in suū redit locum. Et hoc quoqz accidet quemadmodum in pectore diximus fracto ⁊ eius extensione. hoc tamen corpus ligare oportet rotundū quod ale impleat cōcauū ⁊ brachij pelles cū eo caput ad supiora. ⁊ si brachij difficil' fiet regressus propter euulsionis temporis longitudinem aut carnis crossitiem cura vtaris que fit cum organo quod abacum vocatur ⁊ est lignū cui longitudo duorū est cubitorum ⁊ latū. iiij. digitorū ⁊ spissum digiti duo ⁊ alteruz eius extremū rotundum. facileqz in ale intrans profundum ⁊ eius rotūditas rotunditati est proxima pistelli. Super hoc extremū pānū inuolues quo mollius sit: ⁊ sic sub ala īpones. Dehinc sup latum pones ligni. inter duo ligna. extensa prius manu super lignū in eius lato sicvt ala superi⁹ cōposita sit platū ⁊ manuz ad inferiora extendens relinquo omni corpore suspenso ab alia parte. qm̄ qum hec feceris disgregatio ingreditur locuz quod vt cōtigerit oportebit sub ala apponere mediocris rotūditatis lanā. Et si calidum illic fuerit apostema anteq̄ͣ sphe ram apponas cataplasma cum vnguēto ⁊ sic liga super hūerum. ⁊ iteruz adijce ⁊ ad aliā deduc alā: sitqz ligatiōis inuolutio in crucis modū. ipsū os cum latere ligabis ad inferiora. cubitūqz ⁊ manus extremū apte colli ne forte secundo brachium euellatur ⁊ paulatim cibum augebis. Die. vij. soluere oportebit ⁊ tunc quoqz cibum augmentabis paulatī. quo corpus cōfortet̄ ⁊ brachiū ⁊ facile nō possit euelli. Et si brachiuz sepius euellitur pp humiditatē que disgregationi accidit. aut alia causa cronica coctura vteris quēadmodū in anteriorib⁹ assignauimus. Et si ī partu brachiū euellitur. nati confortabuntur mēbra ⁊ humiditas desiccabitur ⁊ nō erit caro īminuta aut amplior. nisi q̄ brachij os paruū erit ⁊ nō crescet. vocatur aūt huiusmodi passio brachiū hebēbars in al'ebphear. Et si hoc mēbrū femur fuerit os nō augetur sed subtiliatur crus omne: ideoqz ad corporis ferendā nō sufficit grauitatez nec exercitio.

Capitulū. io4. de cubiti disgregatiōis reducēda euulsiōe.

c **Cubiti** disgregatio quemadmodū assignauimus sola discrepat assignatione a maxille inferioris disgregatione. iōqz cor̄ speties euulsionis difficile sanā:ur. Est enim huius exitus tardus ⁊ restitutio difficilis pp circū positorū spissitudinē. hic ergo nonnūq̄ tot⁹ egreditur acciditqz hoc illi sub plurib⁹ figuris maximeqz in ea que in anteriora est ⁊ posteriora. Est autē eius euulsionis agnitio facilis ⁊ sensui patēs visus ac tactus quecunqz eius fuerit figura. videtur nanqz quo exijt loco profundus ⁊ huius rei facilis ē cōprehensio maxieqz si cubito illū sano conferas. Qum horū quippiā accidit: oportebit hora eadem cubitū reducere anteq̄ͣ apostema ināscatur: quoniam si hoc contigerit difficile curatur: ⁊ nōnunq̄ deinceps curā nō nouit. ⁊ hoc maxime si ad posteriora fuerit euulsio. hec eteīm ceteris peior ē eius spēbus ⁊ grauius dolēs atqz maior. Qui aūt paruus ē cubiti recessus parua curatur extēsione qū ministro manū impaueris explicitā ad īferiora extendere: alijqz brachiū. ⁊ tu cū palma os īpuleris supeminēs: qm̄ in suuz reuertetur locū naturalem. Hypocras vero illā que in anteriora fit euulsionē adequat sic: manū perfecta reuoluit duplicatiōe donec humerū tāgat palma: adequat aūt ⁊ que in posteriora, est euulsionē forti extensione. Que eteiz ī anteriora porrigitur euulsio amplius ex forti fit extensione que brachio accidit toti: queqz in posteriora ex brachij fit duplicatione forti Si autē nō sic euulsio reducitur: extensione vtēduz est graui: qualē in fracto imperat mēbro hypocras. vel cū ligno vtūt.

Capitulum. c v. de ossium digitorū euulsorū reductione.

b **Orum** euulsionis reductio mēbrorū. difficilis nō est: oz autē illa sine molestia extēdi ⁊ in sua reduci: donec eorū reformetur figura: ⁊ quz restituta fuerint ligentur competenti ligatiōe. Et si calidū acciderit apostema illi euulsionis cui apostema ē cura adhibet̄ quēadmodū in antecedētibus expositum est.

Capitl'm. cvj. de ea que spōdilibus accidit euulsione.

s **Pondilibus** si grauis acciderit euulsio mors subsequitur velox, propter que hac in bitudine nuche' accidit cōpressiōem ⁊ ex nuche cōpressiōe hois fit velox interitus: intātum vt si ēt q̄ a nucha egrediūtur neruis cōprimi acciderit: mors acceleret. Discessus āt ab īuicē spondilibus sepius accidit. ⁊ nōnūq̄ ⁊ aliquotiens in anteriora spōdilis recedit ⁊ vocatur grece ardusis. in al's arduasis: ⁊ quādoqz ī posteriora ⁊ vocat̄ gibb⁹. Et aliqn̄ ī lat⁹ alter̄ ⁊ vocatur escolosis scz spie arcuatio. Arbitrāt̄ āt q̄dā hoc ex vnius continuationis discessu fieri: sed hoc tam ⁊si magna fuerit arcuationem tamē spine nō facit. sed fit abinde angulus: fitqz ab hinc periculū graue. Nonnūq̄ ad interiora declinat ⁊ a mouetur ⁊ nulla est eius reformationis machinatio. quoniam nulli possibile est ab interioribus adequare ⁊ ad exteriora pellere. volunt autē eius quidam rei adequationez extenduntqz illuz cui hoc cōtigerit super gradus ⁊ applicant sitias. dantqz sternutamēta. ⁊ que tussem vrgeant ⁊ ventositatis machinātur generationē in interioribus: arbitranturqz se aliquid facere quod cōferat. arguit vero hypocras huiusmodi homines plena reprehensiōe Accidit quoqz quibusdam spinarū que in spondilibus sunt frangi. ⁊ earū restat cōcauus loc⁹: ⁊ opinantur quidam hoc spōdilium recessum ad anteriora. qūqz curam adhibueris cito reformatur hoc incōmodū ⁊ spondilis in anteriora discessus cito sanari estimatur. Est autem cui nō est sanatio passio hec cuicūqz etenim hoc acciderit vrina eius concluditur ab ipsa hora. ⁊ egestio ⁊ extremorum accidit frigus in vltimis p̄ter velle egestio erūpitur propter langorez qui neruis accidit ad ani porectis lacertos. huicqz mors subsequitur. maximeqz si discessus hic spondilibus acciderit qui super collum sūt aut ipsius colli. Gibbus aūt qui pueris accidit prolixioris est tēporis. dixitqz hypocras. qm̄ tā ⁊ si mortē non inferat sz tamen cui nō subueniat. cura est moribus ī al' mors. Qui aūt ex casu accidit. vtendū est in eū quā assignauit hypocras cura. vt lignū scz sumatur cuius lōgū ⁊ latū sit equale lōgo ⁊ lato patientis. ⁊ sumatur huiusmodi figura parieti in al' pariētis in al' patienti proxima qui in latus sit extensus. nec ab ea plusq̄ pedū est vestigiuz remotus. sicqz pānis sternatur. ⁊ patientem aqua laua suaui calida: ⁊ super lignū distende aut super faciem pronū. post hec super patientis pectus fasciam inuolues eiusqz extrema subvtrisqz duces alis. ⁊ inter scapulas ligabis nodabisqz eius extrema in ligno pistello simili statuaturqz lignū hoc stans ad ligni positi extremū ⁊ ministro commendabis ad patientis caput statim qui teneat atqz eius extremum inferius cui īnitatur rei ⁊ superius ad caput extendat qum opus fuerit. Opz quoqz vt ambos vincias pedes cū fascia alia super genua ⁊ cauillas: locūqz qui eo altior est loco quo femora adunātur cū ligamēto alio: adunabisqz horum extrema ligamentorum ⁊ alij ligabis ligno pistello simili quale ⁊ prius diximus. ⁊ ad ligni depositi extremuz: ponesqz pedum partes quēadmodū ⁊ primū a capite statuisti. Dehinc ministris imperabis vt hec duo in cōtraria extēdant ligna. Quidam aūt hanc exhibent extensionē cum ligni organo quod secuā vocant: ⁊ est sagitta circa lignum stans reuoluens in huius ligni magni extremis: extremis aūt dico duobus que a pedū ⁊ capitis patientis sunt pedib⁹. Qū itaqz sagitta hec circūuoluitur. inuoluūtur cum ea ⁊ vincula que extenduntur. Oportebit autem quz corpus sic positū fuerit cuz calcaneorum nos radicibus gibbū pellere: ⁊ si super illum sedere fuerit necesse fiat. nec omnino aliquid timeamus. Et si cura hec spondiles nō adequat. patiensqz cōpressionis tollerans ē. oportebit in pariete foueam fieri que longo proxia sit similisqz canali cui gibbus accidit: iuxta q̄ fouee erit longitudo: nec erit spōdilibus altior patiētis. nec demissior multum: sz quoniā hac prius de cā foueam feceris: sitqz lignū positum iuxta parietem. Dehinc tabulaz temperate sumes quātitatis ⁊ vnum eius extremū in fouea pones que in pariete ē mediumqz eius ad quem contigerit locū super gibbum. sicqz alterum eius extremum ad terram cōprimes donec spōdiles optime videris adequatos. Ait autez hypocras compressionem solam huiusmodi reformare rē vti nō oz. qd̄ p⁹ diximus extensio non in arcuationis principijs que vocatur arclusis sine cōpressione. Oz aūt post adequationē tabula vti lignea. latū cuius trium sit digitorū: longū aūt quod gibbū ꝯtineat. ⁊ quosdam alios transeat spondiles sanos. Super hanc pānos pones lineos ne forte dura sit: superpositam alligabis cuz quibus oportet ligamentis. Reges vero temperatis patientē cibis: sz ad crossitiez declinantib⁹. Et si post hec gibbi fuerint alique reliquie. linitione vtaris cū his que tenuant ⁊ emolliunt cū tabule appositione quā assignauimus longo tēpore. vtūtur aūt hoīes quidā lamina plumbea.

Capitulu3. io7. de euulsi vertebri anche reductione.

o **Omnium** speciebus ossiū tēporibus quibusdam discessus accidit. quibusdam autem disgregationis exire loco. Et anche quidem ac humeri disgregationibus ⁊ euulsio ⁊ exitus sepius accidit Amplius aūt disgregationi anche q̄ humeri. vertebri eteniz anche fouea profunda ē ⁊ rotunda ⁊ cōsolidatur illi cum ligamētis. Qum ergo coxe caput sua exit fouea passionis ali-

cuius magne cā. multis exit modis cū augmēto ꝛ diminutio
ne exitus. Est aūt eius egressio sepius modis. iiij. primus
ē qum suo transit loco ad interiora. secūdus ad exteriora. ter
tius ad anteriora. quartus ad posteriora. Et ad interiora trā
situs raro fit. ad exteriora sepius. Et ad interiora signum.
quoniā si patiētem proximes coxā sane que patitur longior ē
ꝛ genu supereminēs. nec pōt infirmus circa iguina femur du
plicare. ꝛ que in inguinibus sunt loca tumēt manifeste. co
ꝙ coxe caput ad ea transijt loca. Cui aūt anche accidit euul
sio ad exteriora signis notatur contrarijs. videbis eteniz ei⁹
crus breue ꝛ qui ab inguinibus ē locū profundū ꝛ oppositū
de foris tumētē ꝛ genu ad interiora declinat. nec crus qd̓ eius
modi est duplicare valet. Cui porro anche euulsio ad an
teriora accidit. pōt quidē crus duplicare perfecte. sed accidit
abide in genu dolor ꝛ lāgor. ꝛ si ambulare voluerit nō potest
ad anteriora. hui⁹ cōcluditur vrina tumēt inguina. videbisqꝫ
nates quasi spasmo affectas ꝛ pauce carnis. qumqꝫ ambulāt
calcaneo instāt. Qum vero anche fit euulsio in posteriora
oīno genu explicare nequit. Sed nec duplicare anteꝙ ingui
na duplicet. crusqꝫ ipsum altero breuius est. ꝛ iguina enerua
ta. coxeqꝫ videbis caput in natū loco manifeste. In pue
ris si coxam euelli contigerit ꝛ sic aliquāto fuerit tēpore ad lo
cū nō redit oīno suū. Et si in primis curētur sanari possūt co
xeqꝫ reduci os ꝛ in suū restitui locū. sic ꝛ in oībus reliqs euul
sionibus si euulsio hec apud illos nō inueterescat sed cito cu
rentur redit in suū os locū ꝛ sanantur. Quz antē diutius imo
ratur nō redit ꝛ oīo nō sanātur. Et cōmunis que oīb⁹ com
petit eius euulsiōis spēb⁹ cura ea ē quā posuit hypocras. hec
est vt coxa apprehensa disgregationē. dextrorsum ꝛ sinistror
sum concutias atqꝫ in foueā reducas. Et qū ad iteriora euul
sio fit oꝫ crus duplicare fortiter donec pes interius tangat in
guina. sicqꝫ os coxe in foueā restitues. Et si hec nō prode
rit cura extensione vtaris que cū manib⁹ fit hoc modo. Mi
nistro impera alicui crus vt extendat ab inferioribus. aliaqꝫ
ligamenta super crus ꝛ femur stringantur. alij vero corpus
a superioribus teneant. Et si extensione op⁹ fuerit graui opor
tebit crus cū ligamētis apprehendere cōtortis a superiorib⁹
cauille ꝛ genu ne forte labatur. a pectore vero ligamētis opus
nō est sed manus vtrasqꝫ sub eis ponat alis ꝛ fortiter teneat.
Sume autē ligamenta fortia sed mollia eorūqꝫ medium ī co
xarū pone radicibus ꝛ ad humerū extende ab anterioribus
ad inguinuz partes ꝛ furculas. a posterioribus ad dorsum.
Dabisqꝫ ligamētorū extrema ministris. qbus precipies oīb⁹
simul extendere semelqꝫ sic vt corpus patientis a terra tollat̄
suspensum. sicqꝫ disgregationis locuz in suū restitues os. qm̄
facile intrabit. hec extēsionis spēs. oībus quatuor ē euulsioni
bus cōis. Est ꝛ alia cura. oꝫ quz ad interiora fit euulsio ꝗ
diximus ligamentorū mediū sup coxe ponere radicē inter co
xas vtrasqꝫ loco qui sub inguinibus ē ꝛ furculis ipsis preci
piesqꝫ viro forti premere coxarū locū crossum cū vtrisqꝫ cu
bitis ꝛ ad exteriora fortiter extendes. quoniam sic ad suū di
sgredatio redibit locum. Et hec omnibus facilior ē cura reli
quis. quibus suū restituitur in locum coxa.

Capitulum. cviij. de genu euulsionis cura.

s **Enu disgregationi** euulsio acci
dit mōis tri
bus. Prim⁹ ē ad iteriora. Scd̓s ad exteriora. Terti⁹
ad posteriora: ad aṅriora nō ē euelli qm̄ genicl̓s fieri ꝓhibz.
huius cura quemadmodū diximus extēsio est: hoc quoqꝫ cū
manibus aliquotiens fiat cū ligamentis vt res ipsa dabit. sic
qꝫ disgregationē reduces. ꝛ vt expedit ligabis. oporteqꝫ mē
brū multis vinctū seruare diebus.

Cap^m. 109. de cauill' euulsione ꝛ articulorū pedis.

e **Auille** disgregatio si parū moueatur. facilis
est illi cura. si euellatur tota. cura op⁹
est fortiori ꝛ extensione graui. Nec in al' hac vero ex
tensione vtendū que sine manibus fit. ꝛ si nō redit disgregatō
patientē resupina super terrā ꝛ cauillam pone ligneā ad na
tes ipsius. que ipsū non permittat moueri qū pes eius ad in
feriora protēdetur. Et si magnū quod diximus lignū presto
fuerit. in cuius medio lignū aliud esse opꝫ affixū. tūc oporte
bit patientē supinari ꝛ super hoc lignū illū extendes. aliusqꝫ
eius pedē aut cū manu aut cū ligamentis in cōtrariaz trahat
partē. tuqꝫ cū manu euulsionē in suū reforma locū: tertio mi
stro aliū tenente pedē ad inferiora. Vt aūt adequaueris liga
re expediet ligatione fida cū ligamētis quibusdaz ad pedis
tendens pectinē alijs ad cauillam. sicqꝫ illic nodabis. Cauen
dus aūt est neruus qui a posterioribus est. ne forte illum vicu
la cōprimant. prohibeatur patiens ab ambulādo diebus. xl.

qm̄ si anteꝙ disgregatio roboretur ꝛ indurescat ambulet cu
ra corrūpitur ꝛ suo cedit loco disgregatio. Si autez disgrega
tio cauille pp distorsionem seperabitur atqꝫ hoc quidez sepi⁹
est accidere: ꝛ nōnunꝙ pariter apostēa fit calidū. oportebit
mēbrū hoc ad equare sic. patientem pronū in faciez iacere fa
cies ꝛ disgregationem cum vinculis adequabis fidis quiescet
qꝫ patiens ꝛ non mouebitur donec perfecta reformatiōe mē
brum sanetur. Et si apostema inest calidū rorationem adhi
be aque calide ꝛ olei primū dehinc ligamentis vteris. Pe
dis porro articuli si suo cedant loco extendantur parū vt in
digitis diximus man⁹. eorūqꝫ cura facilis est ꝛ non grauis.
Oportet aūt in omnibus euulsionis spetieb⁹ si aliqua super
fuerint dure reliquie apostematis calidi in disgregationis lo
co non negligere. qnoniam motus prohibent bonitatem lon
go tēpore. vtendū itaqꝫ medicaminibus erit mollientib⁹ quē
admodum in apostematis duri cura diximus.

Capitulum. 110. de euulsionis cura ꝗ cū vulnere est.

s **J cum** euulsione vulnus acciderit suauitate
vtendum erit ꝛ regimine diligēti. Dis
gregatio nāqꝫ qum in suum reducitur locū nōnūꝙ
febriū fit causa acutarū neruoꝝ lacertorūqꝫ qui his ꝓxima
sunt mēbris extensione graui. fitqꝫ ab inde nimius dolor ꝛ te
tanus febres acute maximeqꝫ in reductione disgregationis
cubiti ꝛ genu: ꝛ que his altiora sunt mēbrorū. Secundū enim
longinquitatem suā ꝛ propinquitatē suā mēbrorū loco nobi
lium ꝛ eorū fit nocumētū maius minusue. Prohibuit aūt hy
pocras reductionem euulsionis si calidū affuerit apostema.
paritereqꝫ ligationē grauē. ꝛ a principio medicaminibus vtē
dum mollibus apostema mitigantibus calidū cū ipsius refri
geratione. ne forte mēbro accidat corruptio ꝛ incōmodū aliō
fiat maius. Apostemate aūt cohibito disgregationem redu
ces cū sūma palpatione. ꝛ si poteris vtile. Sin vsqꝫ dū apost e
ma oīo deficiat dimitte. maximeqꝫ ī magnis disgregationib⁹
apostematis aūt mitigatio. aut septimo aut certe vndecimo
occurret die. vulneris aūt curaz sic fieri conuenit quemadmo
dū in fractura vulnere dictū ē comitāte.

Cap^m. iij. de euulsionis cuz fractura ꝛ euulsionis cū frac
tura ꝛ vulnere cura.

s **J cum** fractura euulsio contigerit extensio ne
vti oportebit cōmuni ꝛ adequatione
cum manibus quemadmodū in fracture ꝛ euulsiōis
simpliciū spetiebus dictū est. Si aūt cum euulsione ꝛ frac
tura fuerit ꝛ vulnus. ex triū curis simpliciū quas diximus cō
posita adhibetur cura. hec sunt que nobis hic dicenda vide
bantur de manus operatione sermone.

Sermo. x. secūde partis libri cōpleti artis medicine qui
dicitur regalis finit̄ dispositio hali filij abbas. discipuli abi
meher. moysi filij seiar ꝛ trāslatio stephani philosophie disci
puli de arabico in latinū.

Capitulum priꝰ de causa ꝑꝑ quam necessaria fuit medi
cis cõpositorum dispositio medicaminũ. De cõpositione me
dicaminũ secundum antiquos medicos.

M Edicorum anti
quis in cõpositoruʒ dispositione
medicaminuʒ duo fuerunt neces
saria visa. alteruʒ eorũ qui expe
rimentis vtebantur. alteruʒ qui
collationibus. Et qui experimen
tis inseruiebant: aliqui aiunt cõ
positionum aliquaruʒ casu con
tigisse notitiaʒ. qum hoiũ qui
dam duobus aut tribus vterent̃ in morbis medicaminibus
aut pluribus sine proposito: aut quauis ratione. conferebat
qꝫ illis inuentumqꝫ est huiusmodi medicamen hoc conferre
in morbo. Sunt ⁊ que alr̃ agnita sunt qum eorũ dispositio ꝓ
posita esset. videreturqꝫ medicaminũ simpliciuʒ plurima. se
pius vnaʒ eãdẽqꝫ operari actionẽ quorũ. s. singula aliquo ꝓ
derant in morbo. nisi ꝙ in alijs aliter operantur corporibus
Hacqꝫ de causa visuʒ est illis medicamina simplicia cõpone
re multa. quoꝝ eadẽ esset habitudo in quorũdaʒ morborum
vtilitate conferẽda. curaueruntqꝫ aliquẽ in quo is morbus
erat hominẽ hoc medicamine. Contigit itaqꝫ inter multi
tudinẽ aliqd̃ esse medicamẽ quod illiꝰ homines nature cura
bant. ⁊ hoc quidem visuʒ minime est. At vero collationis
viri prius corpus cognouerunt hoiũ ⁊ habitudinũ eorum
varietates circa sanitates ⁊ morbos. Sic ⁊ morborum natu
ras ⁊ eorũ habitudines ⁊ accidentia ipsos sequentia ⁊ medi
caminum virtutes simpliciũ. cuiusqꝫ. s. eorum cõplexiones ⁊
quãtitates in singulis facte corporibus. que nõ ĩ singulis cõ
ferunt morbis qui in singulis accidunt humanis corporibus
⁊ mẽbris singulis: sic ⁊ ĩ etatibus. cõplexionibus anni tẽpori
bus aeris habitudibus ac regionibus que inhabitãtur iuxta
cõsueta ⁊ artes: ideoqꝫ visum est illis simplicia nõ perfecte eẽ
sanationis in omnes morbos tribus de cãis. Prima ẽ ĩfirmi
tatis nã ⁊ morbi. Secũda mẽbrorum languẽtiũ. Tertia me
dicaminum natura simpliciũ. Compulit itaqꝫ eos res ad co
gnitionis cautelã ⁊ rõnis vsum in simplicium adinuentione
medicaminũ: quatenus oẽs qui in corpore accidũt humano
morbos curare possent ꝑfecta medela: ⁊ nõ deficerent ĩ mor
bi curatiõe. Ex morbi natura cõposita fuerũt medicamina
quattuor de causis. Prima ẽ malitie cõplexionis magnitudo
Secũda morbi virtus. Tertia diuerse morbi q̃litates. Quar
ta est morborũ ipsorũ diuersitas. Et cõposita quidẽ dispo
suerunt propter varietatẽ magnitudis: qr nõnũꝙ in corpori
bus morbi accidũt calidi frigidi quãtitate quadaʒ: atqꝫ sim
plex nõ erat inuenire medicamẽ: cuius virtus eiusmodi con
traria esset cõplexioni. Necessaria itaqꝫ abide medicaminuʒ
fuit duum dispositio: ex quibus cõplexio adunaretur contra
ria male cõplexiõi: verbi gratia. Morborũ quippiã vt cure
tur necessarium habet medicamẽ in secũdo calefaciens grã
du. Qd̃ qñ nõ inuenitur necesse est vt duo accipiãtur quorũ
vnuʒ sit in primo: alterũ in tertio calefaciens gradu. Quod
eĩm in primo calefacit gradu medicamẽ: eius minuit caloreʒ
quod in tertio: ⁊ ad secũdũ reuocat gradum: quẽadmodum
aqua calida que tepida cõfunditur: hec eĩm illius minuit ca
lorem sue tepiditatis mẽsura. Cõposuerunt aũt medicamĩa
ꝓpter morbi magnitudinẽ ⁊ robur: qr nõnũꝙ in corporibꝰ
morbi accidũt aliq q̃bus vnũ nõ sufficit medicamẽ simplex:
cuius vsus nihil prodesset morbo. Cõferũt itaqꝫ medicami
na plurima que eiusmodi rei proficere videntur. que adinui
ceʒ adiuncta facile morbi resistant nature. Uisa sunt aũt
⁊ medicamina quedã necessaria in quibus adinuiceʒ contra
rie sint qualitates aut passiões: quibꝰ necessaria sunt q̃ ꝓ
hibeãt ⁊ depellant medicamĩa: queqꝫ simul dissoluãt: q̃lia in
apostẽatibus necessaria sunt calidis. Sic quoqꝫ ⁊ nõnunꝙ
in morbis quibusdã medicamibus opus ẽ que elimẽt ⁊ alijs
que leniãt: vt in pectoris accidit morbis ⁊ pulmonis. Alieqꝫ
huiusmodi passiões quibus medicamĩa opus ẽ ꝯtraria ad
inuicem opponere: nec simplex ĩueniretur qd̃ ad huiusmodi
proficeret medicamẽ. Necessarium fuit medicamĩa cõpone
re simplicia variarũ virtutũ: iuxta qd̃ ipsa consuleret necessi
tas: quatenus ab oĩbus simul fieret cõpositũ medicamen qd̃
nõ cõtrarias sʒ quales opus ẽ oꝑaretur actiões. Adhibu
erunt ẽt medicaminũ cõpositionẽ vt morbis resisterẽt varijs
⁊ diuersis. Qm̃ nõnũꝙ medico vno opus ẽ vti medicamine
quo plr̃ibus simul obuiet: ⁊ varie morbis nature. Obsistatqꝫ
aĩalium veneno ⁊ letalibus potiõibus que variarũ sũt virtu
tum. Ideo ergo ad medicaminũ cõpositionẽ res ipsa impel
lit quibus varie adunãtur virtutes ⁊ cõtrarie vtilitates que
varijs ⁊ diuersis obuiẽt morbis venenisqꝫ ⁊ poculo mortife
ro que variarũ sũt virtutũ. Hec itaqꝫ est cã que medicos ad
tyriace ꝯpulit ꝯpositionẽ que vocatur faruch. In hac nãqꝫ
tyriaca he adunate sũt quas diximus virtutes: prodest nãqꝫ
morbis cõtrarijs ⁊ varijs resistit venenis. Secũda porro
triũ cãrũ que ad medicaminũ cõpositionẽ medicos ꝯpulerit
ipsa ẽ mẽbrorum lãguentiũ causa: hecqꝫ multiplex ẽ. Prima
est mẽbri locus. Secũda virtus ipsius ⁊ vtilitas. Et membri
quidẽ loci cã est qum a stomacho quod infirmatur mẽbrum
